



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



Тем, что эта книга дошла до Вас, мы обязаны в первую очередь библиотекарям, которые долгие годы бережно хранили её. Сотрудники Google оцифровали её в рамках проекта, цель которого – сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Эта книга находится в общественном достоянии. В общих чертах, юридически, книга передаётся в общественное достояние, когда истекает срок действия имущественных авторских прав на неё, а также если правообладатель сам передал её в общественное достояние или не заявил на неё авторских прав. Такие книги – это ключ к прошлому, к сокровищам нашей истории и культуры, и к знаниям, которые зачастую нигде больше не найдёшь.

В этой цифровой копии мы оставили без изменений все рукописные пометки, которые были в оригинальном издании. Пускай они будут напоминанием о всех тех руках, через которые прошла эта книга – автора, издателя, библиотекаря и предыдущих читателей – чтобы наконец попасть в Ваши.

#### **Правила пользования**

Мы гордимся нашим сотрудничеством с библиотеками, в рамках которого мы оцифровываем книги в общественном достоянии и делаем их доступными для всех. Эти книги принадлежат всему человечеству, а мы – лишь их хранители. Тем не менее, оцифровка книг и поддержка этого проекта стоят немало, и поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые меры, чтобы предотвратить коммерческое использование этих книг. Одна из них – это технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас:

- **Не использовать файлы в коммерческих целях.** Мы разработали программу Поиска по книгам Google для всех пользователей, поэтому, пожалуйста, используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- **Не отправлять автоматические запросы.** Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого рода. Если Вам требуется доступ к большим объёмам текстов для исследований в области машинного перевода, оптического распознавания текста, или в других похожих целях, свяжитесь с нами. Для этих целей мы настоятельно рекомендуем использовать исключительно материалы в общественном достоянии.
- **Не удалять логотипы и другие атрибуты Google из файлов.** Изображения в каждом файле помечены логотипами Google для того, чтобы рассказать читателям о нашем проекте и помочь им найти дополнительные материалы. Не удаляйте их.
- **Соблюдать законы Вашей и других стран.** В конечном итоге, именно Вы несёте полную ответственность за Ваши действия – поэтому, пожалуйста, убедитесь, что Вы не нарушаете соответствующие законы Вашей или других стран. Имейте в виду, что даже если книга более не находится под защитой авторских прав в США, то это ещё совсем не значит, что её можно распространять в других странах. К сожалению, законодательство в сфере интеллектуальной собственности очень разнообразно, и не существует универсального способа определить, как разрешено использовать книгу в конкретной стране. Не рассчитывайте на то, что если книга появилась в поиске по книгам Google, то её можно использовать где и как угодно. Наказание за нарушение авторских прав может оказаться очень серьёзным.

#### **О программе**

Наша миссия – организовать информацию во всём мире и сделать её доступной и полезной для всех. Поиск по книгам Google помогает пользователям найти книги со всего света, а авторам и издателям – новых читателей. Чтобы произвести поиск по этой книге в полнотекстовом режиме, откройте страницу <http://books.google.com>.



Staatsbibliothek  
Dresden

5X

Chart 143A







JO. JAC. MULLERI  
P. P. JENENSIS  
IN  
GUILIELMI GROTHI  
ENCHIRIDION  
DE  
PRINCIPIIS JV-  
RIS NATVRÆ  
COMMENTATIO

*Qua*  
Præmissa Jurisprudentiæ Naturalis De-  
finitione, Objecto, Fundamento, Partitione,  
Ordine, Methodo & insignioribus  
Scriptoribus

OFFICIA AC JVRA NATVRALIS

ET PIETATIS ET PROBITATIS

ET JVSTITIAE ad 1774.

*Ex principiis suis succinctim & solidè demonstrantur*

Adiecto geminò Rerum & Auctorum

INDICE

JENÆ,

Sumpc. MARTIN. SCHERPENTIER, Bibl.  
cl. doc. XCVI.


# MÖLLENSCHÄFT

WILHELM MÖLLER

DRUCKER UND VERLEGER

IN HAMBURG

AN DER BÖHMISCHEN STRASSE 100



SERENISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
DOMINO  
FRIDERICO  
DVCI SAXONIAE  
JVLIA CI CLIVIAE AC MON-  
TIVM ANGARIAE ITEM ET WEST-  
PHALIAE LANDGRAVIO THVRIN-  
GLAE MARCHIONI MISNIAE PRINCI-  
PALI DIGNITATE COMITI HENNE-  
BERGLAE COMITI MARCÆ ET RA-  
VENSEVRGI DYNASTÆ RA-  
VENSTEINII ET  
TONNAE

DOMINO AC PRINCIPI MEO  
CLEMENTISSIMO

FELICITATEM PERPETVAM!

SERENISSIME PRINCEPS  
DOMINE CLEMENTISSIME



*Vid si tot re-  
tro secula re-  
petimus, nul-  
lum est, quod  
non e Domo Saxonica in-  
clytissima Herodas aliquos  
absolverit, in admiratio-  
nem & exemplum futuro-  
rum. Neque a se hodie de-  
sci-*

DEDICATIO.

scivere tempora, quæ in  
suo FRIDERICO mi-  
nantur quantum omnibus,  
augusti hujus Nominis, Di-  
vus Parens addidisse re-  
centiore & fumante adhuc  
tuba fama ebucceinat. Gen-  
tilium est laudatis simus  
Domui, tutelarem esse o-  
mnibus disciplinis, eam ve-  
ro laudem, Princeps Sere-  
nissime, propriam Tibi  
vendicare velle videris,  
quando non solum spiritu  
Tuum studia nostra  
trahunt, nihil ipsa per se  
futura, si subtraharis, sed

(3) &

DEDICATIO.

Et reddituris ad Te conati-  
bus fortunæ Tuæ magni-  
tudinem nullum unquam  
aditum occludere pateris,  
ut si non ex eo, quod scri-  
bitur, tamen ab illo, cui no-  
stra inscribimus, lucem no-  
bis conciliemus, Et initium  
Et scutum constituamus o-  
peribus, nullis injuriis pe-  
netrabile. Hoc verò ipsum  
est, quod tam audaces pa-  
ginas has fecit, ut illæ ite-  
rum ad pulvinar Tuum ac-  
cedere potuerint, non sui  
quidem fiducia, sed ar-  
gumenti potius, quippe ea

ex

DEDICATIO.

ex amplissima jurium do-  
ctrina præse ferentis, quæ  
non Prætori alicui acce-  
pta ferimus, sed quæ è divi-  
nis fontibus in naturam &  
rationem nostram defluxer-  
re, & quorum etiam Te vi-  
carium præsidium is esse  
voluit, à quo proximum  
Numen sustinet. Quod si  
erit, ut pristina mihi afful-  
geat clementia & q[uo]d sic quid  
bujus est, mitissima fronte  
Tua non prorsus dedigne-  
ris, bene deinceps speraba  
de his etiam studiis, & o-  
blatione h[ab]c exiguâ ingen-  
tem

**DEDICATIO.**

tem fructum, & mei labo-  
ris solatum plenisimum  
consecutum, me esse existi-  
mabo. DEVS Serenitatem  
Tuam servet sospitem & in-  
columem terrarumq; sub-  
iectarum & litterarum q-  
uoniam bono invidendo  
perpetuet. Jenæ d. 2. Maji  
xli. 150 XCVI.

# WESTRAE SERENA SIVE TATIS

-300 miles to the west of the Arctic Circle  
-300 miles to the south of the Arctic Circle  
-300 miles to the east of the Arctic Circle  
-300 miles to the north of the Arctic Circle

•  
Jo. JAC. MÜLLERVS,  
Poëf. Prof. Publ.

J. N. J.  
DE  
**JVRISPRVDEN-**  
**DENTIÆ NATVRA-**  
**LIS PROPÆDÉVMA-**  
**TIBVS.**

I. *Ordo dicendorum summatis exhibitorum.* II. *Jurisprudentia Natur. notatio & varia synonyma.* III. *Definitio.* IV. *Objectum ejusque amplitudo.* V. *Fundamentum ad aquatum.* VI. *Partitio.* VII. *Partium concinna dispositio.* VIII. *Methodus.* IX. *Scriptores Jurisprudentie Nat. cum Veteres sum Recentiores.*

I.

**WILIELMI GROTHI EN-**  
**CHIRIDION**, qui *Jurisprudentia Naturalis* materias  
plurimam partem complexus,

\*

Commentatione perpetuâ illustratur, pap-  
ca de JVRISPRUDENTIA NATVRAEI  
ejusquè natura, objecto, fundamento,  
partitione, ordine, methodo & insignio-  
ribus in eam scriptoribus, quæ GROTIO  
alijsque omisa, cognitu tamen perquam  
peculiaria sunt, hiç pro uberiore teorum,  
quæ deinceps in progressu trādēntur, in-  
selecta p̄mittenda esse ducim̄s.

### ARTICULUS II. LIB. III.

Vtumur autem Jurisprudentie Na-  
turalis terminò hīc non in illo ambitu,  
quāc (a) Benedict. Wiaclero alijsque,  
pro largissimo illo apud ipsos extante Juris  
Naturalis significatu, cum Naturalem, tūm  
Gentium scientiam, sed illam tantum, hāc  
exclusā, significat, & aliās (b) Jurispru-  
dentia Moralis, Scientia de Jure Natu-  
re, Disciplina Juris Nat., Jurispruden-  
tia communis, perpetua & universalis,  
peritia ejus, quod Jure Natura justum,  
Methodus de Jure Natur., idquē genus  
aliis salutatur nominibus.

### I.

### S. III.

(a) Lib. 2. Principiorum Jur. c. 9. & lib. 4. c. 1.

(b) Joachim. Hopperus lib. XII. de Verâ Juris-  
prud. tit. 2. p. 6. Dn. Eisenhart. Institut.  
Jur. Nat. c. 1. & c. 2. §. 7. Hug. Grotius  
Proleg. Operis illustr. de Jur. B. ac P. §. 31.

### §. III.

Si or. Atque hoc posteriorib[us] sensu acceptam  
Jurisprudentiam Naturam delineamus,  
quod sit pars Philosophia Moralis, quā  
ex principiis practicis, lumine naturae  
notis, que hominiū in universum in ordi-  
nē nūc ad DEUM, aut nūc ipsum aut  
ad alios homines naturaliter iusta sunt,  
explicantur aut confirmantur. Studio  
(a) dixi: esse partem Philosophia Moralis.  
Neque enim, ut multis vīsum, scientiam  
Juris Naturalis integrum ac completem at-  
que à Philosophia Morali specie distinctum  
habitum, sed illius aliquam tantum partem  
esse existimamus, mox hanc imprimis rati-  
ōne, quod Ethica in priori parte per se &  
ex instituto de actione intrinsecō moralis  
agat, cuius cum regulam in Institutionibus  
nostris. Est h[ab]it. Part. I. c. 4. §. 3. non, ut com-  
munitis fert opinio, Conscientiam, sed f[ac]tis  
naturæ esse ex genuinis regulæ requisitis  
demonstravimus, evidehs erit, doctrinam  
de Jure Nat., tanquam regulâ, eo, quod  
ejus regulatum, actus moralis, pertinet,  
referendam esse, juxta illud: *Oppositorum  
eadem est disciplina.*

### A 2.      §. IV.


- (1) Conring. de Civil. Prudent. c. 13. p. 256.  
D. Velthem. in decis. Quæst. Mor. quæst. 2.  
tab. I.

## §. IV.

Sed ad hunc negotium pernoscenda prode-  
xit jam de illius Objecto, & Fundamento di-  
stinctius agere. Et quidem quod Objectum  
attinet, illud omne justum naturale, qua-  
tale est, non nisi tamen ex lumine natu-  
rale & principiis practicis cognoscibile, sive  
illud in sensu negante, hoc est, licitum,  
sive in sensu agente tale, b. c. praeceptum  
ac debitum, idq; vel laxi vel stricti juris  
sive, hoc tamen cum discrimine, ut objectum  
secundarium sit licitum, primarium vero  
debitum, seu id, quod eō jure est praeceptum.  
Ex quibus apparet, quam diffusa sit scientia  
juris naturalis, & proportione juris naturalis,  
scāti praeceptivi quam concessivi, seu, ut (a)  
Iustitiazio (b) aliquaque vocatur, dominativi,  
non solum que illō iure homini injuncta, vel  
uti DEVUM esse colendum, parentes hono-  
rando, non occidendum, non pejerandum  
aut falsum prohibendum testimonium &c.  
sed & concessa, v. g. occupatio bonorum  
derelictorum rerumque hero carentium, re-  
tentio & amissio libertatis personalis vel ci-  
vilis &c. aut etiam eidem permissa sunt, am-  
bitu suo complectatur.

(a) de LL. lib. 2. c. 14. n. 16. (b) Arriag. de LL.  
disput. 8. Subsec. 3. n. 26.

## §. V.



**Fundamentum seu principium, cui  
jurisprudentia sua innixa, & quidem ade-  
quatum, non est, ut (a) Pufendorfio vide-  
tur, *socialis ius iugis pacifica aduersus  
alios conservanda lex*, cum haec saltem  
illius partiale illorumque tantum debitorum  
fundamentum sit, quæ homini aduersus ali-  
os homines, eosque non ut homines, sed ut  
socios solum spectatos intundunt, minimè  
vero illorum, quæ homini aut erga homi-  
nem, ut talem, aut erga seipsum, aut DEVM  
competunt, ac id pluribus cum aliis, tum  
in primis (b) Alexander Turaminus & (c)  
Eustathius Mauriplus ostenderunt, sed recta  
ratio practica, aut principia Juris Nat.  
ex lumine naturæ nobis nota, eaque cum  
prima & immediata, cuiusmodi  
nihil sunt illa tantopere (d) Carneadi,  
(e) Hobbesio ac Machiavellis adæmata,  
stile est experendum, noxiū fugien-  
dum, sed (f) bonum est faciendum, ma-  
lum seu turpe vitandum, tum secunda  
prima & mediata, veluti honestè est vi-  
vendum, nemo ladanndus, suum cuique tri-  
buendum, quod tibi, hoc alteri, &c.**

- (a) De Jure Nat. & Gent. (b) ad rubric.  
de LL. lib. I. c. 4. n. 12. (c) in specim.  
dissere de Princip. Jur. Publ. c. 4. sect. 3. §. 32.

p. 86. (d) Vid. Hug. Grotius de Jur. B. ac P. in Prolegom. n. 5. (e) Element. Philos. de Cire o. 1. 5. 10. & Levius, part. 2. c. 13. & 26. Vid. Inst. nost. Ethic. propred. 6. 19. p. 22. & Scharrockius de offic. secund. Jus nat. c. 2. o. 7. p. 140. & seqq. (f) Thomas. 1. 2. quæst. 94. art. 2. q. respondeo alacardum. Dominic. Soto lib. 1. de Justit. & Jur. quæst. V. artic. 4. Ludovic. Molina de Justit. & Jur. tom. 6. de Jurisd. tr. 5. disp. 47. n. 4. p. m. 1704. Vasquez in 1. 1. Thom. tom. 1. quæst. 76. art. 2. disp. 1. p. 230. Anton. de Corduba lib. 2. quæst. 4. o. 200 claus. 1. Leon. Lessius de Justit. & Jur. lib. 1. c. 1. dubiis. 3. n. 2. & lib. 2. c. 2. dubit. 2. Svarezius tr. de LL. lib. 2. c. 7. n. 5. Valentia Coment. Theolog. in 1. 2. Thom. tom. 2. disp. 4. quæst. 7. p. 202. 1. & 2. Et nos in propædeutico.

### §. VI.

*Partitionem quod attinet, commode es-  
cum (a) Achille Epstein (b) aliquæ pro-  
plicitate debitorum objectioæ personalis, ad  
quod illa terminantur, in tres partes potest  
dividi, ut prima de debitis ex iuribus natura-  
ralis pietatis, altera de debitibus naturalis pre-  
bitatis, tertia ac ultima de debitibus naturalis  
justitiae agat.*

### §. VII.

Quare verò ita partes Jurisprudentie  
materiales disponuerimus primumque inter  
illas

(a) Scelotè univers. Jurisprud. nat. (b) Thom-  
as. cit. 1. Ambrosius in Epist. ad Rom.  
c. 5. Schilterus in Philos. Juri, Julius Ca-  
esar Scaliger, D. Velthemijs & multi alii.

illas locum dederimus iuribus naturalis pietatis, alterum iuribus naturalis probitatis & denique ultimum iuribus naturalis iustitiae, inde est: Cum enim DEVS ens supremum & interminabilis perfectionis sit, quod omnibus aliis a se entibus entitatem, vitam indecnsque largitur & conservat, primo omnium de illis regendum est iuribus, quae hominera dirigunt ad DEV' M, inque religione & cultu, tam interio quam externo, eoque cum privato tum publico, consistunt. Postea, cum charitas ordinata incipiat a se ipsa, homoque de sua propria quam aliorum perfectione & commodis sollicitus esse debet, nec alii relinquare, quod ad animi sui certarumque facultatum perfectionem expediendam sibi necessarium esse intelligit, etiam de his, quae illum erga seipsum ad honeste vivendum obligant, ipiusque vel animam, corpus, vitam hisque coherentia, dignitatem, incolumentem, existimationem, &c. vel actiones, vel res attinent. Denique de illis, que homini erga alios homines, competit, eundemque quomodo erga sibi vel aquales vel iniquales, nosque aut superiores aut inferiores, recte se gerere debeant, instruunt, de quibus cum alii, tum in primis modo laudatus Achilleus Epstein & Auctor noster eruditus ergerunt.

Quā verā in partibus iſis demon-  
strandi ueritatem sit methodo, quam  
Graci Philosophi habitum cognoscitivum  
eorum, quæ ipſi ſubiecta fūnt, cum rationes  
ſeu cauſa delineant, inter Doctrinas con-  
trauerſitut, aliis pro Synthetica, aliis pro  
Analytica pugnantibus. Sed cum hæc par-  
tio, ut pluribys cum alibi, tum maxime in  
Iusticie, noſtris Ethicis & Politicis fuſcē  
oſtentum, omnino nulla fit, ideo ſuis eam  
linquentes Auctoribus, partes Jurisprud-  
Dac modo indicatas ita pertractandas eſſe  
arbitramur, ut illarum, eoque pertinentium  
thematum, cum ſimpliſum, tum compoſi-  
torum, probandi rationes, ſicubi haberi poſ-  
ſunt, accuratas, ſolidas, apodicticas & à pri-  
ori, aut his forte deficientibus, probabiles  
ſolum, dialeeticas & à posteriori adferamus,  
nec diuersas cauſas & principia agnoſcentes,  
conclusiones juris nat. ex illisdem deducamus  
fontibus, nec illas cum juris gentium con-  
clusionibus, quæque, quod quibusdam per  
est ſolemne, iuri naturaliſ præceptivi cum  
hiſ, quæ ſaltim concesſiui aut etiam permis-  
ſiui fuit temere confundamus.

\* \* \*

gumento suam locuturunt operam, dispe-  
ciamus. Ex veterioribus hic praeter Ptole-  
monis de LL. & Republ. ac Ciceronis de  
Officiis ac LL. libros, in quibus plura ad  
disputationem de Jure Nat. pertinentia ob-  
currunt, maxime dilaudanda Philosophia  
Magna, ut vocantur, Moralia, Etica ad  
Eudemum, & X. ad Nicom. exaratis libri,  
qui Comitragii & Melanchthonis iudicio dif-  
fisi systemata doctrinæ scientificæ juris na-  
turalis sunt, quique in illos libros extant eis  
lebriorum, cum Gracorum, tum Latinorum  
Interpretum magistrorum, versiones &  
commentarii. Ex Recentioribus primum  
nominamus Thomas de Aquino, Morali-  
starum princeps, qui in Jurisprudentia Nat.  
fundamentis ac thematibus explicandis latissi-  
mè versatus est. Quem postmodum in-  
gens Scholasticorum, vastis Voluminibus ac  
commentariis in eundem scholitorum, exceptis  
ceteris, Sato, Dicastillo, Molina, Lessius,  
Lopezius, Valencia, Vasquezius, Arriaga,  
Dominicus de Barnes, &c. quoru celebria in  
hoc genere sunt nomina. Theologia quoque  
Moralis Garamuelis, Luyppanni, Summa  
Summarum Sylvesteri, Manuale Navarræ,  
quod in compendium sedegit ejus Epitac-  
tus, Petrus Allegaria, Jesuita, alienum.

que huic argumento non parum inserviunt. Neque h̄ic suā laude privanda Francisci Victoriae *Selectiones Theologicae*, Azorii *Institutiones Morales*, Suarezii de LL. Opus, Filiucci *quæstiones Morales*, & in primis Antonini Diane *Resolutionum Moralium vastum*, sed rarum opus, in IX. Tomos distributum ē⁹ Lugduni anno b̄x̄  
jīa seculi 67. typis descripsum, quod huic materiæ explicandæ locupletandæ & iHusfrandæ valde accommodatum est, nisi quod ille cum Escobaria, Lobkowizio, Sanctio,  
Sylvia, Mascarenhas, Baunio alisque monstroso illi & pestilentissimo de Probabilitate Morali dogmati addictus, agendorum & fugiendorum normam humanam constitutæ auctoritatem, inquit moralibus unicuique licere arbitratur, probabiliori, etiam tutiore, relictâ tentiâ, sequi opinionem probabilem & easam, quam quatuor vel tres, vel duo, vel unus etiam istorum Doctorum, cuius liber nondum in indice expurgatorio apparuit, tradidit. Quod dogma quot in Anglia & Gallia motibus, conjurationibus, rebellionibus, parricidiis alisque malis causam dederit & etiam humum der, penitus animis receptum, Anglorum Gallo-romaque loquuntur hujus & superiorum seculorum historiæ, confutatum ad propter a-

Ludo-

viunt.  
 nscisi  
 dorū  
 e LL.  
 & in-  
 Mo-  
 I X.  
 bñz  
 huic  
 illu-  
 quod  
 tio,  
 que  
 ba-  
 ndo-  
 nam  
 ibus  
 ion,  
 ini-  
 uor  
 um  
 ex-  
 na-  
 ra-  
 ce  
 ho-  
 Ludovic. Montalbano, Wendrakio, Rachet  
 bo, Siegero & nobis in Inst. Moral. Proh  
 pederum. à §. 4. ad 31. Pertinent huc quodquid  
 Fernandi Vaglio. *Controversie Illyriæ*  
 & *Vsufrequentes*, quæ tamen caute legibili  
 dæ, cō quæd pterique hujus doctoris dog-  
 mæ non solam utenp̄t. Monachomachæ  
 tum infecta, sed &c. fundamento frui c̄ etabili  
 seo: quod omnes omnino principatus, no-  
 gna, imperia, potestatus, &c. ob publicam  
 informam civium utilitatem, non enim ob  
 regentium commoda inventi, creati, rece-  
 pti & admisi fuerint, superstructa sunt. Nec  
 ab hac materia alieni sunt *Alberic Gentilis*  
*libri de Juri Belli exæs*, in quibus subande  
 quæstiones juris naturalis interspersæ, & ex  
 instituto explicatae sunt. Quibus addimus  
*Bened. Wincleri de Principiis Juris libros*  
*V.* eruditos quidem, sed propter exemplo-  
 rum distractiōnem in paucorum manib⁹,  
 in quibus, ut inscriptio habet & titulus, ge-  
 puina Juris tam Naturalis, quam positivi  
 principia & firmissima Jurisprudentia fun-  
 damenta monstrantur; *Textoris Synopsis*  
*Juris Gentium*, quæ, utut inscriptio eius  
 solum de Jure Gentium sit; tamen, ut ex in-  
 spectione prefationis & argumentorum de  
 connubiis, de sui contra vim defensione  
 obsequio in parentes ceterisq; rebus aliis evi-  
 nos est, multa continet, quæ à solo jure na-  
 turæ

tur proficisci manifestum est ; Dn.  
*Rufendorfi de Iure Nat. & Gent. lib. 3*  
& *Racbaltii dissertationes* de eodem agen-  
tes argumento ; *Cumberlandi de Legibus*  
*Naturae disquisitiones Philosophicam*,  
quæ præter obstatum juris naturalis, quæ  
non paucum illustrat ; etiam Elementorum  
Philosophiae Hobbianæ, etrumque inibi  
contentorum solidam nobis fuit refutacio-  
nem ; *B. Meissneri de LL. Tractatio*ne  
*etumptimis librum tertium* ; *Dn. D. Alberto*  
*Compendium Juris Natur. Orthodoxæ*  
*Theologiae conformatum*, iisque in primis  
oppositum, qui juris nat. principia ex per-  
versis hypothesis de primævo hominis  
statu derivantes in sententiæ prolabuntur  
pura Theologiae adversas ; *Dn. Eisenbarth*  
*Institutiones Juris Naturalis*, in quibus  
quæ in Philosophia Moralis doctrina occur-  
sunt, juris naturalis capita representantur,  
& juxta Virtutum moralium eisdemque op-  
positorum vitiorum seriem ac species ita  
disponuntur, ut præcepta aientia ad cer-  
tam virtutis, negantia ad certam vitii spe-  
ciem reducantur ; *Achill. Epsteini uni-*  
*versa Iurisprudentia Natur. Skeleton*,  
quod alia hujus scientiæ principia, partes  
ac quasi membra cohaerentia nativa nexu-

continuo uno aequo altero obtutu con-  
ficienda exhibentur; & denique Autoris  
nostri de Principiis Iuris Natur. Enclo-  
sionem, mole quidem exiguum, juris ca-  
men naturalis pleraque, cum genera-  
lia, tum specialia precepta cum pos-  
tibus conclusionibus complectens, diam-  
que nobis sternens ad rectius intelligen-  
dum fratris sui Hugonis Opus incom-  
parabile proprioque elogio hoc perti-  
nens, & multa egregia & recondita  
buicque materia perficienda planè  
eximia continent.



DE



DE  
PRINCIPIS JVRIS  
NATURALIS.

CAPVT PRIMVM.

*Quid Jus? quid Natura?  
quid Jus Naturale?*

§. I.

**D**E PRINCIPIS JVRIS.  
NATURALIS acturis,  
necessaria in primis est  
terminorum expositio,  
quoniam enim à notioribus ad  
ignota progrediendum est ei, qui  
rem aliquam explicare vult, con-  
sequens est, ut in ipso quasi vesti-  
bulo

\* \* \*

bulo statim declarantur ex Ver-  
ces, quæ subjectum, de quo tra-  
ctatio instituitur, significant, ut  
iis bene intellectis, tota procedat  
disputatio.

### COMMENTATIO.

*Grotius de Principiis Juris Naturae*  
dicturus, ne forte nominum ambiguitate  
distracti, deinceps in cognoscenda hac aut  
tradenda doctrina haroremus, salutari con-  
silio, priusquam ad singulas Iuris hujus  
præceptiones accederet, generalia quedam  
*de Iure, hujus origine, Natura, ex qui-*  
*bus hoc, de quo agimus jus, coalitum, n-*  
*triusque multiplici significatu, Iustis Ra-*  
*naturalis existentia, modo probando salu-*  
*ganda effallique juris, variis acceptionibꝫ ac*  
*distinctionibus, causis cum internis, tunc*  
*externis, effectibus, idque genus alii,*  
*scitu perquam necessariis, prefari*  
*voluit.*

### S. II.

Videndum igitur ante omnia  
*quid sit Ius, deinde quid sit Na-*  
*tura, ut ita tandem, quid sit Ius*  
*Natu-*

*Naturale, elucēscat: & de pri  
mo quidem recte (a) *Vlpianus*:  
*iuri* (id est *Jurisprudentiæ & Sci-  
entia Juris), operam daturum  
prius nosse oportet, unde nomen  
*juris descendat* (id est, quamam  
ratione hæc scientia ius appelle-  
tur): id nos à voce *jussum* (quæ à  
*jubendo* venit) derivari credimus;  
postremâ syllabâ per apocope  
subtracta: nam quæ nos iura vo-  
camus, ea antiqui *jusa* sive *jussa*  
appellare solent, atque ita *ius ac-  
cipimus* pro *omni eo*, quod lege  
precipitur; nisi quis malit *ius à  
iusto* derivare, ut comprehendat  
illud, quod *justum & æquum* est,  
sicut apud Græcos vox *dixiæqv* &  
*ius & justum* denotat, à quo non  
abludit *Vlpiani* sententia, qui *ius*  
à *justitia* appellari assérit, *justi-  
tiam* videlicet pro *justo*, abstrac-  
tum pro *concreto* ponens.**

De

(a) ff. de *just.* & *lur.* l.l.

De Origine Juris haud perexigua inter  
Doctores dividia est. *Autor* illud à *jussu*  
deducit, postremā syllabā *su* per apocopen  
sublatā, putatque *jus*, quā *vīm nominis*,  
*idem esse* atque *jussum*, seu id, quod ju-  
betur & lege præcipitur. *Plerique*, secuti  
*Chrysippum* & *Stoicos*, ejus originem  
non aliunde quam à *Ioue* petendam esse  
existimant: quò etiam inclinare videtur  
*Hugo Grotius*, (a) ita ea de ré differens:  
Sed & illud ipsum, de quo egimus, na-  
turale *jus*, sive illud sociale, sive quod  
laxius ita dicitur, quanquam ex prin-  
cipiis homini internis profuit, *DEO* ta-  
men ascribi meritò potest, quia, ut ta-  
lia principia in nobis existent, ipse vor-  
luit: quò sensu *Chrysippus* & *Stoici* di-  
cebant, juris originem non aliunde pe-  
tendam, quam ab ipso *IOVE*, à quo *Io-*  
*vis nomine* *jus latinis* dictum probabili-  
ser dici potest. Quamvis ipse forte ve-  
tiorem esse judicet originationem eorum,  
quibus *jus* à *jussu* dictum, dum in *Annot.*  
ad b. §. sequentia addit: nisi forte verius  
per abscissionem, ut ex eo, quod fuit  
osseum, factum est os, ita ex eo, quod  
fuerat *jussum*, factum est *jus*, ius' po-

B. stca

## §. IV.

Stet ad hunc regulus per noscenda prode-  
rit jam de illius Objecto & Fundamento di-  
stinctius agere. Et quidem quod Objectum  
attinet, illud ampe justum naturale, qua-  
tale est, non nisi tamen ex lumine natu-  
re. Et principis practicis cognoscibile, sive  
illud in sensu negante, hoc est, licitum,  
sive in sensu agente tale, b. c. praeceptum  
ac debitum, idq; vel laxi vel stricti juris  
sive, hoc tamen cum discrimine, ut objectum  
secundarium sit licitum, primarium vero  
debitum, seu id, quod eō jure est praeceptum.  
Est quibus apparet, quam diffusa sit scientia  
juris naturalis, & pro ratione juris naturalis,  
scāti praeceptivi quam concessivi, seu, ut (a)  
Iustitia (b) aliquaque vocatur, dominativi,  
non solum que illō iure homini injuncta, vel  
ut DEVM esse colendum, parentes hono-  
rando, non occidendum, non pejerandum  
aut falsum prohibendum testimonium &c.  
sed & concessa, v. g. occupatio bonorum  
derelictorum rerumque hero carentium, re-  
tentio & amisso libertatis personalis vel ci-  
vilis &c. aut etiam eidem permissa sunt, am-  
bitu suo complectatur.

(a) de LL. lib. 2. c. 14. n. 15. (b) Arriag. de LL.  
disput. 8. subseqt. 2. n. 26.

## §. V.

**Fundamentum seu primoipium, cui  
juriſprudentia illa innixa, & quidem ade-  
quatum, non eſt, ut (a) Pufendorfio vide-  
tur, socialismus bujusq; pacifica aduersus  
alios conservanda lex, cum hac saltem  
illius partiale illorumque tantum debitorum  
fundamentum ſit, quæ homini aduersus ali-  
os homines, eoque non ut homines, ſed ut  
ſocios ſolum ſpectatoſ ſtūcumbant, minimè  
verò illorum, quæ homini aut erga homi-  
nem, ut talem, aut erga ſeipſum, aut DĒVM  
competunt, ut id pluribus cum aliis, tum  
inprimis (b) Alexander Turaminus & (c)  
Eugenio Mauriopis, extenderunt, ſed recta  
ratio practica, ad principia Juris Nat.  
ex latuine natura nobis nota, eaque cum  
primo prima & immediata, cuiusmodi  
nihil ſeat illa tam opere (d) Carneadi,  
(e) Hobbesio ac Machiavellis ad amata,  
utile eſt expetendum, noxiū fugien-  
dum, ſed (f) bonum eſt faciendum, ma-  
lum ſeu turpe vitandum, tum secunda  
prima & media, veluti honeste eſt vi-  
vendum, nemo lädendus, ſuum cuīque tri-  
buendum, quod tibi, hoc alteri, &c.**

- (a) De Jure Nat. & Gent. (b) ad rubric.  
de LL. lib. I. c. 4. n. 12. (c) in ſpecim.  
dissert. de Princip. Jur. Publ. c. 4. ſect. 3. §. 32.

p. 86. (d) Vid. Hug. Gratius de Jur. B. ac P. in Prolegom. n. 5. (e) Element. Philos. de Cive c. 1. §. 10. & Lewish. part. 2. c. 13. & 26. Vid. Inst. noſt. Ethic. propozd. 6. 19. p. 22. 89 Scharrockius de offic. Tercund. Jus nat. c. 2. n. 7. p. 140. & seqq. (f) Thomat. I. 2. quæst. 94. art. 2. q. respondet aſeradum. Dominic. de Soto lib. 1. de Justit. & Jur. quæſt. V. artic. 4. Ludovic. Molina de Justit. & Jur. tom. 6. de Jurisd. tr. 3. disp. 47. n. 4. p. m. 1704. Vasquez. in I. 2. Thom. tom. 2. quæſt. 76. art. 2. disp. 12. p. 230. Anton. de Coruña lib. 2. cap. 4. xix. cluſ. 1. Leon. Lesſius de Justit. & Jur. lib. 1. c. 1. dubit. 3. n. 2. & lib. 2. c. 2. dubit. 2. Svarez. zius tr. de LL. lib. 2. c. 7. n. 5. Valentia Com-ment. Theolog. in 2. 3. Thom. tom. 2. diff. 7. qu. 7. prædict. 1. & 2. Quicquid in propria de re ual. 1. 2.

## §. VI. (2) *skurqni*

*Partitionem* quod attinet, commode es-  
cum (a) Achille Epstein (b) aliquis prolix-  
plicite debitorum objectique personatis, ad  
quod illa terminantur, in tres partes pacem  
dividi, ut prima de debitibus & juribus naturali-  
ris pietatis, altera de debitibus naturalis pro-  
bitatis, tertia ac ultima de debitibus naturalis  
iustitiae agat.

§. VII.

Quare verò ita partes Jurisprudentiae  
materiales disposuerimus primumque inter  
illas

(a) Sceletō univers. Jurisprud. nat. (b) Thomas. cit. I. Ambrosius in Epist. ad Rom. c. 5. Schilterus in Philos. Juris, Julius Cæsar Scaliger, D. Veltinemus & multi alii.

illas locum dederimus juribus naturalis pietatis , alterum juribus naturalis prohibitatis & denique ultimum juribus naturalis justitiae , inde est : Cum enim DEUS ens supremum & interminabilis perfectionis sit, quod omnibus aliis a se entibus entitatem , vitam inde usque largitur & conservat , primo omnium de ipsis regendum est juribus , que hominem dirigunt ad DEVUM , inquit religione & cultu , tam interno quam externo , eoque cum privato tum publico , consistunt . Postbac , cum charitas ordinata incipiatur a se ipsa , homoque de sua prius quam aliorum perfectione & commodis solicitus esse debet , nec alius relinquere , quod ad animi sui certarumque facultatum perfectionem explicandam sibi necessarium esse intelligit , etiam de his , qua illum erga seipsum ad honeste vivendum obligant , ipsiusque vel animam , corpus , vitam hisque coherentia , dignitatem , incolumentem , existimationem , &c. vel actiones , vel res attinent . Denique de ipsis , que homini erga alios homines , competunt , eundemque quomodo erga sihi vel aequales vel inaequales , eosque aut superiores aut inferiores , recte se gerere debeant instruunt , de quibus cum alii , tum in primis modo laudatus Ab illes Epstein & Auctor noster eruditus egerunt .

## S. IIX.

Quā verā in partibus iſſis demon-  
strandis nūcendum ſit mēthodō, quam  
Graci Philosophi habitum cognoscitivum  
ſorum, quā ipſi ſubiecta fūnt, cum rationes  
ſeu cauſa delineant, inter Doctrinas con-  
traueguntur, aliis pro Synthetica, aliis pro  
Analytica pugnantibus. Sed cum hāc par-  
tito, ut plurib⁹ cum alibi, tum maxime in  
Inſtitutis noſtris Ethicis & Politicis fuſc  
oſtentum, omnipotens nulla fit, ideo ſuis eam  
linquentes Auctoribus, partes Jurisprud.  
Nac modo indicatas ita pertractandas eſſe  
arbitramur, ut illarum, eoque pertinentium  
thematum, cum ſimpliſum, tum compoſi-  
torum, probandi rationes, ſic ubi haberi poſ-  
ſunt, accuratas, ſolidas, apodicticas & à pri-  
ori, aut his forte deficientibus, probabiles  
ſolum, dialeeticas & à posteriori adferamus,  
nec diuersas cauſas & principia agnolentes,  
concluſiones juris nat. ex illisdem deducamus  
fontibus, nec illas cum juris gehtium con-  
cluſionibus, quāque, quod quibusdam per  
eſt ſolemne, ſuſt naturalis præceptivi eum  
his, quā ſaltim concesſui aut etiam permis-  
ſiſi fūnt, temere confundamus.

## S. IX.

Et tantum de Methodo, Supereft  
ad hoc, ut de Scriptoribus, qui hoc in ar-

XII. 2

gumen-

\* ( 9 ) \*

gumento suam locarunt operam, dispe-  
ciamus. Ex veterioribus hic præter P. P.  
ronis de LL. & Republ. ac Ciceronis de  
Officiis ac LL. libros, in quibus plura ad  
disputationem de Jure Nat. pertinentia ob-  
currunt, maxime dilaudanda Philosophia  
Magna, ut vocantur, *Moralia*, *Eticæ* &  
*Eudemum*, & X. ad Nicom. exarati libri,  
qui Comtempñii & Melanchthonis judicio  
nisi systemata doctrina scientiae iuris na-  
turalis sunt, quisque in illos Abros extanserat  
lebriorum, cum Græcorum, tum Latinorum  
Interpretum nagaegos, versiones &  
commentarii. Ex Recentioribus primum  
nominamus Thomas de Aquino, Morali-  
starum princeps, qui in Jurisprudentia Nat.  
fundamentis ac thematibus explicandis latis  
ab acutissimis est. Quem postmodum in  
gens Scholasticorum, vastis Voluminibus ac  
commentariis in eundem factorum, exceptis  
ceteris, Sato, Dicastilla, Molina, Lessius,  
Lopezius, Valentia, Vasquezius, Arriaga,  
Dominicus de Bances, &c. quoru celebria in  
hoc genere sunt nomina. Theologia quoque  
Moralis Garamuelis, Laymanni, Summa  
Summarum Sylvesteri, Manuale Navarræ,  
quod in compendium sedegit ejus Epistola-  
tis, Petrus Alagona, Jesuinae ratione,

que huic argumento non parom inserviunt. Neque h̄ic suā laude privandæ Francisci  
Victorie *Selectiones Theologicae*, Azorii  
*Institutiones Morales*, Suarezii de LL.  
*Opus*, Filiucii *questiones Morales*, & in-  
primis Antonini Diane *Resolutiōnū Mo-  
raliū vastū*, sed rārum opus, in I.  
Tomo distributum & Lugduni anno bu-  
bie seculi 67. typis descriptum, quod huic  
materiæ explicanda & locupletanda & ihu-  
stranda valde accommodatum est, nisi quod  
ille cum Escobaria, Lobkowizio, Sanctio,  
Sylva, Mascarenhas, Baunio alisque  
monstroso illi & pestilentissimo de Proba-  
bilitate Morali dogmati addictus, agendo-  
rum & fugiendorum normam humanam  
constitutæ auctoritatem, inquit moralibus  
unicuique licere arbitratur, probabiliori  
etiam tute, reliquā tentiā, sequi opini-  
onem probabilem & tutam, quam quatuor  
vel tres, vel duo, vel unus etiam istorum  
Doctorum, cuius liber nondum ip̄i indice ex-  
purgatorio apparuit, tradidit. Quod dogma  
quot in Anglia & Gallia motibus, conjura-  
tionibus, rebellionibus, parricidiis alisque  
malis causam dederit & etiamnum det,  
penitus animis receptum, Anglorum Gallo-  
rumque loquuntur hujus & superiorum se-  
cutorum historiæ, confutatum adpropter &

Ludo-


*Ludovic. Monachio, Wendorckio, Raber  
lo, Stegero & nobis in Inst. Moral. Proh  
pedeum. à S. A. ad 31.* Pertinent huc quoque  
*Fernandi Vangno Controversie: Illigines  
& Usu frequentes, quæ tamen cautè legimus  
dicit, cò quod plerique hujus doctoris dog-  
mata non solius esse pér Monachomachos  
tum infecta, sed & fundamento fruic etiob  
suo: quod omnes omnino principatus, res  
sua, imperia, potentatus, &c. ob publicam  
iustorum civium utilitatem, non etiam ob  
regentum commoda inventi, creati, rece-  
pti & admissi fuerint, superstructa sint. Nec  
ab hac materia alieni sunt *Alberic Gentilis  
libri de Jur. Belli tres*, in quibus subinde  
quæstiones juris naturalis interspersæ, & ex  
instituto explicatae sunt. Quibus addimus  
*Bened. Wincleri de Principiis Juris libros*  
*V.* eruditos quidem, sed propter exemplo-  
rum distractionem in paucorum manibus,  
in quibus, ut inscriptio habet & titulus, ge-  
nuina Juris tam Naturalis, quam Polivi  
principia & firmissima Jurisprudentia fun-  
damenta monstrantur; *Textorum Synopsim  
Juri Gentium*, quæ, utut inscriptio ejus  
solum de Jure Gentium sit; tamen, ut ex in-  
spectione prefationis & argumentorum de  
connubii, de sui contra vim defensione,  
obsequio in parentes ceterisq; rebus aliis evi-  
dens est, multa continet, quæ à solo jure na-  
ture*

etur profici manifestum est ; Dn.  
*Rufendorfi de Iure Nat. & Gen. lib. 3.*  
& *Rebelii dissertationes* de eodem agen-  
tes argumento ; *Cumberlandi de Legibus*  
*Natur. disquisitionem Philosophicam*,  
quæ præter obstatum juris naturalis, quæ  
non paucum illustrat, etiam Elementorum  
Philosophiaæ Hobbiana, et strunq[ue] imbi  
contentorum solidam nobis sicut refutatio-  
nem ; *D. Meissneri de IL Tractatus de*  
*etimprimitis Librum tertium* ; *Dn. D. Alberti*  
*Compendium Juris Natur. Orthodoxæ*  
*Theologiae conformatum*, iisque in primis  
oppositum, qui juris nat. principia ex per-  
veris hypothesibus de primo hominis  
statu derivantes in sententias prolabuntur  
pura Theologiae adversas ; *Dn. Eisenbarts*  
*Institutiones Juris Naturalis*, in quibus,  
quæ in Philosophiaæ Moralis doctrina occur-  
runt, juris naturalis capita repræsentantur,  
& juxta Virtutum moralium eisdemque op-  
positorum vitiotum seriem ac species ita  
disponuntur, ut præcepta aientia ad cer-  
tam virtutis, negantia ad certam vitiæ spe-  
ciem reducantur ; *Ab illi. Epsteini uni-*  
*versæ Iurisprudentiæ Natur. Sceleton*,  
quod alia hujus Scientiæ principia, partes  
ac quasi membra cohaerentia nativa nexu-

continuo uno atque altero obtutu  
spicienda exhibentur; & denique *Autoris*  
*nostri de Principiis Iuris Natur.* Enchiridion,  
mole quidem exiguum, jurista-  
men naturalis pleraque, cum genera-  
lia, tum specialia precepta cum posio-  
nibus conclusionibus complectens, diam-  
que nobis sternens ad rectius intelligen-  
dum frateris sui Hugonis. Opus incom-  
parabile proprioque elogio buc perti-  
nens, Et multa egregia & recondita  
buicque materia perficienda plane  
eximia consinens.



DE



DE  
PRINCIPIS JVRIS  
NATURALIS.

CAPVT PRIMVM.

*Quid Jus? quid Natura?  
quid Jus Naturale?*

S. I.

**I**E PRINCIPIS JVRIS.  
NATURALIS acturis,  
necessaria in primis est  
terminorum expositio,  
quoniam enim à notioribus ad  
ignota progrediendum est ei, qui  
rem aliquam explicare vult, con-  
sequens est, ut in ipso quasi vesti-  
bulo



bulo statim declarantur ex Voci  
ces, quæ subjectum, de quo trahit  
ratio instituitur, significent, ut  
iis bene intellectis, tota procedat  
disputatio.

### COMMENTATIO.

*Grotius de Principiis Juris Naturae*  
dicturus, ne forte nominum ambiguitate  
distracti, deinceps in cognoscenda hac aut  
tradenda doctrina hareremus, salutari consiliō,  
priusquam ad singulas Iuris hujus  
præceptiones accederet, generalia quedam  
de Iure, bujus origine, Natura, ex quibus  
hoc, de quo agimus jus, coabitum, u-  
triusque multiplici significatu, Iuris Na-  
turalis existentia, modo probando ab  
quid est illius iuris, variis acceptationib⁹ ac  
distinctionib⁹, causis cum internis, tum  
externis, effectibus, idque genus alii  
scicū perquam necessariis, prefari  
voluis.

### S. II.

Videndum igitur ante omnia  
quid sit Ius, deinde quid sit Na-  
tura, ut ita tandem, quid sit Ius  
Natu-

*Naturale, elucēsat: & de pri-  
mo quidem recte (a) *Vlpianus:*  
*iuri* (id est *Jurisprudentiae & sci-  
entiae Juris), *operam daturum*  
*prius nosse oportet, unde nomen*  
*juris descendat* (id est, quam  
ratione hæc *scientia ius appelle-  
tur*): id nos à voce *jussum* (quæ à  
*jubendo* venit) derivari credimus;  
postremâ syllabâ per apocopen  
subtracta: nam quæ nos iura vox  
camus, ea antiqui *jusa* sive *jussa*  
appellare solent, atque ita *ius ac-  
cipimus* pro *omni eo*, quod *lege*  
*precipitur*; nisi quis malit *ius à  
iusto* derivare, ut comprehendat  
illud, quod *justum & æquum* est,  
sicut apud Græcos vox *dixiōv* &  
*ius & justum* denotat, à quo non  
abludit *Vlpiani* sententia, qui *ius*  
à *justitia* appellari asserit, *justi-  
tiam* videlicet pro *justo*; abstra-  
ctum pro concreto ponens.**

Da

(a) ff. de just. &amp; Iur. l.l.

De Origine Juris haud peregrina inter  
Doctores dividia est. *Autor* illud à *jussu*  
*deducit*, postremâ syllabâ *su* per apocopen  
sublatâ, putatque *jus*, quâ *vim nominis*,  
*idem esse atque jussum*, seu *id*, quod *ju-*  
*betur & lege præcipitur*. *Plerique*, secuti  
*Chrysippum & Stoicos*, *eius originem*  
*non aliunde quam à Iove petendam esse*  
*existimant*: quô etiam inclinare videtur  
*Hugo Grotius*, (a) ita ea de ré differens:  
*Sed & illud ipsum*, *de quo egimus*, *na-*  
*nrale jus*, *sive illud sociale*, *sive quod*  
*laxius ita dicitur*, *quanguam ex prin-*  
*cipiis homini internis profluit*; *DEO ta-*  
*men ascribi merito potest*, *quia*, *ut ta-*  
*sia principia in nobis existerent*, *ipse vo-*  
*luit*: *quò sensu Chrysippus & Stoici di-*  
*cebant*, *juris originem non aliunde pe-*  
*tendam*, *quam ab ipso IOVE*, *à quo Io-*  
*vis nomine *jus Latinis dictum probabili-**  
*ser dici potest*. *Quamvis ipse forte ve-*  
*riorem esse judicet originationem eorum*,  
*quibus *jus à jussu dictum*, dum in Annot.*  
*ad b. h. sequentia addit*: *nisi forte verius*  
*per abscissionem*, *ut ex eo*, *quod fuit*  
*osseum*, *factum est os*, *ita ex eo*, *quod*  
*fuerat jussum*, *factum est jus*, *jus is po-*

B      stea

*Specie juris*, ut ex Papisiis Papirii, de quo  
vide Ciceronem lib. 9. epist. 21. (b) Alię  
denique notionem juris ex classe eorum  
esse arbitrantur, que aliunde suos nata-  
les non arcessunt, h. c. simplicium &  
primitivorum, quorum sententiae merito  
& nos accedimus.

(a) Prolegom. n. XII. (b) Vid. Io. Corasius  
ICteus de Iure Civ. in art. redig. c. 12. p. 125.

### §. III.

*Vocem Iuris variis modis*  
*accipi, testes sunt Icti* (a) *Pau-*  
*lus & Martianus.* Tres autem  
(b) *præcipui* sunt: 1. *Cum accipi-*  
*tur pro omni eo, quod justum est.*  
2. *Cum accipitur pro qualitate*  
*moralis personæ competente ad*  
*aliquid justè habendum vel agen-*  
*dum.* 3. *Quando idem valet quod*  
*lex, ut sit regula actuum mora-*  
*lium, obligans ad id, quod re-*  
*ctum est.*

(a) I. penult. & ult. ff. de Iustit. & Iur. (b) Hugo  
Grot. de Iur. B. ac P. lib. 1. c. 1. §. 3. 4. & 9.

ve

Ut ceteros à præsente negotio alienos  
 IVRIS significatus, quò (a) vel decisivam  
 Iudicis sententiam, vel (b) locum, in quo  
 jus redditur & Iuridiciariæ causæ tractan-  
 tur, (c) vel necessitudinem & conju-  
 nctionem sanguinis; vel (d) Iuris scientiam  
 designat, h̄ic prætereamus, tribus illud in-  
 primis modis (d). Doctoribus solet acci-  
 pi. 1. ut tribuitur actioni, & nihil aliud  
 quam actionem justam denotat, sive jam  
 illa in sensu aiente justa & moraliter  
 debita sit, ut colere D̄um, honoretare pa-  
 rentes, sive in sensu negante talis sit,  
 & juri non contraria, non inboneſta,  
 non illicita, veluti occupare alterius bona  
 derelicta, facere testamentum, nuptias con-  
 gahere, contractum celebrare &c. 2. Ut  
 tribuitur persone, & qualitatem, fa-  
 cultatem seu potentiam moralēm hoc  
 vel illud jure, id est, salvâ legem natu-  
 ralis, civili, divinâ aut alia, habendi, pe-  
 tendi, agendi & utendi significat, veluti  
 tutela, hereditas, pignus, servitus, actio,  
 obligatio, dominium, imperium &c. si-  
 ve jam qualitas illa & jus mere persona-  
 le sit, & imediatè persona competat,  
 ut imperium patrium, dominicum; sive  
 reale & persone competat non nisi me-

diant certa re, ut jus braxandi domus annexum; sive perfecta, & ita comparata sit, ut ejus exercitium per vim bellicam aut judiciale aduersus exterros aut socios, qui illud illegitimè suspendere ac impedire conantur, asseri potest; sive imperfecta & talis sit, ut saltim aptitudinem moralem sine ulla vi bellica & judiciali designet, cuiusmodi est in mendico ad accipiendam stipem, aut in homine digno ad munus publicum. 3. ut legem notat, h.e. regulam actuum moralium, obligantem ad id, quod rectum, seu ut ipse explicat Hugo Grotius, quod justitiam universali, aut laxius justum est. Voce tamen regula hic non propriè, sed equivocè & per quandam analogiam acceptâ, & actuunum moralium terminò indeterminate, ut tam intrinsecè quam extrinsecè morales ambitus suo complectatur.

- (a) I. pen. ff. de Iust. & Iur. Vid. Layman. lib. 3. de Iust. & Iur. tr. 1. c. 2. p. 249. & 250. (b) I. 9. 6. 7. ff. de Interrogat. action. l. unic. C. de Confessis. l. 1. & tot. tit. ff. & C. de in ius vocando. I. pen. ff. de Iust. & Iure. Vid. Coranus de Jur. Civil. in art. red. c. 12. p. 215. (c) I. fin. ff. de Justit. & Jur. (d) I. i. ff. de Iustit. & Iur. quâ Vlpiano describitur Ius ars boni & æqui. (e) Hug. Grot. de Iure B. ac P. lib. 1. c. 1. §. 3. & seqq. Ludov. Molin,

lin. de Iust. & Iur. tr. 1. disp. 2. tom. 1. Leon.  
 Less. de Iust. & Iur. dubit. 20. Domin. à  
 Soto. 3. de Iust. & Iur. quæst. 1. art. 3. Thom. 2. 2.  
 qu. 57. art. 1. §. 9. Petr. de Arragon. in 2. 2.  
 de Iust. & Iur. quæst. 57. art. 1. Francise.  
 Suarez. tr. de LL. lib. 1. c. 2. Briss. lib. 9.  
 de V.S. verbō Ius. Ioh. de Dicastillo de Iust.  
 & Iur. tract. 1. lib. 2.

## §. IV.

**Nos hic vocem Iuris primō  
 aut etiam tertio modo sumimus.**  
**Sic de primo modo loquitur Ju-**  
**riscosultus Paulus, (a) cùm id,**  
**quod semper equum & bonum**  
**est, jus dicitur, ut est jus natu-**  
**rale. Alter verò frequentissi-**  
**mus est, hinc (b) divina lex fas**  
**est, lex humana jus est; item**  
**(c) Iure fieri dicuntur, quod con-**  
**sentaneo legibus more fit.**

(a) l. pen. ff. de Iust. & Iur. (b) Isidor. lib. 5,  
 Etymolog. (c) l. 3; ff. de Iust. & Iur.

**Quin etiam medius non minus ac**  
**primus & extremus buc pertinet, cùm**  
**in Iure Naturæ, quotiens de Iuribus per-**

B 3 sonat

sonarum & rerum sermo est, sape disquiri soleat, an qui egit etiam facultatem moralēm, sive perfectam, sive imperfectam, ita vel ita agendi habuerit, an locus? v. g. num qui tutelam, quam vocant, inculpatam exercuit, haberet jus ita se cum occisione alterius tuendi? & an patri, qui imperat liberis, in familiā constitutis, quoad personas & res eorumdem, competat jus imperandi? & ita in aliis. Quocirca ut entia naturalia absque potentia naturali agere nequeunt, ita & entia moralia nihil justè ac validè agere putantur, nisi facultatem ac potestatem moralēm hoc vel illud moraliter agendi habeant, cum (a) jus, quod facultatem significamus, semper ejus juris, quō justum, & præsternū debitum, indicatur, quasi fundamentum & principium sit. Bene igitur (b) Hugo Grotius: ab hac juris significatione diversa est altera, sed ab hac ipsa veniens, qua ad personam refertur.

(a) Boeder. Comment. in Hugon. Grot. lib. I. c. 1. p. 83. (b) de Lux. B. ac P. lib. I. c. 5. §. 4.

§. V.

*Natura etiam vox diversas habet significationes: aliquant-*

quando enim sumitur pro affectibus homini & natura insitis, ut est instinctus procreandæ sobolilis, qui sine vitio est; aliquando etiam pro affectibus vitiiosis, ut cum dicitur, (a) naturalem esse hominum ad dissentiendum facilitatem, itemque (b) naturale esse vitium, negligi, quod communiter possidetur; aliquando natura pro prima causa atque aëdeò pro ipso DEO accipitur. (c) *Quid aliud est natura quam Deus? nihil natura sine Deo est, nec Deus sine natura.*  
 Aliquando pro causa secunda & DEO subjecta, sic Poëta, (d) *hanc Deus est melior litem natura diremit;* item cum dicitur, (e) *rerum natura fructus omnes hominis causa comparasse;* aliquando pro (f) naturali illa DEI operatione, quæ mentibus nostris in-

In sedis, cuius Deus auctor est,  
& hæc quidem acceptio huic no-  
stræ materiæ quam maximè ac-  
commodata est.

- (a) Item si unus 17. §. principaliter. &c. ff. de  
cept, arb. (b) I. 2. C. quando. & quibus  
certa pars debet. (c) Senec. in lib. de Benef.  
(d) Ovidius Metamorph. lib. 1. (e) §. in pe-  
cul. Instit. de rerum divis. (f.) Augustin, lib.  
3. Conf.

Prater eas Naturæ acceptiones, ab  
Autore allatas, adhuc plures alia passim in  
Doctorum scriptis habentur, quas tamen  
in præsenti adducere aut explicare non est  
instituti nostri. Videantur interim prater  
ceteros Conimbricenses 2. Physic. c. 1. qu. 1.  
Zabarella de Natura. c. 4. & Wincklerus  
de Principiis Iuris lib. 1. c. 6. p. 39. &  
c. 7. p. 40. Illud saltim circa tertium &  
quartum vocis naturæ significatum nosse  
non omnino inutile fuerit, quod natura  
cum DEO tribuitur, ad dignationem na-  
turæ, à DEO creatæ etenque subjectæ, di-  
catur Natura Naturans, sicut altera, hæc  
inferior, Natura Naturata.

### §. VI.

Quibus ita præmissis, facile  
ap-

apparet, quid sit jus naturæ sive  
naturale, de quo omnis nostra  
instituitur disceptatio (a) est enim  
illud *jus*, quod cum ipso genere  
humano rerum natura prodi-  
dit. Et alibi: (b) *jus*, quod natu-  
ralis ratio inter omnes homines  
constituit, & quod omni huma-  
no genere commune est, & quod  
apud omnes peraq; custoditur,  
(c) quod semper agnum ac bo-  
num est, aut, ut (d) alii loqui  
amant, divina ratio toti mun-  
da & partibus ejus inserta. Cui  
non male concinit illud: (e) a  
*D.E.I.* ratione ratio nascitur  
mortaliuum.

(a) S. singulorum Instit. de rerum divisi. (b) S. n.  
Instit. de Iur. N. G. & C. & I. 9. ff. de Iust.  
& Iur. (c) l. penult. de Iust. & Iur. (d) Se-  
necca IV. de Benefic. c. 7. & August. 2. Co-  
fess. c. 4. (e) Epicharmus.

Placuisse Autori varias hic congerere  
dictiones & formulas, quibus ad Ius Natu-  
rale quadam tenus exprimendum vulgo

*ICri aliique utuntur. Complures alias ejus fensus formulas, quoad verba, sicut sensu parum discrepantes, cum apud alios, tum maximè Ciceronem de LL. & alibi pasim reperire licet.*

## §. VII.

Sed jam nova se offert quaestio, quæ, antequam ulterius progressiamur, discutienda est, an hinc irum detur aliquod ius Naturæ? frustra enim de qualitate & aliis hujus juris accidentibus queritur, si nondum plene constet, illud revera existere. Sed cum hanc spartam excoluerint ante nos (a) alii, necessitatem ejus juris unō atque alterō argumento probasse sufficiet. Quorum primum est, quod rationalis creatura à D E O ita est condita, ut se ad bonum vel ad malum possit convertere, cum autem D E V S bonum omne diligat,

ligat, omne verò malum oderit, necesse fuit, ut toti humano generi legem daret aliquam, quā bonum, quod D E O placet, cognoscere, malum verò, quod ei displicet ab eo discernere posset, & ita ad bonum quidem dirigatur, à malo verò arceatur, quod præstat lex naturæ. Alterum est, quod humana creaturæ ad societatem est creata, & quidem ordinatam ac duraturam: cum igitur D E V S omnis boni ordinis auctor & fautor sit, sine quo nulla societas diu potest consistere, consequens est, ut hominibus & imperandi & parendi & in commune consulendi leges aliquæ fuerint præscribendæ, quod etiam legi naturali debemus.

(1) Hug. Grot, de Int. B. ac P. In Prolegom.

Gemina hæc ab Auctore pro existentia Iuris Natur. adducta argumenta admodum in-

infirma sunt , conquirenda ergo nobis sunt certiora ac magis firma , quorum **primum** ab objecto hujus Iuris peti potest , cum certum sit , omnium ceterorum jurium , Divini , Gentium , Civilis &c. objecta non nisi actus indifferentes seu illos esse , qui in se nullam involvunt honestatem & turpitudinem , solius autem , de quo iam agimus , juris objectum actus intrinsecè turpes & honestos esse . Si igitur dantur actus intrinsecè honestate & fæditate gaudentes , dabitur ipsum , quod de his actibus unicè disponit , jus Naturæ . Dari autem hujusmodi actus , quos Iuris Naturalis objectum modò esse diximus , pluribus docuimus in (a) *Institutionibus nefris Etbercis* contrà Dn. Pufendorfum , Kulpisum , Poiretum , aliosque , expensis insimul eorum in contrarium allatis argumentis . *Hanc* argumentum duci potest ex obligatione huic juri propria , cum evidens sit , obligationem illam ex ipsius objecti aut actus natura resultare , eoque universalem ac perpetuam esse , ad omnes omnino homines , quâ tales , recta ratione utentes , cuiuscunque status & conditionis sint , sepe porrigitent , eosdemque cum ad culpatum ad paenam reatum adstringentem . Existente autem juris naturalis effectu formaliter , h.e. , obligatione naturali , non potest non dari

dari ius , quod obligationis illius causa &  
 principium est. *Ei quamvis* etiam Gentium  
 Ius , non minus atque Naturale , omnes  
 homines obligare eoque ipsius juris obliga-  
 tio universalis esse videatur , non tamen ob-  
 ligatio isthac ex natura sui objecti , sed ex  
 libera gentium voluntate emanat ; nec ho-  
 mines , ut homines , sed ut gentes , quâ ta-  
 les sunt , erga se invicem obstrictas tenet ,  
 ceu pluribus cum alibi , tum maxime in (b)  
*Instit. Iurisprud. Gent.* ostendimus. *Ejus-*  
*dem Iuris existentiam* probant etiam  
 omnibus hominibus communes illæ , nec à  
 parentum præceptorumque speciali institu-  
 tione , aut vitæ communis usu hancæ  
 evocay , ut justi honestique indices ; & in-  
 genitus infixusque nobis à natura justitiae  
 sensus , ut & conscientiaz naturalis , quæ  
 cuq; inest de honestate , eoq; , quod in homi-  
 num vita pulchrum & decorum est , dicta-  
 mina , etiam invitis & renitentibus adhæ-  
 rentia , adeò ut etiam latrones & alienarum  
 rerum raptores , propriæ conscientiaz vi-  
 stimulati , malling reperire , aut allò hone-  
 stiori acquirendi modò res sibi acquirere ,  
 quam ipsis , quibus utuntur , latrociniis &  
 rapinis. Vid. pluribus de hoc argumento  
 contra Hobbesium aliosque legis naturæ im-  
 pugnatores præclarè differentem Robertum  
*Sbarrockium de officiis secundum Ius*  
*Nat. c. 2.*

§. IIX.

Vnde & notitia hujus Iuris ad omnes se gentes extendit, (a) est enim vera ratio naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, qua vocet ad officiam, jubendo, vetando, &c. Hinc & alibi (b) Cicero vocat legem, neque hominum ingenii exco-  
gitatum, neque scitum aliquod populo-  
rum, sed eternum quiddam, quod te-  
tum mundum regit, imperandi prohi-  
bendique sapientia. Sunt (c) enim  
ea, quæ hæc lex dictat:

Hanc ambagibus  
Implicita; sed que regulis equi & boni  
Suffulta rudibus pariter & doctis patens.

Cum igitur Ethnicis & Orato-  
ribus & Poëtis jus hoc naturæ  
sit cognitum, nemo certè ratio-  
nem suam in consilium adhibens  
id negaverit, præsertim cum no-  
bis

bis Christianis (d) *Apostolus Paulus* apertissimè id ob oculos ponat, de ipsis Ethnicis sic loquens: *Gentes, que legem non habent, natura-bler ea, qua legis sunt, faciunt; ejus- modi legem non habentes sibi ipsis lex sunt, ut qui ostendant, ipsum opus legis Scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia iporum,* Ego. Quem locum exponens (e) *Augu-  
stinus* ita loquitur, nullam animam esse, que ratiocinari possit, in cuius conscientia non loquatur Deus. Quis enim legem naturalem in cordibus hominum scribit, nisi Deus.

(a) Lactantius ex Cicero de vero cultu c. 8.

(b) Cicer. de LL. lib. 2. (c) Eurip. in Phoeni-  
nist. (d) Epist. ad Rom. 3. (e) lib. 2. de  
Germ. Dom. in monte.

Viterius *Auctor* hujus juris existentiam ex illius universalí atque ad omnes gentes & homines sese portigente notitia probare satagit, eam in tem varia Doctorum producens loca & testimonia. Neque hanc naturalem notitiata subruere videntur qua-  
rum.

Fundam gentium ac populorum facta contraria. veluti veterum (a) Germanorum ac Cilicum latrocinia, Lacedemoniorum furta, præsertim eduliorum, Derbicum & Massagetarum occisionem suorum parentum propinquorumque, seniò confectorum, adprobansiam, cum & his juris naturalis sensum non omnino defuisse certum sit, et si malâ educatione, prævisque iniustitiae & moribus abrepti talia admiserint: cum à facinorum, jure naturæ intermixtorum, admissione, ad juris ejusque notitia negationem omnino incongrua collectio sit, multisque hodie contra juris naturalis, sp̄pis inexistentem, sensum & propriæ conscientiæ stimulos furta, latrocinia, adulteria idque genus alia committant. Benè Andronic. Rhodius: *apud homines recta sanaq; mente preditos immutabile est jus illud naturæ quod dicitur.* Quod si bis, qui morbido distorteque animo sunt, aliter videtur, nihil id ad rem pertinet. Nam nec mentitur, qui mel dulce esse dicit, ideo quod agrotis aliter videatur.

(a) Alex. ab Al. G. D. lib. 3. c. 2. Plin. lib. v. c. 3.  
Strabo, lib. Geog. 2. &c 13.

## §. IX.

Subnectetur huic quæstioni alia non minus utilis, quò pactò diadicari possit, an aliquid sit juris naturalis, nec ne? quod ego duobus modis fieri posse dico: *primò ex convenientia aut inconvenientia cum naturā rationali & sociali: & secundò ex eo, quod apud omnes gentes, aut moratores certè, ita esse creditur.* Nequè utriusque ratio longè petenda est: cum enim jus naturæ sit dictamen rectæ rationis, sequitur ut id omnino cum recta ratione convenire debat, quod igitur reperitur ab ea discrepans, id omnino à jure alienum habebitur: cumquè moratores gentes scilicet quam maxime juri naturali conformem, quicquid illæ in communione servant, eisdem juris esse valde probabile

**C**onveniens est.

est. Nam omni in re consensus gentium lex quadam naturae putanda est. Videantur & alia loca in hanc sententiam allegata; dicto §. 12. de jure belli ac pacis.

Autor ostensurus, unde aliquid juris naturae esse liquido constare possit? duos ex (a) Hug. fratre disputationum fontes ac modos adducit: alteram, qui Hugoni à priori dicitur, quō videlicet aliquid juris naturae esse ostenditur ex iis con aut inconvenientia communatoria rationali ac sociali; alterum, qui eidem à posteriori nuncupatur, quō ex omnium aut certe morationum gentium consensu aliquid juris naturae esse, infertur. Sed quamvis, quod dissentendum haud est, ex con aut inconvenientia actus cum natura rationali ac sociali, illum juris naturae esse, quādantur probari queat, negamus tamen hunc modum probandi sufficientem. & huiusmodi esse, ut inde certò, aut, quod Hugonis videtur, à priori aliquid juris naturae esse demonstrati posse: cum præterquam quod plurima, quæ pure civilia, convenientiam dicunt cum natura rationali, veluti ad devitandam in ultimis voluntatibus fraudem & machinationem septenarius testium numerus, quæ tamen juris naturalis haud sunt, etiam istius,

con-

con- aut *disconvenientia certum detur fundamen-*  
*tum & ratio aliqua à priori, ita quidem,*  
*ut interroganti, quare cultus Deo debitus &*  
*honor erga parentes naturæ rationali con-*  
*veniat, furtum vero, homicidium, adulterium*  
*idquæ genus alia eidem disconveniant, à pri-*  
*ori responderi posit per circumstantiarum,*  
*quaæ actibus illis insunt eorumque substan-*  
*tiam constituant, moralitatem, h. e. honesta-*  
*tem & turpitudinem.* *Ceterum quid hic il-*  
*lis Doctoribus, qui hanc interham & objecti-*  
*vam moralitatem, quaæ in objecto & ceteris*  
*circumstantiis consistit, & alterius moralita-*  
*tis, formalis videlicet, fundamentum & cau-*  
*sa est, negant, reponi posse, vid. (b) Insi-*  
*tit. Erbice.*

(a) De Jus. B. & P. lib. I. t. i. §. 12. (b) post. ad  
2. S. 14. & seqq.

## §. X.

Restat nunc, ut aliquam juris  
naturæ definitionem vel certe descri-  
ptionem afferamus, quæ hæc est: (a)  
*Jus Naturale est dictatum rectarationis,*  
*indicans actui iusticiæ ex ejus conve-*  
*nientia aut disconvenientia cum ipsa natu-*  
*ra rationali inesse moralem turpitudinem,*  
 C 2

\*( 36 )\*

dinem, aut necessitatem moralem, et consequenter ab Auctore naturae, Deo, talis actum aut vetari aut precipi. Ego legem naturae sic definio, quod sic lex, quam Deus, ut naturae Auctor, omnium mortalium cordibus inservit, ad discernendum honestum à turpi, illud iubens, hoc vetans.

(a) Hug. Grot, I. 1. c. 1. §. 10.

Varie hinc inde in scriptis & dictorum & Doctorum moralium bujus juris definitio-nes habentur. Nobis, salvo tamen etijsque meliori judicio, illud à priori ita brevibus pla-cca desctibere: quod sit dictatum recte rationis practicum in materia universali, de eo, quod intrinsecè morale, b. est, perse ex sua natura honestum ac turpe est. A posteriori: quod sit regula actu-um moralium obligans ad id, quod re-ctum est. Vid. Instit. Ethica. Part. I. c. 4. §. 5.

### §. XI.

Quæ definitio, ut paulò latius explicetur, sciendum, cum legem dicimus, speciem aliquam legis decla-

declarari, atque ita hinc etiam competere definitionem, quæ hæc est: (a) ordinatio rationis ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata. Legis ita generaliter sumtæ divisio prima est, quod omnis lex vel sit naturæ, vel voluntaria: ad primam speciem pertinet lex naturæ, de qua agimus; ad alteram omnes aliae leges, sive divinæ, sive humanae, ab hac contradistinctæ & in primis civilis equitas, vel scriptis legibus fonsita, vel (b) institutis aut moribus recepta.

(a) Thomas de Aquino. I. 2. qu. 90. art. 4. (b) Salust, in Catilin.

Duo hæc annotanda veniunt (1) quod legem naturalem aliquam legis, ita generaliter accepta, speciem esse dixerit, cum tamen lex naturæ & cetera legis inferiora nec proprie sic dictarum specierum, nec lex generis, sed hæc ad illa saltim communis ab uno, vel ad unum rationem habeat, & lex

scilicet ex iure seu per excellentiā de lege naturis,  
 secundariō de legib⁹ voluntariis, quæ ex vo-  
 luntate vel Divina, vel Gentium, vel summi  
 imperantis &c. ortum habent, dicatur. (a)  
 quod legem in communi ut sic ex Thera-  
 ma per ordinationem rationis ad bonum  
 commune ab eo, qui curam communitatis  
 habet, promulgatam, delineaveris.  
 Cum; (a) præterquam quod promulgatio  
 nec circuicet legem naturalem, nec gentium da-  
 tur, etiā suo definito illa paullo laxior. (b) an-  
 gustior sūt, iisque etiam, quæ leges non sunt,  
 veluti constitutis aliisque, nec omnibus legibus  
 inferioribus, sed humani solum & civilibus  
 competit. Quia; (b) alias h̄c legis in com-  
 muni apud Doctores occurrit delineatio-  
 nes, h̄c non multo meliores sunt. Nos; (c)  
 in Institutione Politice. talem à priori de-  
 dimus, quod sit propositio practica actus  
 hominum liberos dirigens in finem toti  
 societati prefixum; à posteriori: quod  
 sit regula actuum liberorum, obligans ad  
 id, quod rectum est. Ceterum iam detur  
 civilis æquitas, scripta seu legibus sancta-  
 ta, cuius Author exponit hujus §. morem, ex  
 J. C. (d) Donellus, (e) Faber, (f) Duake-  
 nus, (g) Zæsius, aliquæ dubitando, his in-  
 primis moti rationibus, quod æquitas non  
 solum stricti scripti, iuris emendatio & quasi  
 inter-

interpretatio sit, in arbitrio boni viri bene-  
que judicandi periti posita, ut pro ratione  
temporis, loci, personarum & causarum rem  
dirimat; Sed & ipsa, si scripto comprehen-  
datur, æquitatis nomen penitus amittat, ju-  
risque ac legis assumat. Evidem qui con-  
trarium tuentur, hic recurrent ad l. 8. c. de  
judicis, qua dicitur: *placuit in omnibus*  
*rebus precipuam esse justitiae equitatis*  
*scripta, quam stricti juris, rationem.* Sed  
cum Codices veteres & recentiores vocem,  
*scripta,* omittant, & ab aliquo, qui via æqui-  
tatis non satis intellexit, addita sit, ut bene-  
tradicat Duarenus l. cit., sponte suâ illorum, æ-  
quitatem scriptam agnoscendum, corrueat ea-  
pinio. Non distinguentes cum Illustri (h)  
Strupio inter duplum æquitatis acceptio-  
nem, absolutam & respectivam, de qua  
infra, dicimus, quod, quamvis qua posteri-  
orem, nempe relativam æquitatis considera-  
tionem, nulla detur æquitas scripta, eò quod  
æquitas eo sensu sit legis scriptæ declaratio æ-  
quumque, quod præter legem scriptam ju-  
stum est, non tamen repugnet, quò minus  
juxta priorem talis dari possit, dummodò co-  
gitemus, quod hoc sensu omnis lex bona sit  
æqua, eoque æquitas detur scripta.

(a) Gregor. de Valentia. Tom. 2. disp. 7. qn. 1.  
punct. 2. (b) Vid. Meissnerus Dissert. de LL.

libr. 4. qn. 4. p. 53. & seqq. (c) Part. II. c. 1. p.

(d) lib. i. Comment. c. 13. versic. Jam vñ-deamus. (e) l. in orthibus 90. de R. I. (f) et disput. c. 18. (g) Comment. ad tit. i. ff. de Judiciis n. 44. p. 171. (h) Symag. Jur. civ. Exerc. 2. n. 44. p. 69.

## XII.

Sequitur in definitione legis  
*Causa Efficiens, nempe D E U S, ut na-*  
*tura Auctor: de hac enim loqui re-*  
*Etèputatur hic locus. (a) Quis o-*  
*fendet nobis bona? Signatum est super*  
*nos lumen dulcis tui Domine: Nec lon-*  
*ge hinc abit (b) Cicero: ex qua illa lex,*  
*quam Dii humano generi dederant, recte*  
*lodata est, ubi & eam vocat, equa-*  
*lem illius, secum & terras tuas & re-*  
*gentis D E I. Hinc illud verissimum*  
*effatum: Quicunq; legi naturali (c)*  
*obviat, D E I voluntatem non feruat.*

(a) Psalm. IV. (b) Cicer. de LL. lib. e. (c) An-  
 selmus.

*Causa Efficiens Juris Naturalis non*  
*visi remota & mediata D E U S est, na-*  
*tura*

tura Auctor, qui in creatione primi hominis eidem (a) ius naturae inscripsit, quam auctoritatem ipse (b) Cicero (c) Chrysippus aliquis Gentilium agnoverunt, ortumque illius in Deum regulerunt, uti pluribus, si opus foret, multo labore possat ostendti; præxiam datorem, manente recta ratione practicæ, per cuius judicium & dictatum, (d) Thomam, (e) (f) atque secuti, supra illud delineaverimus. Dicimus autem Deus, hujus Juris causa efficiens non eō sensu, ac si omnis vis obligans, quæ sibi tribuitur, à Deo dependeat, actuamque honestas ac turpitudo, de quibus illud disponit, citra Dei voluntatem, ut multis persuastim, nec sit nec intelligi possit, sed quod recta rationis practicæ in nobis existentis eoque ipsius juris naturalis, quod illius dictamen & effectus est, Deus fons & origo sit, juxta illud: Causa causæ est quoque causa causati. Apposic (g) Hug. Grotius: Sed et illud ipsum, de quo agimus, naturale ius, quamquam ex principiis interrie profuit, DEO nomen adscribi merito posset, qui ut talia principia in nobis excicerant, ipse voluit. Vid. Institut. Eth. Part. L. C. IV. §. 7.

(a) Paulus Roman. 2. (b) I. c. 1. (c) 3. de Dilis (d)

I. 2. qu. 94. art. 1. (e) de Iust. & Jur. lib. 1. qu.

4. art. 1. (f) Valent. in I. 2. tom. 2. disp. 2. qu.

4. punct. 1. p. 884. & legq. Salas disput. 1. sect.

a. Svarezius de LL. lib. 2. c. 5. n. 14. Roderic.  
de Arriaga in 1.2. Thom. tom. 2. tr. de LL. disp. 1.  
tabl. &c. 1. (g) Proleg. Op. de Jur. B. & P. n. 12.

## SPOX III.

*Cum legem hanc omnium mortalium  
cum cordibus insitam dicimus, tunc  
modum, quô ea lex promulgata  
est, indicamus, nemp̄e per impres-  
sionem naturalem in mente crea-  
turæ rationali. obinc (a) Aposto-  
lis, ostendunt opus legis scriptum in cor-  
dibus suis. Egregie hæc interpreta-  
tur (b) vetus Ecclesiæ Doctor his  
verbis, ea lex non scribitur, sed inna-  
scitur, non precipiatur lectione, sed pro-  
fluat nature force in singulis exprimitur.  
Rectè additur: omnium mortalium.  
Quia nulla gens est tam bárbara,  
tam offera, quæ hanc legem igno-  
ret. Si non habent legem scriptam, ba-  
hent tamen legem naturalem.*

(a) ad Rom. c. 2. (b) Ambros. gloss. super d. c. 2.  
ad Rom. 10. Agit

Agit hic de ratione & modo, quod legia  
naturalis promulgatio facta esse dicitur,  
nempe impressione, seu inscriptio illius  
in hominis animam, ipsa DEI manu fa-  
bam. Quæ ut regius intelligantur, adver-  
tendum, quod promulgatio sit in duplis  
differentia, alia proprie & absolute ca-  
ra, & nihil aliud est, quam actus superioris,  
quod mundi seu intellectui creatura rationa-  
lis, us inferioris, per signa sufficientia & re-  
cepta legis sensus instillatur, & semper intel-  
ligenda, quoties promulgatio absolute & si-  
gne addita efficitur; alia propriæ, ab absu-  
stis non approposito talis, & est actus superio-  
ris, qui is inferiorem ita producit iisque do-  
nis instruit, ut cognitionem legis ex seipso e-  
licere & honestum à turpi discernere valeat.  
Prioris generis promulgatio non nisi positi-  
vis legibus, veluti civilibus, divinis, &c.  
propria est; posterioris verò ordinis tantum  
legi naturali & ex parte Gentium competit.  
Id quod notandum contra Thomam, Soto a-  
liosque, qui promulgationem necessariam &  
universalem legis affectionem esse conten-  
dunt, rati eam aequaliter eodemq; plane modō  
cucumq; legi soli, & semper competere. Quæ  
alias hinc à Thoma in contrarium adferri solent,  
ea confutata vide apud B. Meisnerum dis-  
sert. eruditæ de LL. lib. 1. p. 71. & segg.

Quæ subiectuntur verba, ad discernendum beneficium à turpi, veram hujus legis naturam accurate delineant: Est enim lex naturæ in hoc data, ut turpia fugiamus, honesta sectemur: (a) per hanc quilibet intelligit & conscius est, quid sit bonum, quid malum. Nam ut aliis loquitur: (b) legem Dei habet fisi indicatim, impressamque & insitam, quæ bonum à malis internè humanæ dijudicamus.

(a) d. Glossa. c. 2. (b) Cliotheus.

Deus Ius naturæ humanis actionibus dicem addidit, ut hominem, non impeditem in usu debito rationis, quid bonum, quid malum, æquum & iniustum, honestum & turpe, eoque quid persequendum & vitandum sit, doceat, ad ipsum perficiendum, cum in iis, quæ Dei cultum, tum in istis, quæ æque hominem & civitatem spectant, & tollendum in eo ignorantia prætextum. Hinc non male (a) Germoni delineatur Ius naturale, quod

quod sit signum inditum cui libet homini, non impedito in usu debito rationis, & notis etatuum voluntatis divine, voluntatis, creaturam rationalem humanam teneri ad aliquid agendum vel non agendum, per consecutionem sui finis naturalis.

(a) Tr. de vit. Spirit. loc. 2. c. fol. 5. vid. Scharonius de off. sec. jus nat. p. 90. & seqq.

### §. X V.

Nec tamen sufficit notitia boni & mali, nisi praeterea illud jubeat, hoc ueret, quae verba definitionem claudunt. Est enim recta ratio mens que sapientis ad jubendum & deterrendum idoneas, & plenius, est ratio summa infinita in natura, que jubet ea, que facienda sunt, prohibetque contraria.

(a) Cicero de LL. lib. 2. (b) Idem c. 1.

Lex naturae non solum, ceu dictum, (a) indicativa boni & mali est, sed etiam propriam probationem mali & præceptionem boni continet, cum virtus legis sit yetare & jubere, sine quibus illa omnino nulla & mor-

de mortua. Quòd ipso cum à romano tum pons  
missis distinguitur, cum ligatus conceperit fo-  
rum, quæ necessaria, nec nisi nolentibus &  
invitis, consilia autem præscripta eorum pla-  
rumque, quæ optima, nec nisi volentibus;  
*Lex obliget*, non ita *confilium*, quamvis an-  
sam interdum præbere obligationi poscit, qua-  
le medici rectum & sanum, quod ægtoto dat,  
*confilium* est, non ex *virtute imperativa*, sed  
quod sequi recta ratio dicit; *Leges* diri-  
gantur ad finem ejus, qui præcipit, *consilia* ad  
finem ejus, cui præcipitur; à *permisso* vero,  
quod *leges* interminent mala & præcipiant  
bona, atque ad mali fugam bonique sequelam  
homines obligent, non item *permissa*, ut  
pote que non actiones legis sunt, sed actio-  
num negationes, hoc est, neque præcipi-  
unt, nec prohibent id, quod permittunt,  
nisi quatenus tertium obligant, ne in-  
pedimentum aut remordas det ei, cui per-  
mittitur.

(a) Svarezius de LL. lib. i. c. VI. n. s. p. 71. (b)

Houtvyn in polit. contr. Hobbes. de civi c.  
14. §. 1. & Grot. de Jur. B. ac P. lib. i. c. 1. §. 9.

(c) Idem cit. l.

## §. XVI.

Hinc provenit tritum illud axi-  
oma, quod quædam mala sunt, quia  
pro-

prohibita, quædam prohibita, quia mala, qvorum hoc ad jus naturæ, illud ad alias leges pertinet. Et hoc illud est, unde dictamen naturæ legis sibi & nomen & vim vindicare possit: est enim aliquid amplius in lege naturæ; qvam convenientia cum natura rationali, nimis qvod à D E O etiam præcipiantur ea, qvæ honesta sunt, & qvæ turpia sunt, vetentur in quo proprio legis virtus consistit. Est enim lex cui omnes obtemperare convenit, qvam & recte Chrysippus vocavit præceptricem quidem faciendum, prohibicrem non faciendorum. Qvod in lege naturæ eatus verum est, ut per eam omnes virtutem actus, ut boni & proinde honesti, jubeantur, omnes vero vitiorum actus, ut mali & proinde turpes, prohibeantur.

(a) l. 1, ff. de LL.

In

In eo Jus Naturæ à voluntario divino, cívili aliisque juribus positivis cum primis inter noscitur, quod ea, in quibus ius naturale occupatum, sunt prohibita aut præcepta, quia in se sunt mala & honesta, ea vero, de quibus ius voluntarium divinum & cetera jura dispensunt, sunt mala aut honesta, quia prohibita aut præcepta sunt, ita quidem, ut in jure naturæ turpitudo & honestas prohibitionem & præceptum ubique præcedant horumque fons & principium sint, in jure vero divino & ceteris positivis juribus contrarium obtineat, illudque (a) *Anaxarchi*, nimium indistincte loquentis, locum habeat: *non ideo id DEum,* (par est ratio principiis summiisque imperantibus, Pontificis, aliorumque) *velle, quia iustum est, sed justum esse, id est, iure debitum, quia DEUS volunt.* Ceterum quod dicitur extremo hujus §. *objectum juris naturalis omnes virtutum actus consistere, id oppido falsum est.* Quamvis enim, quod diffitendum haut est, eō jure omnes homines rectā utentes ratione, cujuscunque status & conditionis sint, teneantur, omnibus ut virtutibus operam dent, non tamen ad omnes ac singulos omnium virtutum actus exercendos illos obligatos esse, vel ex actibus virtutis heroicæ, jejunio certè modò ac tempore instituto, evidens est. Bene (b) *Svarez;* *Omnis, ait, virtutis actus secun-*

secundum specificam rationem spectatus  
potest cadere sub preceptum naturale,  
precipientes non tantum modum, sed  
etiam exercitium actus; si autem confide-  
ratur in individuo omnes actus cuius-  
cumq; virtutis, sic non omnes actus vir-  
tutum in precepto esse naturali con-  
stat.

(a) Vid. Plutarchus in Alexandro. (b) de LL. lib.  
21. c. 7. n. II.

### §. XVII.

Deniq; notandum *jus naturale*,  
de qvō hic agimus, etiam aliis  
vocabulis designari, & præcipue  
*equitatis naturalis*, item *equitatis*. Hinc  
prætot (a) naturalem equitatem sequi  
dicitur; & alibi, (b) ubi *equitas evidens*  
possit, subveniendum esse; ac iterum  
(c) judicem equitatem ante oculos habea-  
re debere, idq; & vocibus (d) hu-  
manitatis & (e) benignitatis sæpiissi-  
mè exponitur.

(a) I. L ff. de minor. (b) I. 7. ff. de integr. refit.

(c) l. 4. ff. de eo quod cert. loc. (d) l. 1. S. 6. 20  
SCt. Tert. (e) l. 8. Cod. Cicero de LL.

*Æquitatis tamen notione paullò aliter atq;*  
*vulgo fieri solet , acceptâ pro (a) justitia re-*  
*delicet & bonitate naturali , aut eo , quod*  
*naturalis ratio , ut lequitur alicubi (b)*  
*Cicero , persuasit , quatenus prætori aut cuiu-*  
*bet alii pro rerum negotiorumq; natura , per-*  
*sonz , loci & temporis qualitate , cuncta ex ju-*  
*sta & æquabili rerum ratione & ex naturali*  
*justitia bonitatisque præscripto moderare ,*  
*temperare , & ad rationem naturæ tradu-*  
*cere , convenit , laudatus hœc nonalne (c)*  
*Ciceroni Sulpicius , quod non magis juris ,*  
*quam justitiae consultus fuerit ; & omnia ad*  
*æquitatem retulerit . Præter quem adbuc*  
*alius equitatis significatus obtinet , cu-*  
*jus natura hac est , ut legem in univer-*  
*suum decernentem inque casu particu-*  
*lari deficientem emendet & suppleat ,*  
*vesuti si in lege universaliter posita , qua*  
*peregrinum muros confendentem capite ju-*  
*bet plectere , emendatio fieret , nec in ipsum ,*  
*quod in casu extremæ necessitatis & stre-*  
*nuitatis transcendendo murum hostem fu-*  
*gaverit & depulerit , animadverteretur . Quo*  
*de gemino æquitatis significatu cum alii , tum*  
*in primis Illustris Struvius in Syntagm. iur.*  
*civil. Exercit. 2. Sumitur autem , ait ,*  
*equi-*

equitas vel absolute, & est idem, quod justitia, & aquum est, quod in genere iustum & vel relate, ut notat legis ad certum & specialem casum aquam accommodationem. Vid. quoque Instit. nostr. morales part. I. c. 4. §. 15.

(a) l. 13. §. 7. ff. de excusat. (b) in Topicis. (c) Phil. lipp. 9. Vid. Coras. part. I. de jur. civ. in art. redig. c. 15. (d) Arist. V. Ethicorum. c. 7.

### §. XVII k

Quod verò Juri naturali repugnat, (a) id estiam contra bonos mores esse JCTi pronuntiant. Hinc elegans illud effatum, que facta ledunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (ut generaliter dicam,) contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est.

(a) l. 25. ff. de LL. (b) l. 15. ff. de condit. Instit.

Intellige moraliter, aut civiliter quantum ut bonis moribus honestati & legibus contraria fieri non possunt factaque impossibilia redduntur. Nam quod turpe est, morali aut civili judicio impossibile reputatur, quod adeo verū est, (a) ut licet negativè con-

cepta fuerit conditio turpis, v.g. ne occidesur Titius, ne sacrilegium facias, ne furtum &c. tamen vitiet contractum, cum gratis bonum esse conveniat & turpe reputetur, pro pretio demum abstinere à malo, l. 2. ff. de condit. ob turp. caus. & l. 7. §. 3. ff. de pacis. Atque huc pertinent verba legis g. de condit. instit. *Conditiones, que contra bonos mores inscruntur, remittenda sunt, veluti si ab hostibus patrem suum non redemeris, si parentibus suis parente alimenta non prestiterit.* Consultantur quoque ejusdem titul. l. 14. & 15. ex qua posteriori Autor sua deprompsit.

(a) Vid. Rhetius in Meditat. ad instit. diss. XX. ad lib. 2. tit. 20. §. 17. p. 360. & Hug. Groc. de Jher. B. ac P. lib. 2. c. 13. §. 8. & 9.

## CAP. II.

JURIS NATURA-  
LIS VARIÆ ACCEPTE-  
NES ET DIVISI-  
ONES.

**S**V. Ocem *Juris Naturalis* non cōdem semper mō-  
dō sumi, facile intelliget,  
qvi qvædam *Juris - Consultorum*  
*Scripta*, aliosq; bonos auctores  
evolvit. Nos p̄æter genuinum  
fēnum, de quo priore capite egi-  
mus, etiam alias *minus proprias ac-*  
*ceptiones* indicabimus. Et impri-  
mis se offert, (a) quā omne id quod  
*juri naturali non repugnat*, *juris esse*  
*naturalis* dicitur, cō modō, qvem  
alii *reductivum*, alii *negativum* vo-  
cant. Sic (b) dicimus aliquem  
*ad remunerandum naturaliter obligari*,  
D 3 quod

quod tamen, propriè loqvendò, sc ita non habet; nec enim vera naturalis obligatio inde oritur; Sic (c) ètiam libertà communī votō natura parentum hereditatem deberi, Papinianus asserit, cum tamen hic nullum quoad hæreditatem sit debitum naturale.

(a) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. I. c. I. §. 9. (b) I. 25. §. II. ff. de hæred. petiti. (c) I. 7. §. I. ff. si tabul. testam. nulla exstab. unde liberi.

Inter multos juris naturalis significatus, hoc capite exponendo, primò omnium in Autore se offert ille, quo aliqua juris naturalis esse dicuntur, non que illa juro præcepta aut verità, & propriè juris naturalis sunt, sed ut Scholæ loqvuntur, (a) reductivè aut negativè, quo eò jure non iusta sunt, scilicet quibus jus naturale non repugnat, & unò nomine sicut & indifferentia vocantur, quæ, ut (b) Hugo loquitur, latitudiniter fieri & sine turpitudine omitti aut aliter fieri possunt, cuius generis sunt illa, in quibus occupari solent leges voluntariæ, eum divinæ, tum humanae, id agendò, ut quod per se licitum tam

tum & non in honestum erat, etiam deberi incipiat. Sic licitum est gestare gladium, cibo & potu uti, iterfacere, exportare & importare frumenta, &c. quousque talia nondum jure aliquo civili interminata & præcepta sunt.

*Quod etiam referri posse putat Autor, referre bēnō meritis gratiam, & faccēdere in bona parentum ab intestato ex parte liberorum. Sed cum obligatio ad artidwex, quæ remunerationis nomine venire solet, non solum, judicio (c) Seneca, quædam depositi redditio fit, quæ omnium confessione juris naturalis propriè & præceptivi, sed & beneficium qui accepit, ad alterum à quo accepit, ceu debitò ad suum creditorem se habeat, evidens est, eam non saltim juris naturalis negativi, sed potius præceptivi esse. Agnoverunt hanc naturalem ad benefaciendum ei, qui sibi benefacit, obligacionem inter Theologos (d) Ambrosius, & Ctos (e) Uspianus & (f) Corasius, inter Poetas (g) Hesiodus, (h) Phocylides & (i) Euripidas, inter Philosophos (k) Seneca, (l) Aristoteles, (m) Cicero, (n) Wincle- rius, (o) Wendelinus, (p) Scharockius & (q) Hobbesius, qui tamen fatis absurdè gradæ referendæ officium ex utilitatis sensu & bello omnia contra omnes deducit, pro certo habens, sola lucri spe homines in actus*

gratitudinis ferri, & omnia necessaria in bellicum vitæ statum esse proruptura nec mutuum amplius auxilium , aut hominis ad hominem reconciliatio , nisi quisque teneretur gratiam bene merenti ex lege gratitudinis referre , & ita se obligatum sentiret : cum tamen gratitudinem per se mentem huiusquam delectare , hominesque non ex metu aut utilitatis sensu , sed per se & naturaliter ad aetus gratitudinis impelli , constet . etiamsi nihil aliud , quam animi ex benefactis voluptatem , essent consecuturi . Bene igitur ( r ) Seneca : *gratus ero, etiamsi nocte at, in populares meos beneficis esse conabor, si infeliciter succedas canarus, nubiliorius gaudabo.* Et ( s ) Cicero : *impellimur maturâ, ut prodeffe velimus quamplurimis. Successionem ab intestato quod attinet, si ipsam ex parte liberorum naturaliter debitam esse, vel inde constat, quod ( t ) parentes, cum causa fuerint, ut liberi existant, neque tamen post mortem bona sua cuique ea occupanti cedere voluisse credibile sit, praesumantur quoque ipsis, tanquam corporis sui partibus, non tantum de necessariis, sed & de his, quæ ad vitam syavius honestiusque transfigendam pertinent, quam uberrime voluisse prospectum, ab eo maxime tempore, quò ipse rebus suis frui non possent, cum dans formam non possit non dare, qua ad formam*

\* \* \*

manū sunt necessaria. Ratio naturalis, ait (u) Paulus ad Cor. quæsi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit velut ad debitam successionem eos vocandos. Et Plutarchus: liberi hereditates, ut sibi debitam, expectant: quod adeò verum esse judicat (x) Gratius, ut non solum patre, ob crimen admissum damnato ejusque bonis publicatis, liberis nihilominus ex illis legitima reservetur, in quantum in illa insunt alimenta necessaria, (y) nisi crimen læsa majestatis fuerit, sed etiam ex alio eōitu vago quæsitos mater alere træcamur.

- (a) Hug. Grot. lib. i. c. i. §. 10. n. 3. (b) de Jur. B. ac P. lib. 1. c. 2. §. 1. n. 3. (c) in lib. 4. de beneficio. (d) 1. offic. (e) l. 25. §. 11. ff. de hereditate. (f) De Jur. civ. in art. redigendis part. 2. c. 7. p. 288. & seqq. (g) l. 1. v. 348. (h) v. 77. (i) In fine supplicum. (k) lib. 3. de beneficiis. c. 1. & alibi passim. (l) 8. Ethic. ad Nicom. c. 13. (m) de offic. lib. 1. & 2. (n) lib. 3. de Princip. Jur. c. V. p. 276. (o) de offic. secund' ius nat. t. V. p. 310. & seqq. (p) Philol. Moral. lib. 1. c. 33. p. 1091. & seqq. (q) Leviath. p. 1. c. 15. & de Civ. c. 3. n. 8. (r) loc. alleg. (s) 3. de Finibus. (t) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 7. §. 3. & 5. n. 2. (u) l. 7. ff. de bonis damnat. (x) c. cit. §. 4. n. 2. & 3. (y) Zœlius comment. in lib. 48. lit. ix. l. 7. ff. de bonis damnat. Covarruv. 2. Var. 8.

## §. II.

Est & aliis *modus*, qvō vox illa abusivē ponitur, pro (a) eo, quod quidem reveranen est debitum juro naturali, sed tamen ratio honestum esse iudicat, aut melius eō, quod ipsi opponitur; idqve præcipue locum habet, cum de duabus propositionibas inter se comparatis qværitur, utra vērior, aut melior, aut benignior sit: tunc enim ea, cui ratio aut æqvitas magis favet, juris naturalis esse dicitur; qvemadmodum etiam (b) duobus absurdis propositionis, qvod minus est absurdum, id rationem æqvitatis habet.

(a) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. I. c. I. §. 10, n. 3.

(b) I. 51, n. 1. & 2, ff. ad leg. Aquil. Vid. Zos. ad h. l. n. 21. & 22. p. 273.

Frequens est hic juris naturalis significatus, cumprimis in concursu propositionum, aut problematum moralium, cum eō duabus pluribusve positis, quo-

ximus

aut nullum de foz juro natura debetur,  
 (a) quod in comparatione melius est aut  
 minorē malitia gaudet, ratio honestum  
 ergo sequendum judicat. Sic licitum est,  
 & gratiam facere injurias, & reforquere eam  
 in injuriante, dummodo qui injuriam ac-  
 cepit maneat intra retorsionis cancellos, nec  
 plus adversus injuriantem molliatur, atque  
 abolenda injuriaz satis est, neque injuriandi,  
 sed saltim se tuendi & parendique honorem  
 faciat animo, ut pluribus cum alibi tum ma-  
 xime in (b). *In his, Es hic demonstravimus;*  
*confutius tamen & opposito suo, recrimina-*  
*tione, melius judicat recta ratio, cum Socrate*  
*& Diogene injurias contemnere.* Benè igi-  
 tur (c) Seneca: *Magni animi est injurias*  
*despicere.* Ultionis consumebiosisimum  
 genus est, non esse usum dignum, ex quo  
 petexerunt ultio. Multi leves injurias  
 atius sibi demiserunt, dum vendicant, ille  
 magnus & nobilis est, qui more magna  
 fera latratus minorum canum secu-  
 rus exandit, &c. Ita (d) licitum est  
 contrahere matrimonium, sed laudabilior est  
 ex pio proposito cælebs castitas. Inter (e)  
 sententias alternantes vergendum potius ad-  
 pacem quam ad bellum est, utpote ex quo  
 mala plurima etiam in innocentes sequi so-  
 lent, Effundere (f) quoque vinum vendi-  
 tori,

poti, dñe ad metendum præstituto, liceat, si tem  
men, cum posset effundere, non effundit, lau,  
dandus est potius. Illud abhuc circa bunc  
juris significatum notandum, quod inter-  
dum ea sint rerum circumstantie, ut id,  
quod suo oppositō melius, non laudabile  
modō, sed & omnino debitum sit, quem-  
admodum de contemtu injuriaꝝ, pacis pro  
bello electione, aliisque evidens est. Quam-  
vis enim in his idque genus alii, in se dñs in  
comparatione spectatis, utrumvis liceat, in  
x̄ēos tamen seu collatione uniuscum altero  
id, quod alterō melius aut tutius, ratione  
debiti induit, ita ut contrarium per legem  
agere non liceat.

- ( a ) Hug. Grot. cit. l. & lib. 3. c. 4. §. 2. n. 2. ( b )  
part. 2. c. 15. §. 16. Vid. Rennemannus de Jur.  
Retorsioꝝ. Laymannus Theolog. Mor. tom.  
2. lib. 3. de Justit. tr. 3. p. 2. c. 6. n. 2. ( c ) 2. de Isa  
c. 32. ( d ) August. ad Pollent. lib. 1. c. 15. ( e )  
Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 23. §. 6.  
( f ) l. i. §. 3. ff. de peric. & commod. rei. vend.

### §. III.

*Aliquando etiam admodum  
καταχεισικῶς ( a ) naturale qvid  
esse pronuntiatur, qvod plerum-  
que sacer solet & jure gentium im-  
punc*

punc fit, ut in hoc exemplo, in  
 (b) prelio emtioneis & venditionis ha-  
 ces naturaliter contrabentibus se deci-  
 pere. Item (c) naturaliter concessum  
 est, invicem se circumscribere. Cum  
 enim omnis deceptio & circum-  
 scriptio in vitium sonet, tantum  
 abest, ut ea naturaliter liceat, ut  
 potius prohibita esse videatur.  
**Q**vippe (d) omnis calliditas, fallacia,  
 machinatio ad circumveniendum, fat-  
 lendum, decipiendum alterum adhibita,  
 dolus malus est, qvi jure naturali pro-  
 hibetur, (e) ne alicui malitia sua fit  
 tucrosa vel alii simpliciter damnoſa. Sic  
 & alibi dicitur, (f) jus nostrum non  
 patitur in paginis eundem & testato &  
 intestato deceſſe, qvod juris civilis  
**R**omani est, & pro ratione addi-  
 tur: carumq; rerum naturaliter inter  
 se pugna est testatus & intestatus. Qua-  
 tamen ratio non est vera, natura-  
 lis

lis enim ratio neutiquam prohibet, ne quis ex parte testatus & intestatus obeat, sed id (g) ex sola juris Romani subtilitate pendet.

(a) Hugo Grot. de Jur. B. ac P. lib. 3. c. 4. §. 2. n. 2.  
 & lib. 2. c. 12. §. 26. n. 1. & 2. (b) 1. 26. §. 4.  
 ff. de minor. 25. annis. (c) l. 22. §. 3. ff. loc. &  
 cond. (d) l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. (e) d. l. (f)  
 l. 7. ff. de Reg. Jur. (g) Hug. Grot. de Jur. B.  
 ac P. c. 12. §. 26. n. 2.

Alium hic Autor minus proprium quidem, receptam tamen, juris significatum tangit, quo aliquid juris naturalis esse dicitur, quod receptum populo moribus est, & consuetudine probatum, nec ultra apud homines pene subjacet: veluti ap. multos populos scortari, apud Lacedæmonios & Aegyptios furari, & olim apud Anglos, Armoricos & Siculos bona naufragorum fisco addicere, &c. Quòd & illam Pomponii regulam: in pretio emtionis & venditionis naturaliter licere se circumvenire, uterque Grotius refert, & ita exponunt to naturaliter, ut idem sit (a) ac quod recepti passim moris est, & ita concessum, ut dolus ac deceptio ista, modò non ultra justi precii dimidium processerit, non puniatur, nec ullum contra

tri proditum sit remedium in eum, qui se pa-  
 tri velit defendere: quamvis ali eam aliter  
 interpretentur, de quo (b) *Straubius*. Sed  
 & de altera non minus varie variorum ha-  
 beantur explicaciones. (c) *Grotius* cum (d)  
*Vinnio* & (e) *Ziglero* vocem naturaliter idem  
 esse putat, ac quod receptum Romanorum  
 moribus est, sensumque illius dicti hunc esse  
 volunt, paganum, id est, eum, qui non mili-  
 tat, (passim) (f) enim paganos militibus  
 opponi video & testatum & intestatum dece-  
 dere leges Romanas non sinere, eò, quod mo-  
 ribus Romanorum & subtilitate ac fictione  
 representationis de jure Romano inducta ha-  
 sum rerum inter se pugna sit, & fictione ac  
 dispositione juris positivi ita implicet, ut ex  
 testamento pariter & ab intestato pagano vel  
 in parte vel in toto succedi possit, secus ac in  
 milite, cui quamvis in solidum testato & ab  
 intestato succedit nequeat, tamen pro parte,  
 utpote in cuius testamento talis subtilitas ju-  
 ris, ut (g) *Gomez*, loquitur, non attenditur.  
 Dissentit tamen ab his (h) *Straubius*, & (i)  
*Jac. Gorbofredus*, qui tri naturaliter non ut il-  
 li per fictionem juris, aut receptum jure Ro-  
 mano morem, sed per naturalem rationem ac  
 comunem sensum interpretantur, utpote cui  
 repugnet, duo contraria in eodem subjecto,  
 secundum idem, ad idem, eodemque tempo-  
 re posse subsistere. *Alier* hanc dictionem  
 expo-

exponunt sibi. Vid. præter Straduchiūm  
Wissenbachii in extremum Pandectarum  
titulum de diversis regulis juris antiquè exer-  
citat. disp. 2. p. 10.

- (a) Vid. Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 12. §.  
26. n. 1. & 2. (b) in Lexic. particularum Juris  
voce Naturaliter p. 129. & seqq. (c) eit. l. n.  
a. (d) ad §. 5. Institut. de hæredib. instit. (e)  
ad Grotii lib. 2. c. XII. §. 26. n. 2. (f) l. 14. ff.  
de Poenis. l. ultim. f. ad leg. Falciid. (g) tom.  
1. Resolut. c. X. n. XI. p. 127. (h) in cit. lexic.  
(i) comment. in tit. Pand. de divers. Reg.  
jur. antiqu. ad l. 7. p. 51.

#### §. IV.

Rursum aliquid juris naturæ  
esse dicitur, non quidem ~~oīτλως~~,  
sed, ut Scholæ loqui amant, (a) se-  
cundum quid, id est, pro certo  
serum statu. Sic nuditas homini  
fuit naturalis, nimirum in statu  
innocentia: communio omnium  
bonorum fuit naturalis ante in-  
troductionem divisionem, libertas  
ante cognitam servitutem. Hinc  
illud: *Quod ad jus naturale attinet,*  
*omnes homines aequales sunt:* hæc  
enim

**Enim** naturalia sunt non simpliciter, sed donec (b) aliter constitutum non sit, atque adeo mutatio-  
ni subjecta sunt, & mutata constat  
**ex adductis exemplis.**

(a) Hug. Gros. I. i. t. i. 9. 10. n. 7. (b) Idem lib. 4.  
c. 8. §. 5.

Inter exempla ejus, quod juris naturalis esse dicitur secundum quid & pro certo re-  
rum statu, Autor, seductus ergonea *Hugo-*  
*nis* (a) abhorring, hypothesis, communionem  
omnium bonorum primavam ante introdu-  
ctam divisionem retulit. Sed cum hujus-  
modi communio, ut alibi contra *Hobbesium*  
in (b) *Politicus* ostensum, & ex formula di-  
vinæ donationis, *Genes. I.* extante, quā sta-  
tum cuncta à mundo condito in primi homi-  
nis dominium venerunt, luculenter con-  
stat, nunquam extiterit, non video, quā  
veritate *Grosius* eam inter exempla juris na-  
turalis, ut hic spectatur, allegare potuerit.  
Ceterum fortassis haud incommodè huc quis  
reulerit jus (c) suum per vim consequendi  
ante positas leges & judicia, ut nunc sunt,  
ut & (d) captiuitatem ferattum, piscium &c. an-  
tequam lex villa civilis intercessit, & princi-  
pes, imperium in terras & aquas habentes,  
tationabilibus ex causas eam sibi vindica-

runt. Neque enim captura talium abso-  
lutè & simpliciter & ita naturalis est, ut mu-  
tari nequeat; ut quidem (e) *Jason*, (f) *Hospi-*  
*ensis* aliquique ex recentioribus Jctis perperam  
existimant, sed pro certo terum statu, id est, si  
aliter legibus civilibus non fuerit cautum,  
utpote quæ (g) naturalem illam ad venan-  
dum & pescandum libertatem circumscribere  
& vetare possunt, quod jure naturæ aut Gen-  
tium licitum eoque dominium naturalitet  
acquirendum antevertere.

(a) *Lessius de Justit. & Jur.* lib. 2. c. 12. dubitat. 12. n.  
67. *Navarr.* c. 17. n. 61. (b) *Vid. Insti. Polit.*  
p. 1. c. 1. (c) *Grot. de Jur.* B. ac P. lib. 1. c. 1.  
§. 10. n. ult. (d) *Idem lib. 2. c. 2.* §. V. & c. 8.  
§. 5. (e) *Conf. 119.* (f) in c. non est de de-  
cisis. (g) *Vid. Grot. lib. 2. c. 2.* §. 5. *Ziglet.*  
*de Jur. Majest.* lib. 2. c. 14. §. 24. p. 1049.  
1078. & p. 127. *Jac. Wissenbachius tit. de ac-*  
*quirendo ter. domin.* *Covarruvias* c. pecca-  
tum part. II. §. 8. & nos in *Insti. Jur. Gent.*  
part. I. c. 4. §. 9. p. 71.

### §. V.

Nec longè hinc abit, qvod  
qvædam naturalia esse dicantur  
non quidem absolutè sed ex (a)  
certa hypothesi, interveniente  
nimis actum aliquo humano.

Sic

Sic post introductam ab homini-  
bus rerum divisionem, furtum na-  
turâ turpe esse judicatur, ideo-  
qve etiam lege naturali prohibi-  
tum esse dicitur; Sic post (c) ini-  
ta ab hominibus pacta & conven-  
tiones, ius naturæ ea servanda di-  
citat.

(a) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. i. c. i. §. 10. n. 4.

(b) I. i. §. 3. ff. de furtis, & I. probrum ff. de  
verb. signif. (c) I. i. ff. de pactis.

Et hunc significatum Autor ex (a)  
Hugone petere voluit. Sic enim ille: sci-  
endum præterea ius naturale non de iis  
tantum agere, quæ circa voluntatem hu-  
manam existunt, sed de multis etiam,  
qua voluntatis humanae actum sequun-  
tur, &c. Juvat hæc; præterea, quæ jam ab  
Autore allata, aliquot exemplis illustrare. Ita  
circa voluntatem humanam & absolutè juris  
naturalis est, colere Deum, esse liberum &c.  
illud quidem juris naturalis præceptivi, hoc  
concessivi; ex hypothesi verò & non nisi  
interveniente factō aut voluntate humana  
juris naturalis est (b) servitus, foeminam  
subesse marito, militem officiali, bellō de-

victum parere victori. Sic (c) naturaliter omnes ad abarcendam à se injuriam jus habent, sed civili societate ad tuendam tranquillitatem institutā, non resistendi sumorum imperantium injuriis obligatio juris naturalis esse coepit, ut recte notatum Grotius. Huc pertinent omnia, quæ paciscentes aut contrahentes vi pacti aut contractus sibi invicem præstare tenentur.

(a) de Jūr. R. & P. cit. l. (b) Id. lib. 4. c. 22. §. XI.  
(c) Idem lib. 1. c. 4. §. 2. n. 1.

### §. VI.

His ita præmisisis, ad præcipuas juris naturalis partitiones accedamus, qvarum prima sit, qvod in toto ac omnibus suis partibus habet regulas & leges. Regulas voco communes notiones à natura mentibus nostris inditas, exempli gratia, virtutes omnes esse bonas, vitia omnia esse turpia. Leges vero, qvæ nobis præscribunt, qvid faciendum vel non faciendum sit, nimirum bonum esse

esse adpetendum, vitium vero fu-  
giendum, sive, ut regius voces lo-  
quitur, (a) declina a malo & fac bon-  
um. Quae partitio inde originem  
trahit, quod jus naturale partim  
illuminat mentem nostram, & in-  
tellectum dirigit juxta illud ejus-  
dem; (b) signatum super nos lumen vul-  
sus qui, Domine; partim etiam pre-  
cipiendō & vētandō nos obligat,  
quod proprium est legis; & prius  
quidem alii appellant *directive*,  
posteriorius vero *coactiva* disponere;  
quae omnia ex infra dicendis cla-  
rius innoteſcent.

(a) Psalm. 37. v. 27. (b) Psalm. 4. v. 2.

Sed bac Autorie partitio Juris Nat-  
uralis leges & regulas ne quidem pro distin-  
ctione baberi potest. Cum, præterquam  
quod obligatio naturalis proprium in quarto  
modo effectusque juris naturalis formalis est,  
& illuminatio intellectus juri, qua tali, non  
convenit, oppido incongruum erit, jus na-

turæ, quod non nisi lex est, in legem & non  
legem sive regulam dispescere.

## S. VII.

Altera partitio in eo consistit,  
qvod jus naturale habet qvædam  
prima principia, qvorum veritas  
primô intuitu absq; ulteriore in-  
dagatione patet; habet & qvas-  
dam conclusiones minus notas &  
ex primis istis principiis per ra-  
tionem deductas. Exemplum  
prioris esto: *quod tibi fieri vis, id  
alteri feceris; item, in pace & tranquil-  
litate vivendum est.* Hæc principia  
tam clarâ sunt, ut sine ullo discur-  
su oculis se mentis insinuent, nec  
dubitare nos sinant ab ipsa natu-  
ra dictata sint necne? Ex priore  
jam per syllogismum probari  
potest conclusio hæc: *depositum  
esse reddendum; ex postiore, pertur-  
batores reipublicæ esse puniendos:* que  
con-

conclusiones, et si de jure naturæ suam habeant veritatem, (nam quod ex principiis pure naturalibus argumentando elicetur, hoc ipsum quoque juris naturalis esse censendum. Recte (a) Poëta Tragicus: que non patet, colligimus ex his, quæ patent,) tamen causas minus per se notas esse, nemo, cui cor sapit, inficias ibit.

(a) Euripides Oenomaus.

Benè Ius Naturæ Autor in prima principia & conclusiones partitur, & illorum nomine non theoretica: veluti totum est magis qualibet suâ parte, nihil est causa sui ipius, quodlibet est vel non est, &c. sed prædicta seu ea intelligit, quæ aliquid aut a gendum aut fugiendum prescribunt, sive sint primaria & primo prima principia: veluti honestum est faciendum, turpe fugiendum, quæ modo moralia per se nota, modò placita naturæ prima, modò universalia intellectus practici dictamina, modò per se nota actionum huma-

narum regule, modo vera & incom-  
 mutabilia virtutum lumina, & id genus  
 aliis passim à (a) Doctoribus celebrantur no-  
 minibus, & ita omnibus hominibus infixa  
 sunt & naturaliser impressa, ut velut indu-  
 bitata & notissima ab omnibus admittantur,  
 nimisque stolidè ageret, qui rationem, cur  
 honestum sit faciendum, turpe fugiendum,  
 anxiè perscrutari vellat & inquire; sive  
 secundaria & secundà prima, ut ho-  
 nestè vivendum, nemo laudendus, suum cui-  
 que tribuendum, aut, quod à (b) Christo suis  
 commendatum & tantopere (c) *Alexandru*,  
*Severo Imperatori* dilectum: quod tibi, hoc  
 alteri; item in pace & tranquillitate viven-  
 dum, quæ diversò respectu & principiorum  
 & principiotorum seu conclusionum déno-  
 minationem sustinent. Harum vero, nem-  
 pe conclusionum nomine, tam illos,  
 que proxime, veluti depositum esse redden-  
 dum, per turbatores reipublicæ esse punien-  
 dos, creditoris satisfaciendum, promissa præ-  
 standa, quam qua remotè ex illis inferuntur.  
 ut quod homini in agone constituto non  
 pulvinar subtrahendum, aut, quod exemplò  
 utitur (d) *Valeria*, propter pecunia mutua-  
 ta usum non aliquid ultra capitale exigendu-  
 dum sit. *Rid. pluribus Instit.* nosfr. *Mo-*  
*ral. Part. Inv. 4. S. XII p. 18. & seqq.*

(a) Vid.

- (a) Vid. Domin. à Soto lib. 1. de Just. & Jur. quest. V. artic. 4. Anton. de Corduba lib. 2. qv. 4. concil. 2. Ludov. Molina cit. l. Leonard. Less. de Just. & Jur. lib. 1. c. 1. dub. 3. n. 20. & lib. 2. c. 2. dubit. 2. Vasquezius in l. 2. Thom. tom. 1. qv. 76. art. 2. disp. 122. c. 2. p. 730. Laymann. Theol. Mor. tr. 1. lib. 1. c. 1. Augustinus lib. 2. de liber. arbitr. c. 10. (b) Matth. 7. (c) Lampadius in Alexand. Vid. Corasius de Jur. Civil. in art. redig. parte. I. c. 2. 4. p. 258. (d) tom. 2. disp. 7. quest. 4. punct. 2.

### S. IIX.

**E**st & alia partitio, quâ jus naturale dividitur in concessum & precepitum. *Concessum aut dominatum* id appello, qvô homini datur facultas ad aliqvid justè habendum vel agendum, ut cum (a) homini à natura confertur libertas, quâ & uti potest & abutiri: potest enim eam sartam tectam conservare, potest & eam alienare seq; ipsum in servitutem addicere. *Precepitum* vero voco illud, qvô iubetur aliqvid vel vetatur, qva decre cap. priore in definitione egimus, & porrò etiam maxima ex-

E. 5

parte

parte acturi sumus. Ex antedictis constat, qvando concessivi juris meminimus, nos vocem juris non sumere in primo aut tertio sensu, sicut (b) antea fecimus, sed in secundo, pro facultate morali, qvæ personæ competit. Sic *3Cens Gao* jus tradit, (c) *quod adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere*, qvod alibi sic effertur, (d) *libera resistendi tribuitur facultas*. Neqve est, qvod qvis pñtet, jus Naturæ se hic tantum habere negativè, ut non repugnet, sicuti eam vocem paulò ante exposuimus: qvia hic aliqd amplius confert, unde restè dicitur, *jure hoc evenire, ut (e)* *quod quisq; ob tutelam corporis fecerit, jure fecisse ostendetur*.

(a) §. Servi Instt. de Jure Person. (b) Supra c. 1, §. 4. (c) I. 4. ff. ad leg. Aquil. (d) I. C. quando liceat unicuique sine judice se vindic. (e) I. 3. ff. de just. & iur.

*Nova inque Scholis & moralibus & civilibus admodum decantatae divisionis Autor meminit, quod jus illud, de quo agimus, in praeceptorum & concessionum aut, ut (a) Arriaga, (b) Suarezio aliisq; vocatur, dominativum dispescitur, quorum illud dicitur, quod aliquid, aut ut bonum sequendum, aut, ut malum fugiendum, precipitur: veluti Deum esse colendum, parentes honorandos, non occidendum, non pejerandum aut falsum perhibendum testimonium, non furandum, non adulterandum &c. Hoc, quo bominī datur dominium vel quasi dominium alicujus rei, b.e. jus & facultas ad aliquid justè babendum vel agendum, veluti jus occupandi bona derelicta, aquam petendi ex puteo publico, ex quo prelio comparandi ea, sine quibus vita commodè duci nequit, vendendi alijs sua, item jus ad libertatem personalem aut civilem, eam & retinendi & amittendi. An vero hoc etiam referenda sit defensio sui? hoc disquiritur. Non namque desunt cum ex (c) Theologū, tum ex (d) J.Cru & (e) Pilo. sapientia, qui eam simpliciter necessariam & jure naturæ debitam esse existimant; alii, e quibus quoque Autor, id prorsus negant. Sed nrumq; male: cum fieri possit, (f) ut in certis casibus tutela illa eō jure omnino debita &*

præ-

praecepta sit, ut sine peccato omitti nequeat; in aliquibus prorsus indebita & illicita; in plerisque vero concessa & jure naturae non iusta sit, ceu pluribus in (g) differt. de moralitate tunc inculpare, oder Nothwehr/ demonstravimus. Cave tamen, ne hoc (h) posterius membrum cum Jure naturae, ut vocant, permissivo confundas, cum concedere aliquid plus & amplius sit, quam permittere, illudque interdum necessitatem ponat, id quod de permissione, cum primis si facti sit, dici nequit.

(a) De LL. disp. 8. subl. a. n. 26. (b) tr. de LL. lib. 2. c. 14. n. 16. (c) Osiander Annot. in Grot. p. 334. & 335. (d) Carpzovius P.C. p. 1. quest. 32. Lederer tr. de Jure B. R. lib. 2. c. 2. Petr. Anton. de Petra de Potest. Princip. Lignanus, Salomonius Textor, Berlichius, aliisque (e) Autor de Princip. justi & decor. p. 33. alios allegatos vide in D. Simonis Not. ad Autor. nostri. c. 7. §. 3. (f) Vid. Kulpis ad lib. 2. c. 1. p. 23. Pfendorfius de Jux. N. & G. lib. 2. c. V. Zigler. Not. in Grot. lib. 1. c. 3. §. 13. p. 113. (g) c. 3. §. 2. (h) Vid. Institut. moral. p. 1. c. 4. §. 12. p. 182.

### §. IX.

Et hoc plerumque sensu vocem  
licet usurpamus, cum dicimus,  
aliquid de jure naturali licere, intelli-  
gen-

gentes, alieui facultatem eō jure  
dari gerendi tali actum, de quo  
agitur: quanquam & alia est hu-  
ius vocis acceptio, cum (a) licere &  
liqvid dicitur, non quod salvā pietate  
& officiorum regulis fieri potest, sed quod  
apud omnes homines pene non subjacet:  
verum hæc significatio ad ea, quæ  
sunt juris civilis magis pertinet,  
ubi (b) quendam sunt non laudabilia na-  
turæ, sed jure concessa. Est item a-  
lia significatio, quando licere su-  
mitur, pro eo, quod (c) non impeditur,  
non si leges permittant, sed si leges non  
probibeant, id est, si se negative tan-  
tum habeant: sed & ea à sensu no-  
stro aliena sunt.

(a) Hug. Grotius de Jur. B. ac P. lib. 3: c. 4. §. 2. &  
c. 10. §. 1. n. 1. & seqq. (b) Quintilianus lib. 3.  
c. 8. (c) I. 28. §. 8. ff. ex quibus talis major:

Cum ad exprimendum id, quod posterio-  
rē jure, puta concessivo, justum esse dicitur,  
Doctores metales plerumque, adhibetē so-  
leant̄

leant vocem liciti aut licere, hanc occasio-  
ne in varios vocis, licere, significatus, hinc  
inde in Scholis moralibus occurrentes, ma-  
luit inquirere. Itaque vox liciti præterquam  
quod plerumque id designat, quod jure natu-  
rali concessum est, sive ad quod agendi facul-  
tatem moralem & jus habemus; etiam non  
tarò pro eo accipitur, quod vel impune sit,  
nullique apud homines poenæ subjacet, de (a)  
quo significatu jam superiore capite; vel  
quod leges non prohibent & interminant,  
ut in illa clausula, quâ prætor pollicetur;  
*quoad per leges, plebiscita, SCRA, edicta*  
*& decreta principum licebit, se restitu-*  
*turum.*

(a) §. 3. (b) Vist. I. 28. §. 8. ff. cit. tit.

### §. X.

Sed qvoniā jam aliquoties  
*permissionis facta est mentio, non*  
*inutile erit disqvirere, an aliquod*  
*jus sit permisivum.* Et nos qvidem  
exactè loqvendo talem juris na-  
turalis speciem dari negamus,  
eosqve, qvi contrarium statuunt,  
crassiori minerya cum vulgo lo-  
qui

qui existimamus. Omnis enim  
lex, & proinde etiam naturalis ef-  
ficaciam habere debet eos, qui  
bus fertur, obligandi ad obser-  
vationem sui: constat autem à le-  
ge permittente eum, cui ea præ-  
scribitur, nequaquam obligari:  
potest enim ex animi sui senten-  
tia, permissione uti vel non uti,  
atque ita lex propriè dici nequit.  
Tota ergo permissionis virtus ex-  
tra cum est, & (a) tantum circa  
reliquos homines operatur, eos  
que obligat, ne actui permissio im-  
pedimentum ponant: quod non  
est particulate in permissione, sed  
aliis etiam legibus præceptivis  
commune est: nemo enim potest  
alium impedire, ne actus jure na-  
turali præceptos exerceat. De-  
niqve permisio autem impropriè  
vocatur ea, cui jus naturæ solum-  
modo non refragatur, quæ à qui-  
bus.

busdam (a) *permisio facti* dicitur,  
 & tunc revera naturalis dici non  
 potest, cum de ea jus naturae ni-  
 hil actu disponat; aut sumitur  
 pro ea, qvæ etiam moralem dat  
 facultatem, unde & *permisio genere*  
 vocatur, qvia jus dat ad aliquid  
 omnino licite agendum, & eam  
 nos ad jus naturae concessivum  
 referimus: est autem concedere  
 plus aliquid, qvam permettere.

(a) Hugo Grotius lib. i. c. i. §. 9. (b) Idem c. t.  
 cap. 5. 17. n. 2.

Tractat hic questionem non ignobilem  
 de permissionibus, qua lege sunt, an &  
 illa preceptis aut legibus annumeranda  
 sint? Negat id aterg. Grotius. Af-  
 ferunt vero (a) Alphons. à Castro & (B)  
 Suarezius, quos sequitur magni nomi-  
 nis Vir, ita ea de re (c) in diff. de L.E.  
 differens: *Permissions legales*, que di-  
 funtur, inter precepta reponendas esse.  
 Ea enim important (1) licentiam alicuius  
 rei facti, de quo ceteroquin, an liceret,  
 non constat. (2) impunitatem illud per-  
 petrat -

pertinet. (g) imperium erga magistratum, ne  
 aule quicquid sufficientes plectat. Hoc ille. Ut igit.  
 non constet, muta istarum opinionum alteri  
 preferenda sit, & de quibusnam practice per-  
 missionum generibus ac modis ipsis sermo  
 sit; quodam de permissionibus earumque  
 varietate permittenda veniunt. Con-  
 stat enim ex supra dictis, quod (d) permis-  
 sio sit iudicis ordinis, sed alia nudi facti, qua-  
 merum impedimenti seu operis, quo efficaciter  
 impedire possit effectus permissionis & negationem  
 significat, igit, cui ita permittitur aliquid, nec  
 jus me impunitatem largitur, cuiusmodi est  
 permissione peccati & D.E.O. quæ fit, cum ipse  
 peccatum hominum, ne fierent, impedit  
 posset, tamen de facto non impedit, sed po-  
 tens, ut sicut finit, ut tamen hinc nulla Re-  
 formatis causa sit, delicta hominum D.E.O.  
 tanquam Autori, tribuere, cum ex hac ne-  
 gatione, non tanquam (e) ex causa sua, il-  
 la oriatur, et si eam insequantur; alia vero  
 iuris aut legis ragione, aut plena, que jus dat ad  
 aliquid omnino licite agendum, ut cum (f)  
 ob grave periculum futuri mali ex dilatatione  
 poenæ occisio banniti cuilibet privato per-  
 mittitur, aut minor plena, que saltim impu-  
 nitatem dat & jus interdum, ne quis alias im-  
 pedire licite possit. Veluti permissione lupa-  
 niorum in magnis urbibus, & cædis uxo-  
 ris in adulterio deprehensa. Dixi notanter:

R. & P. & R. & jus

*Et jus interdum, &c.* Neque enim ut (g) Grotius videtur, in omnibus permissionibus iuris secundi ordinis tale jus cernitur, (h) cum iura civilia, seu dictum, eadem uxoris in alterio deprehensa, & ejusmodi impunitia alii permittant, ut tamen illorum non statim cum impunitate jus indulgeantur, ne quis alius impedire licet posset. Jam qui permissionibus vita praecepti ac legis inesse arbitrantur, nequaquam id intellectum volunt de permissionibus nudi facti, sed juris & in primis plenis, (i) utpote quas non solum non prohibere actum aliquem sed etiam positivam dare facultatem seu licentiam & jus ad illum omnino licite agendum existint. At enim quamvis, quod diffidendum haud est, permissiones hujusmodi legales, & in primis plenae, tale quid in se contineant, eoque propria & magis quam non plenae ad naturam veri iuris legisque accedant, & ipsa tamen, non minus ac non plenae, quia neque præcipiunt, neque prohibent aliquid, eique, cui fiunt, nullam agendi aut omittendi necessitatem imponunt, pro præceptis ac legibus vere talibus haberi nequeunt.

- (a) de leg. penal. lib. i. c. i. in fin. (b) tr. de LL. c. 14. n. 5. & c. 15. n. 8. (c) §. VII. (d) Hug. Grot. lib. i. c. 1. §. 17. n. 2. Sarez. cit. c. 15. n. 7. (e) Dn. D. Velthem. Introd. in Hug. Grot. lib. i. c. 1. §. 91. (f) Hug Grot. lib. 2. c. 20. §. 17. n. 2. (g) cit. c. 1. §. 17. (h) Zigler, Noe. & Asi-

**Animadvers. in Grot. c. i. S. 17. (4) Swartz.**  
c. 15, n. II.

XII.

**Q**uod ad alterum prioris divisionis membrum attinet, in quo de jure naturali praeceptivo tractatur, voce nimurum ista in latissima significatione accepta, id iterum in duas partes dispescitur, quarum prior est jubens, altera vetans, sive, ut alii loquuntur, praecepta naturae alia sunt affirmantia, alia negatio: cuius divisionis origo patet (a) ex definitione supra allata, & inter haec quidem praecepta magna quoad effectum est differentia: priora enim non ita indistinetur & citra omnem temporis, loci & reliquarum circumstantiarum considerationem obligant, ut altera posteriora, quorum vis se in omnem locum & tempus exten-

F 2 dit;

**dit; nūnquam enim & nullibi contra leges vctantes facere licet.**

(a) *Supra c. i. §. 15.*

*Communis & Theologorum & Iurorum & Philosophorum hactenus obtinuit opinio, (a) hoc differre præcepta Jur. nat. affirmativa à negativa, quod illa, ut Doctores Scholastici loquuntur, obligent semper, sed non ad semper, id est, non quovis tempore & casu, sed tumdemum, cum præsto est objectum, & tale, quale præceptum exigit, opportunum tempus locusque satis commodus; bac autem, nempe negotia, obligent semper & ad semper, scilicet omni temporis momento & ita, ut nunquam non & nullibi contra ealiceat facere, cum à malis, v. g. homicidio, perjurio, furto, &c. quæ interdinantur, ita abstinere jubent, ut nullò unquam temporis articulo ea facienda sint. Sed si hec paulò attentius consideres & cogites, quod præcepta affirmativa si (b) non materialiter & præcisè, quatenus absolute sunt quædam actiones, sed plenè & quoad totam suam rationem & cum omnibus suis conditionibus, ampliationibus, limitationibus & singulis, sub quibus illa, ut in agente obligationem inducent, intelligenda sunt, circumstantiis spectentur, non minus ac negativa ubique & quovis temporis articulo*

Sed quæri hic potest, annis fit  
admittenda divisio factus Nat. in id, quod  
animantibus omnibus communem est, &  
in id, quod solo ratione humanae nos  
eum; et tamen sit animantia bruta  
rationis non esse capacia, atque  
ita nec justitia, & si quando de  
justitia in animalibus mentio fit,  
tantum ad umbratim & vestigium  
pertinere: his accedimus, qui (a)  
distinctionis hujus nullum agnoscunt usum.  
Illud tamen verum  
fatemur, esse in jure naturali quadam  
principia, que homini non tantum cum  
animalibus, sed etiam cum aliis corpora-  
ribus

ribus mentis sunt communia: potest enim  
homo simpliciter considerari ut *ens*,  
potest considerari ut *animal*, potest  
considerari ut *homo*. Et quia ente  
quidem commune habet principi-  
um, quod omnis ens conservatio-  
nem sui, quatenus potest, appetit;  
cum animalibus, quod sit appetens  
propagationis. *Natura per hanc* (b)  
*primum omnia animalia perfecta crea-*  
*vit, deinde perpetuam legem dedit, ut*  
*continuaretur procreatione successio.*  
Et ad educationem prolis spen-  
tur. (c) *Videmus enim coeca ani-*  
*malia, feras etiam, istius juris peritis*  
*censari.* Et alia ejus generis, sed  
hoc ad naturam juris nihil con-  
fert, neque ejus varietatem ali-  
quam inducit.

(a) Hug. Grot. lib. i. c. 1. S. ii. Soden. de Jur. Nat.  
& Gent. juxta discip. Ebræor. (b) Macrobi.  
Sextinalib. i. c. 16. (c) I. 1. 5. i. ff. de Jur.  
& Jur.

Acriter & nunc & olim discepatum de  
bratis, num iuris naturalis finis et pax nec ne?

Ple-

Blerique *jCrorum* in affirmativam descendentes sententiam geminum occasione loci *Ulpinianei*, cuius tamen mentem non satis assecuti sunt, (a) *ius naturale* propriè tale confirmare: *alterum*, quod animantibus brutis cum homine commune, *alterum*, quod homini proprium, eoque prolapsi audacia sunt, ut partim ex actuum, de quibus disponit *ius naturæ*, partim ex poenarum & culpæ communitate ad communitatem juris naturæ propriè & verè talis argumentando procederent, & cum animantibus brutis, tum hominibus illud attribuerent. Alij verò profus contraria institere sententiaz, rati, in brata, utpote omni ratione & ratiocinatione destituta, nec *ius naturæ* cadere, nec definitionem *Ulpinianeam* de jure *naturæ* rationali & propriè, sed animali solùm eoque impropriè & abusivè tali intelligendam esse, quatenus (b) videlicet juris *naturæ* vocabulo paullò laxius accepto, illud nihil aliud quam præceptionem, impulsum & jussum naturalis instinctus & propensionis, ratione etiam non moderatæ, designat: quod *jus sum si exeqvuntur* eidemque obtemperant feræ, naturali instinctu percussæ, iutis naturalis reddi dicuntur participes. Ut igitur constet, quid in re tam difficile tandem statuendum sit, certas ejus rei immotæ positiones ac fundamenta lubet premitere, quorum primum,

quod ius naturæ propriè & in rigore acceleratum pro objecto habeat actus intrinsecè morales seu illos, quorum turpitudo & honestas non à voluntate DEI præcipientis aut prohibentis, sed ab ipsis actus objecto, & quidem non solo, nec secundum esse abficitum, sed cum ceteris, quæ illud affichunt, circumstantiis spectato. Alteram, ex prima profluens, est, quod subiectum ejis ad æquatum idque solum non posse esse aliud, quam creatura rationalis & homo recta utens ratione, vel, ut (c) Grætius loquitur, natura præceptis utens generalibus, utpote quæ sola actus intrinsecè morales edere, & principia illa juris generalia ad actus moralis circumstantias accommodare valeat. Tertiam, quod (d) effectus illius formalis sit obligatio naturalis, hoc est, necessitas agelidæ moralis, ex ipsa actus seu objecti natura resultans & ad omnes omnino homines, rectâ. seu dictum, ratione utentes, cujuscunque status & conditionis sint, eos cum ad culpe, tunc ad penitentiam adstringendô. Hæc idque genus alia immota juris naturalis fundamenta si contueamur, evidens etit, ejus juris bruta profusus esse incapacia, cum bruta, utpote omni ratione & voluntate destinta, non possint singulas actuunti circumstantias, in quibus interna residet moralitas, cognoscere, eoque nec moraliter agere, nec ad culpe.

penitque reatum ullo modo obligari: Nec  
justis fecus sentientes ipsa actum, ut & poenas;  
quam illi adeo urgent, communitas. Cum  
(e) ius naturæ, ut alia, semper duo inclu-  
dat, quorum alterum materialis conceptus-  
que communis, alterum formalis & conce-  
pus proprii rationem habet, illudque sui  
conservatio, generatio, nutritio & protectio  
prole, &c. aut appetitus & instinctus natu-  
ralis dicuntur; hoc vero ratio, qua his mode-  
ratur & imperat, aut potius convenientia il-  
lorum actuum cum circumstantiis & natura  
rationali. Etsi igitur ipsis largiamur, mate-  
riale pars naturæ, h.e. actus quosdam, veluti,  
nutritionem, generationem, protectionem so-  
bolis & similes, de quibus disponit ius natu-  
ra, in bruta cadere, inde tamen nondum  
sequitur, etiam formale, per quod ius natu-  
ra in esse juris constituitur, statim in illa ca-  
dere, ut aequi ac homines illò adstringantur:  
Ut enim non sequitur, hoc est corium aut  
pannus, ergo calceus aut vestis, vel hoc est  
nasus ergo est simis, cum corium, patinus &  
nasus saltim materiale calcei, vestis & simi-  
tatis sint, ita haud magis audiendi sunt illi,  
qui à materiali, h.e. ab astibus his aut illis,  
brutis cum hominibus communibus, ad for-  
male ipsius, h.e. ad jus naturæ formaliter  
acceptum argumentari, & ex communitate  
actuum communitatē juris inferre volunt,  
cum actus illi, quos bruta edunt, ut cum

alii, tum *in primis* (f) *Mauritio* & (g) *Rheticio*  
 visum, à vnde natura incitamento & judi-  
 cione sensuum proveniant, nullumque juris  
 formale pax se ferant. Sed nec illud magis  
 firmatur est, quod si aijant, in bruta tamen ca-  
 dere poenas, quod fieri non posset, nisi mor-  
 talitatis aut juris essent capacia. Probant  
 autem id ipsura cum ex *Levit.* 20. v. 15. & 26.  
 ubi eō bestialitatem (qua malitia & *Rheticus* aliis  
 que cum Sodomia aut crimine Sodomitico  
 confunditur) brutum trucidari subegit; tum  
 ex *Genes.* 9. v. 5. & 6. ubi D E U S etiam in  
 brutis sanguinem hominis se vindicarum  
 constituit. Sed enim, ut variae variorum,  
 quā loca illa, Doctorum interpretationes, de  
 quibus latè (h) *Seldenius*, nunc omittam, vin-  
 dicta illa, quā bruta morti tradita, non ma-  
 gis poenæ rationem habuit, quam ubi canis,  
 simia, gallus aut viperæ, ex more Romano-  
 rum veteri, cum parricida cullo infuti, in  
 mare aut arietem proiecti sunt, cum (i) rea-  
 tus poenæ, ut dignitas quadam seu obligatio  
 ad subeundam poenam, perpetuam & im-  
 mediatum culpæ, hæque actionis moraliter  
 male seu delicti consequens sit, eoque  
 prius aliquid à moralis rectitudinis orbita  
 deviisse, quam culpam incuruisse aut po-  
 nam meruisse, necessum sit. Non igitur,  
 quod illi tradunt, animantia illa, ac si deli-  
 querint, poenâ affecta, sed faktum per do-

angeli baptani usum neci tradita, ut mortis ipsorum tam nefandi sceleris memoria e republ' tolleretur, hominibusque in posterum nulla. Item cum illis committendi, esset occasio. Appositè (1) Hug. Grotius: sic quia in bestias propriè delictum non cadit, ubi bestia occiditur, ut lege Mosis ob concubitum cum bontino, non ea vera pena est, sed usus dominij humani in bestiam.

- (a) Vid. Windler. de Princip. Jur. lib. 2. c. IIIX. (b) Cerasius de Jur. civil. in art. redig. part. II, c. 3. (c) de Jur. R. ac P. lib. 1. c. I. §. 11. n. n. (d) Vid. Inst. Mor. part. I. c. 4. (e) Vid. Eticus Maurit. dissertationum de Princip. Jur. Publ. Specim. c. 1. sect. I. §. 7. p. m. 56. Bachor. vid. ad Treutler. disp. 1. th. 4. lit. C. Anton. Peter, Hunnius, Goveanus, Heigius aliquem. (f) cit. l. (g) Meditare ad Instit. Jur. dissere. 3. part. I. c. 4. §. 4 p. 35. (h) de Jur. Natu & Genet. part. I. discip. I. Ehrmar. lib. 1. c. V. (i) Vid. Inst. Mor. part. I. c. VII. & seqq. (k) consul. Kuet. & Selden. II. cit. (l) de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 21. §. 1. n. 3.

### §. XIII.

Claudat itaque hoc caput divisio ab objecto sumta, quâ ius naturale versari dicitur circa res divinas vel humanas. Neque mirum illud circa divinâ versari, cum ratio-

tioni consonum fit, ut à DEO, na-  
turæ opifice & juris naturalis con-  
ditore, mentibus hominum infe-  
rantur ex notitiæ, quibus ipse ut  
Auctor naturæ agnoscî possit, ea-  
que præcepta, quæ tali legisla-  
tore digna sint.

*De divisione iuris naturalis in divinum &  
humanum nulla esse difficultas. Qam illud De-  
um & divina respicere, & præcepta naturalis  
pletatis circa DEI cultum, amorem, timo-  
rem, obedienciam, honorem, fiduciam idque  
genus alia complectatur; Hoc vero homi-  
nem & humana, eusque, quæ cum sibi, quæ  
corpus, & animam, cum aliis hominibus, his-  
que vel ut tantibus & absolute, vel ut in certo  
statu consideratis, debet, instruat, & omnia  
cum naturalis, ut vocant, probitatis, tum  
naturalis justitiae præcepta ambitu suo conti-  
neat. Benè de utroque iure (a) Lactanius,  
qui cum legem DEI descripturus, a g. ad  
eam retulisset religionem seu agnitionem &  
culturam & amorem DEI, mox c. 10. quasi sum-  
mam totius secundæ tabulae officiorumque  
amoris erga homines expressurus, dixi, ait,  
quid debeatur DEO, ditam nunc, quid homini  
tribuendum: quamquam id ipsum quod homi-*

ubi tribuitur, Deo tribuitur, quia homo Dei simus  
 lacrum est. Sed tamen primum iustitiae officium  
 est, conjungi cum DEO, secundum cum homine.  
 Sed illud primum religio dicitur, hoc secun-  
 dum misericordia vel humanitas nominatur.  
 Quia virtus propria est iustorum & cultorum  
 DEI, quod ea sola vita communis in se conti-  
 neat rationem. DEUS enim, qui reterit ani-  
 matibus sapientiam non dedit, naturalibus ea  
 munimentis ab incursum & periculo ructora gene-  
 ravit, hominem vero, quia nudum fragilens,  
 formavit, ut cum sapientia potius instrueret,  
 dedit ei prater cetera hunc pietatis affectionem,  
 ut homo hominem curatur, diligit, foreat,  
 contraq[ue] omnia pericula & accipiat & praestet  
 auxilium. Summum igitur hominum inter se  
 vinculum est humanitas, quod qui disrupterit,  
 nefarius & parricida existimandus est. Nam  
 si ab uno homine, quem DEUS finxit, omnes  
 orimus, certe consanguinei sumus, & ideo maxi-  
 mum scelus putandum est, vdisse hominem, vel  
 nocentem. Et paullo post: Ergo pro bellis  
 inmanibus sunt habendi, qui hominibus mo-  
 cent, qui contra jus & fas omne spoliant, cruci-  
 ant, occidunt, exterminant. Ob trans necessi-  
 tudinem germanitatis docet nos DEUS malum  
 nunquam facere, sed semper bonum. Id au-  
 tem ipsum benefacere quid sit, idem ipse pre-  
 scribit: Praestare auxilium depresso & labo-  
 rantibus, impetriri victum non habentibus. Deus  
 enim,

unit, quoniam pons est, animal nos valde esse sociale. Atq[ue] in aliis hominibus nos ipsoe cogitare debemus? non meremur in periculo bonari, si non succurrimus, non meremur auxilium, si negamus. Hec ille. Ut (b) hinc crudelis & inhumana prorsus Stoicorum sit opinio & indolentia, quā nos nostros aliorum que dolores sine angore animi ferre posse existimant, quod tamen amoti & humanitati, ut (c) præter Augustinum nos docet, (d) Plutarchus, est impossibile, omnemque humanitatem prorsus exuisse & in belluas degenerasse videtur, qui nec suis propriis, nec aliorum doloribus & commiseratione tangitur.

(a) lib. VI. Institut. (b) Wincler. de Princip. Jur. lib. 3. c. 4. p. 262. (c) de Civit. DEI. lib. 19. c. 8. (d) Consolat. ad Apollon.

#### §. XIV.

Rursum *ex res humanae*, circa quas jus naturale occupatur, subdividuntur in *publicas* & *privatas*. Cum *publicas* dico, non intelligo eas, quae ad statum particularis aliquujus civitatis pertinent, quemadmodum ea vox in jure Romano accipi conservit: Sed eas res, quae ad

ad statum totius humani generis  
& per consequentiam omnium  
gentium spectant. De *private*  
*rebus* non opus est hic in limine  
pluta afferre, quia res satis nota  
est, & ex dicendis latius patebit.

(2) S. 6a. Instit. de Jusit. & Jur.

In subdivisione Juri Nat. humani in pu-  
blicum & privatum nulla videtur esse diffi-  
cultas. Quamvis enim publici eoque & pri-  
vati notio variis substit significatibus, & pu-  
blicum interdum idem notet ac id, quod non  
ad populum aliquem sed ad societatem hu-  
manam pertinet, omnibusque hominibus  
coenune est: quô sensu *Ovidius* undas vo-  
cat munera publica; interdum id, quod ad  
statum particularis alicujus recipubl. aut ci-  
vitatis, v. g. Romanæ aut alterius, pertinet,  
tamen in præsenti publicum, ut ipse Autor  
facit expressit, id designat, quod universum  
genus humanum eoque omnes gentes in suis  
actionibus & negotiis, v. g. federibus, pactis  
&c. dirigit, eisdemque, quid juxta rectæ in  
iuris rationis tenorem ac dictamen agendum  
aut fugiendum sit, præscribit; privatum ve-  
ro, quod de privatis singulorum actibus  
& negotiis disponit.

CAP.

**CAUSIS JURIS NATURALIS EJUSQUE PROPRIIS.**

§. I.

**P**ost absolutam definitiōnem & divisionem Juris Naturalis, prioribus capitibus operæ p̄tium videtur Causas hujus juris, ex parte ibi delibatas, paullò latius explana-re. Et Causam quidem efficien-tēm diximus esse D E U M , naturæ auctorem, qui hanc legem toti humano generi p̄̄scripsit. Hinc recte vetus Ecclesiæ Doctor: (a) cum naturam dico, D E U M dico, ipse enim est opifex naturæ: quod ipsum & (b) Auctor Gentilis vidit, scri-bens: non potest inveniri principium aliud

ab aliud. & origo justitia, quam à Jove & communi natura; inde enim initium duci debet, ubi de bonis malisque differendum est. Sed hæc tam perspicua sunt ut indicasse tantum sufficiat. Plura si quis desideret, legat (c) eruditissimum commentarium de Jure Naturæ & Gentium juxta disciplinam Ebraeorum.

(a) Chrysostom. homil. i. ad Corinth. X, 3. (b)  
Chrysippus lib. 3. de Diis. (c) Seldenus lib.  
i. c. 8.

*De causa effidente Jur. Nat.* cum Remotum Proxima jam tunc (a) supra actum, eoque necessum habuit est, ut denuò ea de te agamus. Illud saltim adhuc notasse non omnino inutile putamus, quod quidem quamplurima apud Theologos paritet & JCros ac Philosophos occurrant testimonia, quæ juris naturalis originem ipsi Numinis attribuunt, sed quid inde solum illius obligationem pertinet, in eo minus recte sentire videntur, cum quamvis causa Juris Naturalis efficiens DÉUS recte nuncupetur, non tamen ex imperio divino, sed potius ex objecti aut actus, de quo disponit, natura & circumstantiis obligatio illius

juris, ut alibi notavimus, proxime deducenda sit.

(a) c. I. §. XII. p. 40. 41.

### §. II.

Patet etiam ex superioribus, materiam bujus juris esse bona & mala, seu honesta & turpia, & illa quidem appetenda, bac verò fugienda. Etsi enim lumen intellectus, homini agnatum, satis doceat, omne bonum esse laudabile, omne verò malum vituperandum: placuit tamen naturæ Auctori, hunc naturali notitiæ etiam vinculum legis addere, ut eò magis, qvod honestum judicamus, seqvi, qvod verò turpe judicamus, fugere debeamus. Hæc igitur lex id jubar, quod naturæ rationali consentaneum atque ideo honestum est, vetat verò contrarium: qvippe supponit in objecto honestatem ab una, turpitudinem verò ab

**ab altera parte.** Et hoc illud est,  
quod & antea monuimus, per le-  
gem naturæ præcipi aliqvid, quia  
bonum, prohiberi vero, quia ma-  
lum. Hinc (a) *Poëta de natura*  
*loquens:*

*Dividit (hac) bona diversis, fugienda  
petendis.*

(a) *Horatius.*

Agit hic de *Juris Naturæ materia*, intellige  
*objectiva*, seu ea, ad quam illud extrinsecè  
terminatur: de qua quamvis ex (a) superio-  
ribus quadam tenus constare possit, tamen ad  
illam eò distinctius cognoscendā aliqua nunc  
subjungenda erunt. Nimirum cum alibi tum  
maxime in Institut. Moral., ubi ex instituto  
de singulis *juris naturalis causis* egimus, ma-  
teriam illius diximus esse partim bonum per se  
bonum, malumq; illi contrarium, partim prin-  
cipia practica, partim etiam conclusiones, & ad  
illud omnium virtutum actus omnesq; virtu-  
tibus actus contrarios retulimus; ad illa prin-  
cipiacum primo prima, tūm secundū prima;  
eaq; tam affirmativa quam negativa; ad has  
illas propositiones, quæ per evidentem illa-  
tionem ex illis inferuntur, nec nisi discursu  
cognoscuntur, etsi illarum alia facilius & ab  
omni.

omnibus cognoscantur, veluti DEUM esse  
 colendum, parentes honorandos, creditorum  
 satisfaciendum, depositum reddendum, &c.  
 aliae difficilis innoteant eoque majori discursu opus habeant, ut usuram quandam  
 carere vitiō, homini in agone constituto non  
 pulvinar subtrahendum, proposito lucro li-  
 cere ludere, comediiis seu ludis scenicis tan-  
 quam actorem aut spectatorem interesse jure  
 naturae non illicitum, mendacium aliquod  
 aut dolum non semper esse malorum, &c. Et  
 quamvis (b) Durandus, ut ex (c) Turrecrema-  
 ttz (d) Svarezius notat, conclusiones ex illis  
 sive proxime sive remotè elicatas inter objec-  
 tum juris naturalis referre nolit, tamen cum  
 conclusionis veritas ubique dependeat à ve-  
 ritate præmissarum & in virtute ejus semper  
 contineatur, talisque judicetur esse conclusio,  
 quales ipsius præmissæ, non immerito cum  
 aliis, tum in primis laudato Svarezio præter  
 principia etiam conclusiones juris naturalis  
 objecto anumerare placuit. Sic enim (e) ille:  
 in tertio ordine ponimus conclusiones, que per  
 evidenter illationem ex principiis naturalibus  
 inferuntur, & non nisi per discursum cognosci  
 possunt: inter quas quedam faciliter & a plu-  
 ribus cognoscuntur, ut adulterium, furtum &  
 familia prava esse; aliae majori indigent discursu,  
 & non facile omnibus nota; ut fornicatio-  
 nem esse intrinsecè malam, usuram esse injustam,  
 men-

mentarium nunquam posse honestari & similia.  
De his ergo omnibus intelligitur assertio positiva  
nam omnia hæc ad legem naturalem pertinent.  
Hæc ille.

(a) c. i. §. 16. (b) tract. de LL. (c) in c. ius natu-  
rale, cl. i. n. 3. (d) tr. pe LL. lib. 2. t. 7. n.  
8. (e) cit. c. n. 5.

## §. III.

Forte hic objicit aliquis, di-  
visionem hanc in bona & mala, non esse  
sufficientem, quia sunt etiam quædam  
indifferentia, que neutri membro pro-  
priè convenient, sed tertiam ferè clas-  
sem constituant, & tamen materiam  
qvoque juri naturali suppeditant.  
Nos verò huic objectioni jamdu-  
dum satisfactum putamus, cum (a)  
diximus, permissionem, qvæ in  
indifferentibus locum habet pro-  
priè loquendô ad ius naturale non  
spectare: sufficit enim ei de bonis  
& malis, jubendô vel vetandô,  
disponere, circa reliqua verò po-

sitivè nihil statuere, atqve ita se  
tantum negativè habere. Qvod  
si ponamus, etiam actum aliquem  
juris naturalis intervenire, ut ho-  
mini jus detur hoc vel illò modò  
operandi, tunc ille non erit reve-  
ra actus aliquis legis naturalis,  
sed facultas jure naturali tributa,  
quam nos ad jus concessivum su-  
pra retulimus.

(a) supra p. 2. S. 10.

Ocurrere hic voluit nonnullorum objectionam.  
Cum enim, ut ex h. antecedenti liquet, objec-  
tum juris nat. sint bona & mala, (intellige  
intrinsecè talia,) inter hæc autem etiam indiffe-  
rentia & moraliter neutra. seu ea (a) habeantur,  
quæ & laudabiliter fieri & sine turpi-  
dine omitti aut aliter fieri possunt, quæ tamen  
qua talia sub genere bonorum malorumq;  
non continentur, hinc aliquibus modò attata  
divisio in bona & mala, tanquam illegitima,  
nec ut in partes oppositas facta, repudiata  
sit. Sed ad hæc ipsa statim regerit *Autor*,  
quod quævis inter bona & mala aliquod in-  
ter possum detur, veluti indifferens, quod,  
qua tale, tanquam medium, intellige nega-  
tio-

tōnis, de utroque cūm bono cūm male negatur, tamen illud ipsum non juris naturalis proprietate strictè talis, sed vel juris, ut vocatur, permisivi vel concessivi, aut etiam divini humanique juris objectum constituat nepteque (a) jura id agunt, ut quod per se, indifferens & licitum tactum erat, etiam deberi incipiat. Ceterum an detur hujusmodi indifferens? gratias hęc oritur difficultas, cum non pauci reperiantur, qui (b) actuum adiutorij seu indifferentiam tollendō, omnes actus vel moraliter bonos vel malos esse existimant, eò quod omni actu, ex deliberato, animo profecto & liberō, agens certum intendat finem, qui si secundum ordinem rationis ordinatus fuerit, bonus, si ordinis rationis contrarius, moraliter malus & pravus sit, Quibus accedit Dn. (c) Eisenhartus, qui tamen in eo ab illis abit, quod ipse indistincte omnium actuum indifferentiam, tamquam speciem seu objectum, quamquam individuum seu formam, ut loquuntur Scholastici illi autem sicuti quam individuum & formam, nos autem quam speciem seu objectum, nengent, contendentes, actuum humanorum indifferentiam non informa, quae ab agentis intentione & quibusdam singularibus pendet circumstantiis, sed unicè in objecto quae rendant, actumque liberum per hoc indifferentem esse, non solum quod ad objectum

que rem, cui p̄sē nulla adhaeret turpitudo ac honestas, deque qua in præcepto nihil ex professo traditum est, terminetur. sed etiam quod prorsus indeliberatō suscipiatur animo adeò quidem. ut ex mente illorum actus tūca objectum merè indifferens & permisum non tamen indeliberatō & absque intentione ac fine occupatus, pro simpliciter & absolutā indifferente seu eo, qui neque moraliter bonus nec malus sit, haberi nequeat. Alij tamen, è quibus (d) Scotus & tota sc̄ola Scottistarum Schola, contrariæ inservit vītæ, docentes, medium dāri inter bonum & malum etiam in actib⁹ deliberatis actu hic & nūne elicitis, ita quidem ut actio, cuius quidem objectum indifferens, neque tamen ceteræ circumstantiæ indifferentes sunt, a ceteris in differentib⁹ annumerari nequeat: atque hoc referunt ejectionem sputi, fricare manus, vestiri aurō ductili gestare gladium idque genus alios, à nobis ad aliquam naturæ commoditatem aut ornatum elicitos; actus, qui nisi per intentionem agentis excessus accedat vitiosus aut circumstantia aliqua præva, indifferentium ex clāsi summoveri nequeunt. Ad rationem vērò in contrarium allatam respondent, concedendō, quod omnis quidem actio, ut humana & perfectè libera sit, ad aliquem finem ordinetur; & ultra modum humanum processisse videatur is, quem ma-

malitia propter seipsum delectat, tamen ut ille finis ubique moraliter bonus aut malus sit, illud admittere nolunt, cum accingi gladio, ejusce sputum & similes, si non finis vitiosus, sed solius ornatus causa, aut propter aliquam naturae commoditatem existunt, pro vitiosis aut talibus, quae recte rationi contraria sunt, senseri nequeant. *A huc* non satis esse docent ad hoc, ut actus moraliter bonus sit, si intentio agentis bona ordinq; rationis conveniens sit, fierique possit, ut operaturus ejus, quod egit, optimam habuerit intentionem, ut tamen actus ex circumstantiis objegni certe risque pravus fuerit & vitiosus.

(a) Hug. Grot. lib. 1. c. 2. §. 1. (b) Thomas 2.2. qu. 18. art 9. Joh. Huss. notante id Caranza Summi Constant. Concil. Sess. XV. error. J. H. artic. 16. p. 629. Durandus à Sanct. Portiano, 2. sentent. dist. 40. qu. 1. Capreolus 2. sentent. cit. dist. Aquarius addit. ad Capreol. capet. 2. Sayonarola lib. 2. Eth. §. 29. Jacob. Fournenc universi Philos. Synops. tom. 2. c. 10. de causis virient. §. 5. object. 3. Aegidi. Roman. Richard. de Mediavilla. Thomas de Vio &c. (c) dicitur de Action. human. moral. & indiffer. §. 43. 44. & seqq. (d) lib. V. sentent. dist. 41. qu. 1. Vid. qq. Aristot. V. Ethic. c. 10. Gellius Noct. Att. 2. c. 7. Grot. de Jur. B. ac P. c. 2. §. 1. n. 3 & nos in Institut. Mor. part. I. c. 10.

## §. IV.

Sunt tamen etiam quædam,

G. 5

de

de quibus Jus Natur. disponit, &  
ita quidem, ut ea summopere si-  
bi probari & placere ostendas,  
quæ tamen sub præceptum non  
cadunt. Sed sciendum, ea tantum  
esse consilia, ideoque non quidem  
(a) absolute juberi, sed potius ho-  
mines per ea ad perfectionem  
majorem invitari & quasi suaden-  
dō incitari. Quæ distinctio bene  
observanda est, ad distinguen-  
dum obligationem moralem ab  
exhortatione: & hoc illud est,  
quod per verbum, *decet*, signifi-  
cari solet, cum id sensu minus  
quidem efficaci, magis tamen  
eximio usurpatur, ut cum dici-  
mus: (b) *decet*, ut omnes, qui ejusdem  
sunt corporis, unius etiam sint volun-  
tatis.

(a) Hug. Grot. lib. 1. c. 2. §. 9. (b) Clem. de ex-  
cess. præl. c. 1. inf.

• **Quia de Consilio Juris Naturalis;** quæ qui-  
dem

dem iure illò non sunt debita. Et praecepto, in  
men suis oppositis meliore, veluti gratiam po-  
tius facere injurie, quam eandem recompescere,  
inter alternantes sententias pre bellò vergerè  
ad pacem, &c. iam tum supra regimus, acrum  
hic agere nolumus, remittentes hinc B. L. ad  
c. 2. §. 2. p. 58. & seqq. Vid. Hug. Grotius lib. 3.  
c. 1. §. 1. p. 1.

## §. V.

**Veniamus nunc ad formam, qua**  
in eo consistit, quod jus naturæ omnium  
mortaliū cordibus insitum sit. Cum  
cordibus inscri dicimus, sive verum  
& genuinum modum, quo haec  
lex scitur & promulgatur, indi-  
camus. Neque enim ea nunquam  
ad sonum tubæ, campanæ aut  
alearius instrumenti, per vocem  
hominum, ut in humanis legibus;  
aut Angelorum, ut factum in di-  
vinâ loce, publicata; aut scripto,  
in lapidibus vel tabulis consigna-  
ta est, sed intus in cordibus no-  
stris habitat. (a). Lex mentiri nefas,

est

est nostra ratio, quæ lex non ab hoc aut  
illo mortali mortalitatem, non in chartis aut  
columnis exanimis exanimata, sed exrum-  
pi noscita, quippe ab immortali natura  
insculpta in immortali intellectu, ait  
Iudeus: neque minus apposuit  
Doctor Christianus: (b) Quares  
igitur DEI legem, habens communem  
istam in publico mundo; in natura libus  
tabulis: idem alibi: (c) ante legem  
Mosis scriptam in tabulis lapideis legem  
fuisse credendo, qua naturaliter intellex-  
ebatur? Cum omnium mortaliuum  
mentionem facimus, non tantum  
totum humanum genus in sua la-  
titudine sumtum intelligimus, sed  
etiam singula ejus individua: ne-  
mo enim est, cui ea lex non inno-  
tescat, (d) hanc enim nobis non opa-  
rio, sed in natura afferit. Rectò idem:  
in (e) re consensio omnium gentium, jus  
natura putanda est: (f) Alius vero  
auctor hanc vocat persuasione,  
que

*que in sit hominibus communiter omnibus,  
non minus Barbaris quam Gracis necessa-  
riam ac naturalem cunctis ratione us-  
entibus.*

- (a) Philo in libr. omnem virtutem bonum esse libe-  
rum. (b) Tertullianus de Coron. milit.. (c)  
Idem advers. Judzeos. (d) Cicero lib. 2. de In-  
vent. (e) Idem i. Tuscul. (f) Dion Prusae-  
nis Orat. XI.

*Circa Juris Naturalis formam seu rationem  
formadem admodum discrepant Doctorum sen-  
tentiae. Autor eam in juris hujus insitiose  
aut impressione omnium mortalium cordi-  
bus querit. (a) Svarezius eam vult esse na-  
turam rationalem, secundum se & ratione  
sua essentia, prout scil. est fundamentum  
honestatis naturalis. Alij cum (b) Meissnero  
statuunt esse congenitam & obligatoriam  
satisfacionem ac inclinationem ad affectus re-  
gendos, & virtuosos actus edendos. Qui-  
dam dictamen rectae rationis practicum. Ple-  
niq. naturalem juris hujus obligationem. Sed  
sicuti opiniones hactenus allatae formam Jur.  
Nat. partim cum ejus effectu formalis, qui ea  
utique posterior est; partim cum causa effici-  
ente aut ejus actu, confundunt; auctoris ve-  
to, quam ille pro forma urget, insitio seu im-  
presio hominum cordibus, etiam aliis, qui  
juris naturalis denominationem non susti-  
nent,*

( 10 )

nem, v.g. conscientia competit; ita illis idem  
genus aliis opinionibus suis licet autoribus,  
dicimus formam juris naturalis esse vel totam  
illius definitionem, quam supra deditus, vel  
differentiam ejus specificam, in eo in primis con-  
sistentem, quod disponat de actibus intrinse-  
cè turpibus & honestis.

(a) de LL. lib. 2. c. 3. n. 3. (b) dissert. de LL. lib. 5.  
q. 3. p. 41.

## §. VI.

Neque est, quod quisquam hic  
nobis opponat, quasdam gentes mul-  
ta, que nos juris esse naturale statuimus  
praecepta, ignorasse videri: neque ea  
nim ideò jus naturale intercidisse  
credendum est, quod per incuria-  
m perscrutandæ ejus, quam na-  
tura satis patefecit veritatis, aut  
per nimiam peccandi licentiam,  
in aliquibus gentibus lumen na-  
turæ obfuscari, moresque à recto  
tramite deviare perspiciantur.  
Quales sunt, qui ab (a) imparis spiritu  
tibus abrepti, & per malam educationem,  
insti-

*influita prava & leges iniquas corrupti,  
naturales notiones perdiderunt. Non  
igitur (b) debemus rerum dijudica-  
tionem ab illis mutuare, quibus corru-  
ptus est animus. Qvod & Philofo-  
phis Ethnicis cognitum fuit: nam  
ex iis qvidam ita scribit: (c) qua-  
dam nationes efferate sunt & facta in-  
humanae, ex quibus non oportet, ab aquis  
judicibus estimatione facta, humana na-  
tura convitium fieri: Item aliis: (d)  
apud homines recta sanagi mente pra-  
ditos immutabile est jus illud naturae  
quod dicitur: quod si bis, qui morbido,  
distortoq; animo, aliter video, nihil id  
ad rem pertinet. Nam nec mentitur,  
qui mel dulce esse dicit, ideo quod agrotis  
aliter videoatur. Denique & illud  
universale huc applicari debet: (e)  
quid naturale sic, spectandum in his,  
que bene secundum naturam se habent,  
non in depravatis.*

(1) Justin. colloq. cum Tryph. (b) Chrysostomus  
in

in Quat. Christ. DILEMMA esse (c) Porphyrius,  
 (d) Andr. Rhodus. (e) Aristot. Polit. V.

*An jus naturae ejusq; precepta ab aliquo homine aut etiam gente ignorari possint? questio est perdifficilis: cum non defint ex Scholasticis, nominatum (a) Alexander, (b) Durandus, (c) Alphonsus à Castro alijsq;, qui id negent. Contra non pauci, induci cum hominum & gentium factis, jure naturae contrariis, tum occasione (d) loci Aristotelici, quō dicitur, unusquisq; prīvus quid agendum sit, & à quibus abstinentia sit, ignorat, oppositam tuiti sunt sententiam. Alij tamen medium invenientes viam, e quibus (e) Anton. de Corduba; (f) Vasquezius aliique recentiores, rem omnēm, distinguendō inter precepta juris naturalis communia seu universalissima, & particuliaria seu ex his deduēta, expediri posse putant, hōrumque, minime verò illorum, nisi forte cum nova aliqua circumstantia occurrant, ignorantiam dari posse dixerint, cum adeò manifesta sint, ut neminem sanā ratione gaudentem latere possint tantumque perfectionis in quolibet homine post lapsum relatum sit, ut nisi sibi velit esse obstaculo, facile in istorum possit penetrare notitiam. Dico: nisi forte cum nova aliqua circumstantia occurrant: Cum fieri possit, ut ex adiuncta nova circumstantia circa rem, quæ fundamentaliter ignorari nequit, nihilominus error con-*

tin-

tineat & agnoscantia. Sic non esse occidendum  
 nemo ignorat; an vero famam moriturus  
 mortisque proximus; ne diu doloribus mor-  
 tis detineatur; non sit occidendum eoque nec  
 pulvinar subtrahendum; multi, & praesertim  
 indoctiores, ignorant. *Neg.* bic valer partis  
 affirmativa & consequentia: *Apud* has illasve  
 gentes huiusmodi quis contra ius naturae per-  
 petrati, ergo ipsorum ignorarunt malitiam  
 & consequenter ipsum ius naturae, quod iur-  
 ies actus prohibet; entia multe gentes, ut hic  
~~de~~ Justino loquitur *Autor*, ab reprobatis & im-  
 puris spiritibus, & per malam educationem, ini-  
 mitata prava & leges iniquas corrupte narato-  
 res noticies perdidere, & furti, latrocinia id-  
 que genus alia contra iuris naturalis sensum  
 & proprias conscientias stimulos admiserint.  
 Ad locum Aristoteles respondetius, quod  
 ipse non hoc intendat, quasi pravus ignoret  
 malitiam actus naturalem, sed quod non at-  
 tendat illam, sed se vinci patiatur deceptus  
 utilitate & comoditate praesentis operis.  
 Dicendum ad hunc doc: Eustachius Aristoteles, in-  
 quiruit, unumquemque hominem primum, que a-  
 genda sunt, & quibusque abstinentiam, ignorare,  
 ex quo huiuscmodi ignoratione injiciantur & malos  
 omnes evadere. Nam cum amnes homines bo-  
 num adpeccantes, adinjusta perpetranda inducun-  
 tur, non quod inusta ea esse ignorant, sed quod  
 decepti utilia sibi fore ea arbitrantur.

(c) P. II. qu. 193. (b) in 3 sentent. lib. 33. q. 1. 2.  
et 11. (d) de leg. poe. q. 1. (d) 3. Ethicorum. ad Nicomachum  
-1067 c. 2. (e) lib. 2. qu. 4. concl. 1. (f) 1. 2. qu. 36.  
disq. 122. c. 2. Vid. c. 1. S. 8. p. 31. Et 32.

autem utrumque in aliis etiam videtur.

### §. VII.

**Relat. ut etiam juris hujus**  
**causam finalem examinamus, quae**  
**est commune totius universi particula-**  
**rium generum & singulorum hominum**  
**bonum. (a) Omnis enim lex, & proinde**  
**etiam naturalis, tendit ad commune**  
**bonum. Lex (b) enim vocatur praeceptum**  
**commune, id est, (c) communi utilitate**  
**statutum, sive communiter toti universi**  
**tati factum. Nos utramque mem-  
>brium admittimus. Prout gnoscit**  
**(d) fiducias, cum vocat legem pro com-  
>muni omnium utilitate obnoscipit;**  
**alterum patet ex locis, ubi (e) te-  
>ges & Canaves ab omnibus servari de-  
>bere statuitur. Et quoad legem na-  
>turalem ratio est manifesta: cum**  
**enim ea toti universo & omnibus**  
gen-

gentibus feratur, consequens est, ut commune universi & gentium bonum per eam procurari intendatur. Id autem commune bonum est naturalis felicitas, sive quietus, tranquillus & pacificus reipublicæ communis & omnium gentium status. Nam sicuti (f) seges humanas ad salutem civium civitatumq; incolumentatem vitamq; omnium quietam & beatam, conditas esse constat. Eundem scopum & naturalem legem pro universi incolumentate habere par est. Idemque de gentibus singulis intelligendum, cum & eae sint partes universi, quæ toti suo conformari debent, & cum etiam per se sint communitates, bonum quoque suum & felicitatem obtinere desiderant, ad quod ipsius jus naturale faciem accedit, easque quasi manu dicit. Major videtur esse difficultas in bo-

no singulorum, sed tamen & illud  
per ius naturale intendi facile per-  
spiciet, qvi modò cogitaverit, sin-  
gulis hominibus præcepta hic  
dari, qvæ omnia ad communem  
spectant utilitatem: Sunt enim  
& illi partes totius, ideoqve bo-  
num cujusqve est etiam commo-  
dum totius universitatis. Sic (g)  
publicè expedire dicimus, cives esse locu-  
pates, & ut (h) nemo re suâ male utatur,  
qvidni igitur totius universi &  
gentium intersit, cives habere bo-  
nos & pacatè inter se viventes?  
omnes (i) omnium charitates patria  
complectitur, inqviebat Oratorum  
maximus: nos autem omnes ci-  
vies mundi sumus. Rectè itaqve  
& ordine dixit Philosophus Im-  
perator, (k) caritas. Et patria mibi;  
ut Antonio Roma, ut homini mundus.  
Qvare ad commune bonum etiam

Singuli collimare debent. (1)

Quocunq; sua actia respectum non habeo  
sive caminus, sive eminus, ad propositum  
communicatis, ea vitare diducis, nec u-  
nam esse patitur, sed ibios ag; non minua-  
est, quodammodo qui in populo partem secum  
sim facit.

- (a) Sot. de Iustit. & Jur. q. i. artic. 2. (b) I. 2. ff.  
de LL. (c) Glosf. in d. l. 1. (d) C. crit autem  
Lex 2. dist. 4. (e) I. leges 2. C de LL. c. ca-  
nonum IX. de const. (f) Cicero de I.L. 2.  
(g) Novell. 8. 5. 1. versu consideravimus.  
(h) S. 3. Instit. de his, que sunt sui & alieni  
juri. (i) Cicero de LL. (k) M. Antonius (l)  
Idem lib. 9.

Circa finem Jur. Nat. non minor est Do-  
ctorum varietas quam circa illius formam. (a)  
D. Meissnerius quatuor hujus Juris fines enumera-  
rat. (1) Del inquisitionem. (2) questi vene-  
rationem. (3) honestam conversationem, & de-  
nig; (4) inexcusabilem damnationem. Sed  
cum hic extremus finis, ipso satente Meissne-  
ro, prorsus per accidens sit, planè ab illo e-  
mitti potuisse. Neque enim dictio sic, in  
verbis illis Paulini, sic te eivis aulæ auctor  
admittit, ex quibus finis iste eruitur, nli-  
xus seu finaliter, sed expatnus, h. e., even-  
tualiter, aut saltum phylisce, pro fine termina-

tionis, accipienda est. (b) Alij cùm Pelagio, Monacho Britanno, quem contra calamum strinxit Patrum Augustissimus, (c) Augustinus, juri naturali finem supernaturalem, salutem videlicet æternam attribuentes, gentilium quosdam solâ lege naturæ salvatos esse & adhuc salvari posse absurdè contendunt: cum non valeat: cuius legis transgresſio satis est ad æternam damnationem, ejus quoque obſervantia ſufficit ad æternam ſalutem, quandoquidem nemo ſine ſalvifica DEI cognitione ſalvatur aut ſalvari potest. Et quamvis gentiles Paulo dicantur (d) αναπλόγηται inexcusabiles, non tamen αναπλογία illa ſupponere videtur perfectam DEI cognitionem & ſufficientia ſalutis media, cum ita dicantur gentiles, non quod illa notitia, cum ex creaturis & mundi hujus viſibilibus hauiſta, tum ipliſiſ iuſita, ad ſalvificem poffit ſufficere, ſed (e) quod debuerit eſſe quadam manu duetio ad uberiorē & ſalvificam DEI cognitionem in verbo exhibitam & revelatam, quam ipliſi tamen quezere neglexerunt. (f) Cumberlandas finem juris naturalis ſtatuit publicum & commiūne omnibus agentibus nationalibus bonum (paullò tamen latiori ſenſu, quam Uſplanus, qui deſinſe bonum publicum, quod ad ſtatum Rei-publ. Romanæ ſpectat, & in factis, ſacerdotibus & Magistratibus conſiftit) cùm leges naturæ, quæ ad charitatem & iuſtitiam intet homines

hōmīnes exercendam in primis dirigunt, id maxime agant, ut ostendant, quibus inter se mutuo elicitis officiis homines se in vicem possint feliciores reddere & moraliter perticere. A quo non ab ludere videtur Autor, qui pariter, usque ille, finēm juris naturalis contendit esse communem totius universi & particularium gentium ac singulorum hominum bonum moralemque perfectionem, nisi quod Ille singulorum hominum & agentium rationalium tantum, hoc verò & illorum & gentium quoque commune bonum pro fine Jur. Nat. agnoscat, sine omni tamen confusione finis ius iuris cum fine Juri gentium proposito, cum per totum universum seu genus humanum, quatenus ejus bonum finis iur. nat. dicatur, nihil aliud, quam complexus moraliter agentium designetur, ut tamen per idem genus humanum, ut ejus bonum finis iur. gent. est, intelligatur illud ipsum, quatenus solum distributum est in plures gentes ac populos.

(a) diss. de LL, lib. 1. de lege in comm. c. 4. p. 49.  
 & seqq. & lib. 3. qu. 4. p. 183. (b) Zwinglii in expositione fidei ad Regem Gallie. Andradus lib. 13. Orat. explic. p. 292. Petrus Berinus disp. 18. in c. 1. ad Rom. (c) lib. de natura & gratia c. 1. & contra Julian. lib. 4. c. 3. (d) ad Rom. 1. (e) sunt verba B. Welleri Comp. sentent. super h. l. (f) disquisit. Philos. de legib. i. milibus. M. p. 191. 193. 20 p. 177.

Subiectemus jam unum iuris naturæ verè proprium, in eo consistens, quod hoc jus sit immutabile. Confirmat id Philosophus, dicens: *jus naturæ est immutabile, sicut ignis ubiq. urit.*: & quidem à parte hominum res perspicua est. Cum enim Omnes juri naturali fuisse sint, mutum non est, si inscrips. in eo, quod superioris est, nihil possit mutare. Hinc ergo (b) *Tрагicus*:

*Nisi id valere crediti jussas tuos.*

*Ut jura non scripta, sed natu DEum;*  
*Concessa sempiterna, mortalia fatua;*  
*Violare posses.*

Sciendum tamen nos *bis* additionem pro mutatione non accipere, potest enim & solet potestas humana multa definire, quæ jus naturæ indefinita relinquit; inquit hoc

magna juris civilis portio consitit. *Jus enim civile est, quod neg. in causa a iuris naturali recedit, neg. personam ei servit.* Sed quid ex parte **D E I?** Nos & cum præstantissimis Theologis aliisqve, (d) ne quidem à DEO mutari posse contendimus: neqve enim efficere potest ut (c) *quod in insecratione malum est (qualia sunt ea, quæ jura naturali prohibentur) id malum non sit.*

(a) Aristot. V. Ethic. c. 7. (b) Sophocl. Oedip. Reg. (c) I. jus. civile. 6. ff. de justit. & jur. (d) Soto de Just. & jur. lib. I. qu. 4. art. 5. (e) Hug. Grotius de Jur. B. ac P. lib. I. c. I. §. 10. p. 5. & seqq.

Agit hic de Jur. Nat. effectione, immutabilitate, ostenditque, quod nec ex parte hominum, nec ex parte D E I illud ulli mutationi obnoxium sit. Q'ne Papa quidem, quem ex (a) pontificis aliqui, ut caput suum pro more extollunt inter mortales solum circa jus natura dispensari posse arbitrantur, cum a DEO ilud constitutum sit, inferiori autem & obligato ius aut legem mutare non licet: *Hic* (b) le-

(b) legi, ait Tullius, non prorogari fas est, nec derogare ex hac aliquid licet, nec tota abrogari potest, nec verò per senatum aut per populum hac lege (naturæ) liberari possemus; Nec ex parte D & I, cum impossibilia qualia sunt intrinsecè bonum interminari, aut intrinsecè malum velle, objectum divinæ potestie excedant, & (c) supremi Numinis cum bonitati, tūm sanctitati & justitiae adversentur, si, quod intrinsecè malum, homini injungat, aut, quod sua natura bonum, eidem prohibeat. Sed ut hæc rediuis cognoscantur, advertendum quid sit propriè legis aut juris mutatio, & quotplex. Mutatio legis nihil aliud est, quam relaxatio obligationis à legis subiecto, tribusq; illa juxiz Scholasticos contingit modis (1) abrogatione, cum tota lex ejusque perit obligatio, idque quod antea lex erat, lex esse definit. (2) derogatione, quando lex ejusque obligatio non ex toto, sed ex parte tollitur, & denique (3) dispensatione, quando legis, quâ ceteri tenentur, obligatio saltim à certo legis subiecto removetur, seu, ut (d) Hug. Grotius loquitur, quando vinculum eius circa personam aut factum singulare tollitur, manente de cetero lege. Jam si per omnes mutationum species eamus, nullam illarum in jure naturæ locum habere, vel ex illius objecto aut acibus, de quibus disponit, manifestum erit, utpote quorum turpitudine & honestas, sicuti à nullius voluntate pendet,

det, inque ipsius objecti, illorumque quae illud circumstant, natura fundata, ita per nullius, ne DEI quidem, immensam, ut loquuntur, potentiam, vel ex parte, vel ex toto tolli, aut effici potest, ut aliqui, aut plures ab obligatione ejus eximantur, aut in certo casu sub iis circumstantiis, sub quibus obligat, non adstringantur. Habet enim se se cum honestate & turpitudine actuum perinde atque cum hominis risibilitate, docilitate, aliisque illius essentialibus proprietatibus. Quam impossibile autem est, ut detur hominis essentia, neque tamen id, quod necessariò ex illa fluit, tam impossibile quoque est, ut detur hominis essentia, homicidii, adulterii, odii DEI hujusque cultus sine illorum turpitudine ac honestate, quippe quia hoc ipso necessariò quod esse homicidii, adulterii, &c. consequuntur, per nullius vim effectricem ab illis abesse aut separari possunt. Negat his obstat, quod DEUS sit juris nature Autor. Cum alia ratio sit legum positivarum, vel divinarum, vel humanarum, alia legis naturalis, illarumque obligatio à sola legislatoris, vel DEI, vel hominis summum imperium tangentis arbitrio & voluntate, non in (e) origine tantum sed & in duratione pendeat, hujus non item. Exempla, quæ alias hic ex S. Codice de filiis Adami, proprias sorores, in uxores ducentibus; Abraham, filium suum immolare volen-

solente, & Israëlitis, vasa Ägyptiorum ad Dei  
 mandatum afferentibus, contra juris hujus  
 immutabilitatem adferri solent nihil juvare  
 contrariæ sententiaz patronos, cum in nupti-  
 atis istis, utpote jure naturæ, cu[m] alibi ostensim,  
 non prohibitis, nulla illius facta fuerit immu-  
 tatio aut dispensatio, sive intelligas propriè,  
 directè & formaliter, sive impropriè; indirectè  
 & materialiter tamè; In ceteris vero casibus  
 reverâ (f) non jus naturæ, quod ubique &  
 semper immutabile est, sed res aut objectum  
 de quo jus naturæ constituit, quodque mu-  
 tationem recepit, immutatum fuerit. Sicuti  
 enī si creditor quod ei debeat mihi donat,  
 atque acceptum fert, solvere, invariato i[n]d[u]st[us]  
 juris naturalis præcepto, solve quod debes, non  
 teneor, e[st] quod debebam debere deficit; ita  
 si quem DEUS occidi præcipiat, si res alicui-  
 jas afferri, non licitum fiet homicidium  
 aut fursum, quae voces vitium involvunt,  
 sed non erit homicidium aut fursum, quod  
 vita & rerum supremè dominio auctore fit,  
 qui ob plenissimum i[n]t[er]num dominii ius, quod  
 in nos habet, trominem & vitam & bonis potest  
 exuere.

(a) Vid. Martin. Bonacins. tom. 1. Theolog. Mor. disp. 1. de LL. qu. 1.p. 3.n. 8. qui hujus sequen-  
tiaz patronos ibidem recenset. (b) Cicero.

lib. 3. de Rep. apud Lactant. lib. VI. t[er]c[ia]. c 8.

(c) Thomas. I. 2. qn. 100. art. 2. Pander. Theo-  
log. Scholast. tom. II. disp. V. qu. 2. d. 4. f. 949.  
alio-

aliique ab eo cit. (d) de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 20.  
§. 24 n. 2. Gregor. de Valent. tom. 2. disp. VII.  
qu. 4. (e) Gracius cjt. l. n. 1. (f) Ille lib. 1. q.  
1. §. 10. n. 5. & 6.

## §. IX.

Probatur & hæc immutabilitas  
hæc ratione, quod aut præcepta  
juri naturali sint negativa aut  
affirmativa; Negativa, cum, si-  
cut supra monuimus, pro omni  
tempore & loco, sive, ut Scholæ  
loquntur, semper & pro semper  
obligent, nunquam mutari pos-  
sunt, tunc enim cessarent obliga-  
re. De affirmativis idem judicari  
debet: nam quamvis eorum no-  
tam sit manifesta obligatio, quod  
tantum in certis casibus, & non  
(ut ita loqvar) pro semper obli-  
gent: tamen positis istis casibus  
nunquam non obligare deprehen-  
duntur, & extra istos casus à jure  
naturæ non præcipiuntur. Quod

ut

ut clarius explicemus, in primis  
 notandum est, legem naturalem  
 scripto nunquam esse comprehen-  
 sam, atque ita neque audiri, neque  
 legi posse: unde sit, ut verba ejus  
 non intelligantur, & nunquam  
 hic eveniat, quod in humanis le-  
 gibus crebro contingit, ut plus  
 aut minus sit scriptum quam di-  
 etom. Si igitur naturam audire  
 volumus, totum ejus dictamen  
 animo concipere debemus, om-  
 nesque addere circumstantias &  
 conditiones rei cohaerentes (quæ  
 in aliis legibus limitationes vo-  
 lantur) quibus omnibus positis,  
 lex naturalis tum primum obli-  
 gate incipit. Sic cum pacta ser-  
 vanda, cum depositum reddendum di-  
 cimus, jus naturale inutile enun-  
 ciamus. Utrumque enim has ha-  
 bere debet conditiones, dummodò  
 si, qui pacificatur, plenam habeat de se  
 fute.

ſuisq; bonis disponendi facultatetis, ut ergo,  
cui pactum ſit: dummodo patr'a ſint  
iusta, id est, aliis naturae, aut Dei,  
aut etiam magistratum prece-  
ptis non repugnantia, & id genus  
alia, quæ congerere longum fo-  
ret. Quæ omnes conditiones fi-  
exprimantur, statim orietur in ho-  
mīne obligatio; ſin demantur,  
non quidem mutabitur aliquid,  
quod juris ſit naturalis, ſed decla-  
rabitur, nunquam id fuſſe juris  
naturalis, quia omnes condi-  
tiones necessarie non adfuerunt.

Autor ulterius juris naturalis immutabi-  
litem probaturus, inter juris hujus præcepta  
affirmativa & negativa diſtingvit, & utrumque  
mutationem contingere poſſe veri simè  
negat, niſi quod ille ad falso hypothefi, de  
qua in superioribus egimus, prolapsus, præ-  
ceptis negativis maiorem quam affirmatiyiſ  
obligandi vim attribuat, indeque fundamen-  
tum immutabilitatis, quæ præceptis illis com-  
petit, petat. Quamvis & ipſe poſtea in ex-  
pliicatione præceptorum affirmativorum à ſe  
diſ-

difendere & tacitè in case ire videatur sententiam, quæ statuit, quod præcepta affirmativa pari prorsus æ qualique cum negantibus obligandi gaudeant, dum docet, quod leges huiusmodi & præcepta affirmativa, veluti, per servanda depositum reddendum, & iusticiam alia, tum primum obligari incipient, si totum illarum legum dictamen animo concipiuntur, omnesque ac singulas conditiones, limitationes ac circumstantias rei coherentes, sub quibus illæ leges debent intelligi, addemus, quibus positis statim exoriri, ait, in hominibus obligationem; si demandantur, non quidem mutari aliquid in jure naturali, sed saltim declarari, nunquam id iuris naturalis fuisse, eo quod non omnes conditiones necessariae adfuerint, quod certè habet aliud est dicere, quæ quod præcepta affirmativa, positis omnibus requisitis necessariis, non possint non semper & pro semper, hoc est, omni loco & tempore perinde atque negotiis, obligare.

## §. X.

Deinde & illud considerandum, quod saepe res, de qua jus naturale aliquid constituit, mutationem recipere soleat, quod cum sit non

qvi-

Quidem jus naturale mutatur, sed  
 materia ei juri subtrahitur: ita  
 si quem DEUS occidi praecipiat, si res a-  
 licujus auferri, non licitum fiet homici-  
 dium aut furtam, quæ voces vitium  
 involvunt; sed non erit homicidium  
 & furtum, quod vita rerum supre-  
 mo Domino auctore sit. Qvod ipsum  
 & cum proportione ex vi supre-  
 mi dominii ad magistratus sum-  
 mos adficari potest, ut nimirum  
 ex causa rationali possint decla-  
 rare, non manere amplius civi-  
 bus circa res aliquas id juris, qvod  
 antea fuerit, si eas, eō, qvō de-  
 bent, modō non administrent:  
 sic generaliter prodigo rerum su-  
 arum administratio interdicitur;  
 iis vero, qvi per longissimum tem-  
 pus (à lege definiendum) res ali-  
 quas non curare & quasi pro dere-  
 licto habere inveniuntur, etiam  
 earum dominium auferunt, cui

I ratio-

ratiōni innititur praeſcripſio hu-  
manis legib⁹ introducta, in odi-  
um nimirum negligētiæ, neq⁹  
tamen per hoc pars aliquā juris  
naturalis dicenda eſt mutari.

Hoc vult, quod ius naturæ quidem in ſe &  
ex ſua natura nulli mutationi obnoxium ſit, po-  
ſit tamen contingere, ut objectum ſeu, actus, de-  
quo diſponit ius naturæ, mutationem recipiat,  
& ab obligatione juris naturalis ſubtrahatur;  
quemadmodum (a) extrinſecè per mutationem  
alterius, v. g. debiti donatiōnem, à cre-  
ditore factam, aut per mortem filii, debitor  
aut pater debitor aut pater eſſe definiat, nec  
tamen in ſe quidquam mutatur, quamvis vi-  
deatur. Itaque ſi Deus occiſionem Isaaci A-  
brahamo, aut res Agyptiorum auferri Israē-  
litis jussit, materiam ac circumſtantias, ho-  
micio aut furto proprias, atque ad utrius-  
que ſubſtantiam pertinentes, ſubtrahere, eo-  
que ipſo doceſe voluit, quod occiſio hominis  
aut contrectatio rei, quæ vitæ ac terum ſu-  
premo dominō auctore fit, omni careat vitio.  
Quod de DEO dictum, quaſi ipſe vi ſupre-  
minentis dominii juris naturalis objectum  
ac circumſtantias immutare valeat, id pro-  
portionaliter quoque ad ſummu[m] imperium  
tenentes non incommodè accommodari pot-  
est

est, cum & ipsi rationab; ex causis inducti  
vi supremi, quod gaudent in his terris, domi-  
nii efficere possint, ut ei, qui tuncque temptis,  
neque sine me expensatum habet, sed bona sua  
digaerando & dissipando profundit, (b) libe-  
ta bonorum administratio, constituto eam in  
fem citatore, quin libet ea eum, his prodigium  
defenderet, usque i cunctis modis utique pro-  
longata, i jure usando promittit, interdic-  
tur cum haec apud (c) Paulum extante for-  
mula: *Quododo Tu a bona paterna avitatis  
nominis tua differas, liberosq; tuos ad  
cepsisse tempore ducis, ob eam rem tibi dare  
commerciorum interdico;* aut etiam ut ali-  
cui res suas per longissimum tempus, lege ci-  
vili definitum, minime curanti & pro detrac-  
tis habenti, earum dominium auferatur, &  
titulo præscriptionis civiliq; aliquid in odium  
negligentiaz in alium transeat, ita tamen ut  
neutro in casu pars aliqua iuris naturalis im-  
mutata esse videri possit.

(a) Ziglerus Not. & Animadvers. in Grotii lib. r.  
c. 1. §. 10. n. 6. (b) Petr. Heigius Comment. in lib.  
1. Instit. tit. 23. p. 94. n. 26. (c) 3. Sentent. c.  
4. & ibi Cujacius & Ziglerus in Grotii lib. ii.  
§. 7. §. 9.

### §. XI.

*Supra dictis duo consentanea*

I 2      sunt,

sunt, quæ hic breviter attingemus: primum est, quod lex naturæ non  
 est capax tijus interpretationis, qua in  
 iure xæc <sup>orthodoxia</sup> appellatur: cum e-  
 nim lex naturæ sit ipsa æqvitas e-  
 jusque nomine venias, non datur  
 alia æqvitas, quæ eam interpre-  
 tetur. Tum verò ea interpre-  
 tatio locum tantummodo habet,  
 cum lex humana propter nimi-  
 am universalitatem verborum in  
 quibusdam casibus deficere repe-  
 ritur, ita ut legislator de eo casu  
 consultus contrarium ejus, quod  
 lex definire videtur, velle se dice-  
 ret. Exempli gratia, si omnibus  
 civibus armorum gestatio prohi-  
 beatur, & hostis ad portas sit, non  
 peccabit in eam legem, qui arma-  
 tus hostem arcere conatus sit, imò  
 verò bene fecisse judicabitur & ex-  
 mente legis. Lex verò naturalis,  
 cum scripta non sit, eoq; nomine  
 defi-

deficere non potest: nunquā enim tota auditur, nisi omnes addideris exceptiones, qvibus additis, nihil ei deesse videmus.

Coronidis quasi loco Autor duas adhuc questiones hanc ignobiles proponit, alteram an *fus naturale* admittat interpretationem per equitatem? quam hōc; alteram, an in eodem dispensari possit? quam in sequenti §. pertrahat. Et quidem quod priorem questionem attinet, non pauci, ē quibus (a) Sotus, (b) Narrius, (c) Salas, quos seqvuntur (d) Burnebus & (e) Cellarius, absolute affirmant. Sed alij, inter quos (f) Suarezius, (g) Arriaga, (h) Vasquezius, (i) Buridanus, (k) Giphanius profus negant, quorum vestigiis & nos cum Autore nostro in praesenti insistimus. Probamus id ex nature equitatis, que propriè & in rigore (l) Philosophico correctio legis ea in parte, quā ob universitatem in casu aliquo particulari deficit, definitur, semperq; presupponit defectum ab autore legis ex ignorantia aut inconsideratione non præsumum, qui defectus si in iure natura etiam occurreret, rectam in homine rationem, qua, quā talis & recta est, à vero deficere nequit; Deinde, ut auctoris juris naturalis, omnisciendam, quin ipsum DEUM everteret. Bend

igitur (m) Soarezius: Quia *Opuscula* est emendatio legis seu justi legalis, i.e. naturalis emendari non potest, cum posita sit in recta ratione, que à vero deficere non potest: nam si deficit, jam non est recta ratio; &c. Dixi: propriè & in rigore, &c. Cum aliud sit, bene notante (n) Cajetano, interpretatio per equitatem, quā interpretamur deficere legem in aliquo particulari propter suam generalitatem, adeoque emendandam esse; aliud simplex interpretatio, quā propter verborum obscuritatem, ambiguitatem consimilemque aliam ob causam verum legis sensum ac mentem declaramus, illaq; haec laxior, sit, dum omnis quidem *Opuscula* sit legis in interpretatio, non tamen omnis interpretatio legis sit *Opuscula*, sed illa solum, per quam interpretamur legem deficere in aliquo particulari, eò quod universaliter loquatur. Non sālam igitur, sed hanc solum jus natura recipit: Cum enim parere magistratus, reddere depossum, non occidere idq; genus alia juris istius precepit, non rēque nota, nec perceptu faciliā sint, ut confici sub quibus circumstantiis, ampliationibus; exceptionibus ac restrictionibus & casibus obligent, à nobis illa interpretanda & exponenda sunt.

(a) lib. I. de Justit. & Jur. qu. 7. art. 3. & quæst. 3.

art. 4. (b) Consil. 4. de despōsi. impuberum.

n. 16. & 17. (c) disput. V. sect. 15. n. 67. (d)

dissert. Ethic. lib. 3. c. 15. (e) Tabb. Ethic. (f)

lib.

lib. 2. de LL. c. 16. n. 6. (g) tr. de LL. disp. 8.  
 sect. V. subs. i. (h) in 1. 2. Thom. qu. 95. art.  
 V. disp. 176. (i) in c. 10. lib. V. Eth. ad N.  
 com. (k) in idem cap. Ethicor. (l) Aristot.  
 V. Ethic. c. 14. (m) cit. c. n. 9. (n) 2. 3. q. 129.  
 art. 1. & ex eo Svarezius cit. l. Vid. Institut no-  
 stræ moral. part. I. c. IV. §. 15.

## §. XII.

*Alterum est, quod in hanc legem non  
 cadit dispensatio: cum enim ea sit  
 relaxatio legis in casu particula-  
 ri, propter aliquas rationes ple-  
 rumque extrinsecas, ut tunc ali-  
 quis cā lege solvatur, oportet eō  
 casu legis obligationem tolli. Po-  
 sita autem in jure naturali causa  
 necessaria obligandi, non potest  
 omnino tolli obligatio, utpote  
 effectus ejus necessarius. Cum  
 autem ne ipse quidem Deus le-  
 gem naturæ mutare possit, ut  
 supra vidimus, consequens est, ut  
 nemo quoque ejus effectum tol-  
 lere possit, atque ita omnis hic  
 dispensatio denegatur.*

*Expedita priore de Interpretatione per equitatem questione, quam, ut modò vidimus, aliqui, malè tamen, in jure naturæ reperiū arbitrati sunt, jam ad posteriorem de dispensatione juris naturalis progreditur; eandemque ex suis principiis destruere conatur. Sed quia de hac (a) iamtum supra vidimus, dum de immutabilitate hujus juris diximus, & per singulas mutationes, aliás in aliis juribus fieri solitarum, species eundem, eas ex intrinseca actuū moralitate à jure naturæ removimus, actum agere nolumus. Illud interim notasse hic sufficiat, quod dispensatio non solum cum (b) aequitate, ut factum à Fernandi Vasquio, sed & (c) interpretatione ac declarazione simplici, privilegio, absolutione tamen à culpa quam à pena, licentia simplici, abrogatione, id genus alius non raro confundatur.*

- (a) 5. 8. c. 3. (b) Controversi Illustrissim lib. I. c. 26. n. 1. Grotius de Jur. B. & P. lib. 2. c. 20. p. 27. (c) Svaręzius de LL. lib. VI. c. 10. n. 9. q. 13. Laymannus Theolog. Mor. lib. 1. tr. 4. c. 23. de privilegiis. n. 5. p. 97. & Dn. D. Vekhem. Introd. in Hug. Grot. lib. I. c. 1. p. 188. & Dn. Ohander in Hug. Grot. lib. 2. c. 20. p. 1157.

## CAP. IV.

DE

EFFECTIBUS JU-  
RIS NATURALIS.

## §. I.

**N**on enim ad *effectus* *Juri* *Naturalis*, quos vel maximè nosse nostra intereat. Sunt autem hi duorum scè generum. Cum enim (a) *antea dictum sit*, legem naturæ mentem nostram quasi informare & per regulas quasdam dirigere, itemque per idonea præcepta ad obedientiam suò modò cogere: consequens est, ut unus ejus effectus sit, illuminare intellectum nostrum, alter vero, obligare conscientias. Et de priore quidem res clara est & exemplis fiet clarior: sic lex naturæ Deum ciusque naturam no-

bis ostendit, ut postea ad cultum ejus nos exhortetur, ut statim suo loco videbimus: sic virtutes omnes bonas, vitia vero mala esse manifestat, ut postea nos ad illas seqvendas, haec vero fugienda, incitet, & sic deinceps.

(a) Supra c. 2 §. 6.

*Non aliud juris naturalis effectum quam obligationem naturalem agnoscimus. Illuminationem vero intellectus, quam Autor supra iure naturali regulæ rationem habere voluit, ipse ita congrue hic inter juris naturalis effectus refert. Est autem obligatio naturalis nihil aliud quam necessitas agendi in genere morum, ex ipsa rei seu objecti natura resultans. Et extendit se ea ad omnes omnino homines, rectâ ratione utentes, cujuscunque status & conditionis sint, ita quidem ut nemo, vel ob speciale privilegium, vel (a) ob superioris dispensationem, vel ob ejus abrogationem, vel ob ~~discriminam~~, vel ob eam sibi non ritè latam, ab istius legis obligatione se possit eximere. Obligat autem ea homines non solum ad culpa, sed et ad pene reatum. Et quidem de culpa res est clara: qui enim adulterium, homicidium idque genus alios legi*

legi naturæ adversos actus committit, non potest non, transgressoribus legis debitam, culpam incurtere eoque culpabilis fieri. Sed nec de *pœna* ulla hic potest esse difficultas, cum posita culpa, non possit non ponere pœna aut saltim reatus pœnæ, qui (b) inseparabilitercum sita cohæret, & per modum necessarii. & proprii consequentis immediatè ex illius essentia profluit. Ut hinc omnino frustra sint (c) *Hug. Grotius* & (d) *Gerson*, hic quidem, quod legi naturali omnem obligandi, ad culpam vix, ille ad dignitatem pœnæ abjudicet, ratus, ut ejus expressa leguntur verba, natura non iniqvum esse, ut quantum quisque fecerit mali, tantundem patiatur, iuxta illud, quod *Rhadamanthi* jus, dicitur:

*Hinc ergo ratio esse dixi & iusta revelo  
Quæ facis si quisq; fecerit, jus fiet eis  
equum.*

(a) Vid. *Gregor. de Valent.* tom. 2. in 1. 3. *Thom.* col. 910. & seqq. qui quinque his modis aliquem a lege ejusque obligatione eximi posse existimat. *Balibas. Meisnerus* diss. de *LL.* lib. 3. qu. X. p. 209. (b) Idem tom. 2. disp. 6. qu. 17. *Roder. de Ariaga* et. de *LL.* disp. 16. sect. 3. n. 23. & disp. 22. sect. 8. subl. 2. q. 86. *Domin. Soto* lib. 1. de *justit. & iure* qu. 4. q. 5. *Gab. Vasquez*, tom. 1. disp. 100. c. 2. n. 7. in 1. 2. *Thom. Ludevit. Molina de Justit. & iuri. Thom.* 2. disp. 102. n. 3. & 4. *Alphonse a Castro de leg. pœnal.* lib. 1. c. 3. & 13. *Laymannus Theo-*

Theolog. Mor. lib. 1. tr. 4. c. 19. n. 11. (c) de  
Jur. R. ac P. lib. 1. c. 2. §. 5. n. 3. & lib. 2. c. 29.  
§. 1. n. 2. (d) tr. de Vic. spirit. lect. 14. Alphab.  
63. lit. G.

## §. II,

De altero verò constare nobis  
poterit, si modò cogitemus, nul-  
lam esse propriam legem, qvæ  
obligationem non inducat, id est,  
necessitatem qvandam operandi  
vel non operandi. Sic legimus (a)  
ubi præceptum, necessitas est servitutis:  
iterumqve, (b) præcepto quisquis non  
obtemperat, reus est ac debitor pœna.  
Qvod nos plerumqve verbâ de-  
bendi explicamus, aut aliquid  
ita (c) oportere aut non oportere dici-  
mus: vocibus his moraliter & in  
laxa significatione sumtis, scil. ut  
Id nos debere, vel ita aliquid o-  
portere, dicamus, (d) quod nisi in  
bono & amissione non potest, et si ea bene-  
ficia non justitia expletrice, sed ex alio  
fon-

fonte proficiuntur: quod ex seqq.  
locis apparet: (e) adjuvare nos, non  
deripi beneficia oportet. (f) Ultra quam  
necessae est onerari multorem, ignoran-  
tia vel invitata, non oportet. Non (g)  
oportet ex sententia sive injusta, pro alio  
habita, alium pregravari.

(a) Hieronym. lib. 2. contra Jovian. (b) Augu-  
stini. in lib. de sancta virg. c. 14. (c) l. 15. na-  
tura 84. ff. de Reg. Jur. (d) Hug. Grot. de Jur.  
B. ac P. lib. 2. c. 7. §. 4. n. 1. & lib. 1. c. 1. §. 9.  
n. 1. (e) l. in commoda. 17. §. 3. in fin. ff. com-  
mod. (f) l. impenal. 79. ff. de Verb. signif. (g)  
l. Lucius. 21. ff. de his, qui nōt. infam.

De obligatione Juris & in specie naturali  
modo egimus. Illud saltim hic expendere ju-  
vat, quod necessitas illa agendi, quam inducit  
lex, non sit physica sed moralis, vi cuius legis  
subjecto seu agenti morali incumbit ita vel  
ita juxta illam operandi, nisi velit incurrere  
culpam & reatum moralem; quodq; ad hanc  
necessitatem exprimendam plerumq; Doctores  
verbis debere, oportere & non oportere utantur,  
summis tamen his idque genus aliis dictioni-  
bus non in strictiori, sed paullò laxiori signi-  
ficatu, ut (a) prater debitum & justum stricti  
juris, quod ex sola iustitia commutativa ve-  
nit, etiam laxi iuris justum ac debitum am-  
bitu

bitu suo complectitur, inque aliarum etiam  
virtutum, quam justitia illius particularis,  
præcepto possum est, & ab (b) Hug. Grotius  
alias restringit & laxius justam, sicut illud eis  
dam simpliciter ius & justum dicitur.

(a) Vid. Hugo Grotius lib. ii. c. 7. §. 4. multoq.  
lib. i. d. 4. §. 9. n. 1.

### §. III.

Ceterum eam obligationem, quæ  
ex jure naturali descendit, etiam  
conscientias hominum alligare certum est. Et quidem de hac obli-  
gatione in conscientia, ex jure  
naturali profluente, non male in-  
telligitur locus Apostoli, dicentis:  
(a) quicunque peccarunt sine lege (supple  
scripta) sine lege peribunt, scilicet,  
quia legem naturalem violarunt.  
Et rursus: (b) Cum gentes, quæ le-  
gem non habent, naturaliter ea quæ legis  
sunt faciunt: ejusmodi legem non haben-  
tes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus  
legis scriptum in cordibus suis testimoni-  
um

um reddente illis conscientia ipsorum &  
inter se invicem cogitationibus accusan-  
tibus aut etiam defendantibus, nimi-  
rum, prout aut secundum obli-  
gationem conscientiae egerint,  
aut contra eam pectaverint.

(a) Paulus Epist. ad Rom. I. 32. (b) ibid. v. 14,  
& 15.

Quæritur huc, an obligatio ex jure naturæ  
descendens, de qua proximè egimus, etiam  
conscientias hominum alliget? Plerique id af-  
firmant, quos sequitur Autor noster & (a) Sva-  
rezius, qui posterior præter loca ex Paulo ab  
Autore producta, etiam banc adjicit nationem,  
quod jus naturæ proxima ac immediata ejus,  
quod à ratione, h. e., per se & sui naturæ  
justum, aut ejus, quod suapte naturæ & in-  
trinsicè malum est norma ac regula sit, eo-  
que non possit non inde in conscientia agen-  
tis moralis obligatio nasci ad eum actum se-  
quendum, quem ut honestum faciendum,  
aut vitandum, quem ut turpem omittendum,  
jus illud præcepit. Non pigrabitur pro-  
pria ipsius verba huc transcribere: Sic enim  
ille: primò statuendum est, legem naturalem  
obligare in conscientia. Hoc est certum de fi-  
de, ut sentiunt Theologi. Et paucis interje-

ctis

**Eis.** *Ratio in primis est, quia lex nature est, lex DEI, ut ostensum est. Secundo, quia est proxima regula honestatis moralis; unde malitia mortalis per oppositionem ad hanc legem insurgere solet &c. Adhuc clarius in seqq. Si in rigore loquamur de obligatione naturali, separari certe non potest ab obligatione in conscientia; quia si sit ad aliquid vitandum, nascitur ex intrinseca turpitudine actus, qui propterea in conscientia vitandas est; si vero sit ad aliquid agendum, nascitur ex intrinseca connexione talis actus cum honestate virtutis, quam in nostris actibus servare etiam in conscientia tene-  
murus.* Hæc illæ: qui quoque ne fortassis aliqua in voce obligationis naturalis hæreat ambiguitas, ostendit, quò sensu illa in praesenti capienda, nempe non ut quodcumque debitum, etiam illud, quod ad melius est, & ad consilium pertinet, utpote quam obligationem, tanquam impropteritatem, nullam in ordine ad conscientiam vim inesse judicat, sed debitum solum necessitatis simplicitet talis, designat.

(a) lib. 2. de LL. c. 9. §. 1. 3. & 6.

#### §. IV.

Qvod ut eò melius intelligatur, paulò penitus nobis conscientie vis examinanda est, ut sciamus, quid

quid sperandum sit iis, qui tutam  
habent conscientiam, quid contra-  
metuendum iis, quorum con-  
scientia violati sibi juris naturalis  
conscia est. Et quidem ea ipsa ratione  
scientie securitas bene observata legis  
naturalis primum est amplissimum.  
Hinc in certus (a) Auctor:

*Homini D E U S sua omnia conscientia  
est.*

Et egregie hanc felicitatem de-  
scribit (b) Poëta Tragicus his  
verbis:

*Unum sed ajunt esse per vita bonum:  
Cum rectus animus, nil sibi conscit  
mali.*

Qvod ita Latinè reddit (c) alius:

*Hic murus abeneus effos,  
Nil consciere sibi, nulla pallescere  
culpa.*

Contra vero quantum apportet ma-  
li temerata conscientia id vix verbis ex-  
primi posse, testantur varii. Recte (d)  
Comicus: K N.

Nihil est miseriū quod quisque hominis conscius.

Et (e) aliū:

Scelus aliqua cunctum nulla securum  
absolut.

Latius etiam in hujus mali descri-  
ptione versatur (f) ille, qui cum  
dixisset:

Prima est hac ultio, quod se iudicet  
nemo  
Nocens absolvitur.

Mox subjungit:

Car tamen bos tam  
Evassisce putas, quas dira conscientis  
facti

Mens babet attonitos & furdo ver-  
bere cadit,

Occultum quatiente animo tortore  
flagellum.

Et (g) iterum:

Perpetua anxietas nec mensa tempo-  
re cessat,

Faucibus ut morbo siccis.

Quod de bona & mala conscienc-

tia diximus, conjungit (h) alius  
sic:

*Conscia mens ut cuiq; sua est, ita con-  
cipit intra.*

*Pectora pro facto spemq; metumq;  
suo.*

Addam etiam duo e Græcis locis,  
unum e (i) Tragoëdia:

*Namq; tandem paria meritis premia  
infantes ferunt,  
At malorum nulla, tales dum manent,  
felicitas.*

Unum item ex (k) Comœdia:

*Nam si tantundem referent malus  
atq; innocens,  
Et utroq; tellus pondere aeterno pre-  
met,*

*I, rape, furare, defrauda, misce va-  
mnia,*

*Sed ne te falle, suaq; in Orco nocte  
est.*

Alterum est, quod qui hanc natu-  
ræ legem bene servavit, Deus  
habet faventem, qui aliter se ges-

K 2 sit,

fit, infestum. Pius nobis hic locus (l) monstrat:

Nam qui DÉUM venerantur egregias  
babent spes ad salutem  
Qui Deos virtutibus meruit faveentes,  
ipse divinus sibi est.

Posterior non obscurè innuit (m)  
hæc sententia:

Non fallunt oculos DÉUM, multo san-  
guine qui madent:

Idem (n) alias de iis agens sic u-  
trumq[ue] comprehendit:

Nam labentes cœli in tabulis, non sce-  
leratis sumus auxilio,

Sed quis vitam fas & pietas & jura  
regunt, horum duros

Tutela fugiat nostra labores.

Tertium est, quod, etiam in hac  
vita, prout quisq[ue] se circa præ-  
cepta naturæ gesserit, ita à bonis  
aut laudatur aut vituperatur. (o)

Nam

Laus vera & humili sapientia contingit  
viro.

(p) Ita-

(p) Iterumque:

*Hominum immortalis est infamia;*

*Et iam tum vivit, cum censes esse mor-  
tuam.*

Idque ipsum homines ad benè a-  
gendum magis magisq; incitet:

(q) *Laudatur virtus*

*Crescit, & immensum gloria calcar  
calcar habet.*

Hinc(r) Horatius:

*Aut virtus nomen inane est,*

*Aut decus & pretium recte petit ex-  
periens vir.*

- (a) in exc. Græc. (b) Euripides Hippol. (c) Herat. i. Epist. i. (d) Plautus Mostell. (e) Seneca. (f) Juvenalis Satyr. 13. (g) Idem ibid. (h) Ovidius Fast. (i) Euripides Jone. (k) Philemo. in com. (l) Philem. in cert. com. (m) Euripid. Helen. (n) Aeschyl. Agammen. (o) Euripid. Electr. (p) Senec. Thyest. (q) Plau-  
tus Pers. (r) Ovidius ap. Pont. 2. (s) lib. 1. Epist. 17.

Illustris eadem re est locus (a) apud Hugo.  
*Grotium*, quō omnes ac singulos hactenus  
memoratos lēsi aut observati juris naturæ  
effectus conjunguntur: *Neg̃ tamen, ait,  
quamvis à vi destitutum jure omni caret effectus*

Nam justitia securitatem affert conscientiae, iniustitia tormenta ac laniatus, quales in Tyrannorum pectoribus describit (b) Plato: justitiam probat, injusticiam damnat proborum consensus: quod verò maximum est, hæc DÆU M inimicum, illa faventem habet, qui judicij suis ita post hanc vitam reservat, ut sepè eorum vim etiam in hac vita reprezentet, quod multis exemplis historiæ docent.

(a) Proleg. Oper. de Jure B. & P. n. 20. (b) lib. IX.  
de Rep. Vid. Tacit. lib. VI. Annal. Bodinus  
de Rep. lib. 2. c. 5. p. 243.

### §. V.

Sed quæret hinc alius, an lex naturæ transgressoribus etiam non infligat alium, culpa seu etiam pæna reatum? Quod nos omnino admittimus. Et de culpa quidem constat, quia qui contra præceptum naturæ facit, is prout dubio culpa reus est, & à peccato excusari non potest. Peccatum (a) est opus iniquitatis, iniquitas autem operatrix culpa aut delicti. (b) Peccatum est dictum vel concupitum contra legem. De pæna.

pœna idem estō iudicium, nām  
ut recte (c) Lyrius,

Culpam pœna premit, comes.

Et alibi idem:

Raro antecedentem scote sum deseruit  
pede pœna clando.

Convenit ei (d) hoc ē Græco  
sumtum:

Hac pœna, sed festina, legi rupas sequi  
debebat omnes.

Appositē admodum de hac ma-  
teria agens (e) Tragœdus sic lo-  
quuntur: illi insvpnyp

Expositum, mala qui parasti?

(f) Item:

Namq; tandem pœna mentis præmia  
infantes ferunt,

At malorum nulla, tales dum manent;  
felicitas.

Alius (g) etiam in hæc verba pro-  
rumpit:

Si qui vita lumina cinguit, tantum dū  
nobis cinc. atq; nihil:

*Si non cedem cede rependam scelerum  
artifices, periit pietas  
Hominumq; pñdor.*

- (a) Amprosius in Apolog. David. c. 3. c. 33. dist. 33  
de pñn. cap. ille Rez inf. q; Gleßl. ibid. ex  
Aug. (b) Horatius in Odis. (c) Sophoci. E-  
lect. (d) Euripid. Herc. furent. (e) Idem Jo-  
ne. (f) Sophocl. Elect.

De hac quæstione jam tum supra egimus;  
dum ostendimus non solum contra Hug.  
Grotium, sed & Gersonem obligare ius natu-  
rae transgressores suos cum ad culpam tum  
ad poenæ reatum.

¶ In aliis quibus titulis A  
et dicitur ab aliis S. IV. (e) si ergo iusti

Sed quanquam hic reatur  
poenæ in peccantibus contra na-  
turæ præcepta jure meritoq; vè  
agnoscimus, tamen ipsam natu-  
ram ullum genus poenæ, (præter  
laniatus conscientiæ antedictos)  
aut definire, aut etiam ipso factō  
inferre, plane negamus. Naturalis  
enim lex homines qvidem  
poenæ obnoxios pronuntiat, sed  
earum

earum definitionem DE Operam  
mittit, aut etiam ex executione  
magistratibus ex jure genera-  
tium vel civilis facienda cedet  
gat: atque ita multæ potest ex-  
tentioce propriæ loquendo sunt  
naturales. Idquæ ipsum & Judæi  
agnoscunt.

Quamvis jus naturæ in universum omnes  
sibi contrarios actus damnet, eorumque com-  
missives ad poenam obliges, non tamē spesi-  
ciam illius exprimit, ut poena qua in solidum  
politivo ex jure est, per quod generaliter  
quodvis naturæ dictavit, nempe delinqui-  
entesque poenitentias ad certam poenam speciem,  
culicum, rotundum, pipiculum, prædictorum  
&c. contrahitur, nisi quod dicaret jus natu-  
rae, talem poenam ubique irrogandam esse de-  
dicto aut delinqüenti, qui ipsi equalis sit, sive  
jam illa sit κατηγορια, sive equalitas, ve-  
luti in homicidio, &c. sive κατηγορια &  
κατηγορια, ut in furto, idquæ genus de-  
lictus alii. Vid. Institut. nost. Moral. part. l. c.  
& S. XI. & c. VII. S. §.

## S. VII.

Sed dubitet aliquis, an legis na-  
K 5 tura-

unius obligatio se extendat, ad reman  
 id, quod in legatis Evangelio consti  
 tur, ut frater loquens quidam  
 auctoritate Quod nobis omni  
 de absumpti videtur; multa enim  
 sunt in lege & Evangelio prece  
 pta, quæ do iudee naturali non obli  
 garent, aliam enim perfectionem  
 exigit a nobis. lex divina vetus,  
 maiorem etiam lex nova a Chri  
 sto promulgata, quam lex natu  
 ræ. Nam ea lex multa quidetur ut  
 latitudinea agnoscit, quæ tamen  
 ideo non fuerint sub precepto;  
 quod postea Deus in lege veteri  
 aut Evangelii superinduxit, atque  
 ita moralem obligationem; quæ  
 prius deficiebat, adjunxit. Ut vi  
 dere est in simplici fornicatione, ne  
 que ea, quam Noachidis latam  
 Judæi volunt, neque lege Mosis  
 propriè loquendo fuit prohibita,  
 & tamen Christianis est interdi  
     cta.

cta. Idem de simplici mendacio ju-  
dicium esto,

(3) in decret. dist. r. in pr. ( b ) Hug. Grotius in  
Prolegom. Oper. de Jur. B. ac D. n. 50. & lib.  
t. c. 2. §. 6. n. 1. & seqq. ( c ) Act. XV. v. 20.  
& 29.

Plurima occurunt in hoc §. quæ vero  
hanc sunt consona, & ex parte ipsi Orthodo-  
xiz contraria. (1) namque docet, quod multæ  
in lege & Evangelio contineantur, ad quæ tamen  
ipsa jure naturæ nos non obstringat: quod  
quidem verissimum esse putamus, si id in le-  
ge præcisè de ipsis ceremoniis aliisque ex li-  
bera DEI voluntate venientibus, & in Evan-  
gelio de præceptis credendi & sacramento-  
rum intelligamus; falsissimum autem, si de  
virtutibus & bonis operibus, in utroque for-  
dere præceptis, capiamus, cum ad patientiam,  
charitatem, pietatem, humilitatem, benevo-  
lentiam, misericordiam, justitiam & similes  
virtutum actus non minus jure naturæ, quam  
lege & Evangelio obligati simus. (2) in eo  
fallitur, & Photinianis accedit, quod Christum  
ut legislatorem inducens, majorem perfectio-  
nem legi novæ inesse arbitratur atque legi an-  
tique, cum tamen Christus nec legislatorem  
eagerit, nec majorem perfectionem à suis  
Christianis in exercendis virtutibus exerce-  
rit, atque DEUS in V. T. ab ipsis Ebræis, re-  
qui-

quirit enim ab his proximi suique dilectionem summam, ex toto videlicet corde, tota anima & ex totis viribus, Christusq; in hunc mundum venit, non ut legem ferret, sed ut legem, cui servandæ nos impares eramus, perfectè adimpleret, atque à *Paulo* ac detorsionibus Pharisæorum, qui posthabitâ justitiâ internâ & mentis puritate, tantum de externa accipiebant, vindicaret, veramque intellectum ac mentem eisdem restituaret. (3.) Incongruè pro sua sententia Inter ea, quæ jure naturæ aut etiam lege Mosis permisæ & licita, sed Christianis interdictæ, refert simplicem fornicationem & mendaciam. Quamvis enim, quod diffundendum haist est, quæ priorem actum, non pauci cum ex veteribus cum ex recentioribus, è quibus (a) *Martinus de Magistris*, (b) *Joh. Cammuel*, Autori accedant, & fornicationem jure naturæ non improbari pro certo habeant, multistamen ex eo jure petitis rationibus, de quibus infra prohibemur, quò minus in eandem cum istis abeamus sententiam. Neque juuat *Caramuelum* bonitas, quam urget, naturalis, eò quod coitus iste nec cœuntibus nec proli obicit: cum à bonitate naturali ad moralem nulla sit consequentia. Idem judicium esto de mendacio simpli, v. g., officioso, utpote quod tantum abest, ut in Evangelio aut jure naturæ prohibeatur, ut potius

i si uique & tris in quibusdam casib[us] mendacio uti laudabili & oratione debitum sit. Vid. interpm  
elicit corr  
Christus in  
em fere, i  
impares en  
a Phay  
, qui pat  
uritate, n  
dicaret, n  
e idem  
sententia  
lege Mar  
interdict  
e mera  
lumbar  
cum ei  
è quida  
Can  
en jor  
eant, s  
ous, &  
us ince  
. Ne  
get;  
euro  
ura  
i  
i  
i  
i  
i  
i

tis in quibusdam casib[us] mendacio uti laudabili & oratione debitum sit. Vid. interpm  
Instit. Moral. p. II. c. 10. §. 9. & 15. 16. 17.

(a) de quo Cajet. in Thom. qu. 154. art. 2. (b)  
Theol. Moral. lib. 3. p. 160d. (c) c. 12. §. 14.

### §. IIX.

Nunc porro examinandum ve-  
nit, an & lex naturalis aliquos actus  
irritos reddat? quod nos affirma-  
mus; atque ideo hunc etiam effe-  
ctum juri naturali adscribitus.  
Quæ quæstio in hoc vertitur, an  
& hic actus, quemadmodum in le-  
gibus civilibus, sic etiam in lege  
naturali, locum sibi vindicet? Et  
quidē in legibus civilibus res aper-  
ta est, si quidē (a) multæ sunt, quæ  
facta quidem, aliqua prohibent,  
non tamen ea irrita faciunt, aut  
nullius momenti esse pronunti-  
ant, quæ (b) leges imperfecte vo-  
cantur. Sunt & aliae longè ma-  
joris efficac[i]æ, cum (c) legisla-  
tori,

torū, quod fieri non vult, tantum proba-  
 buisse sufficit, ceteraque, quasi expressa,  
 ex legis licet voluntate colligere, b. e., ea,  
 que lege fieri prohibeuntur, si fuerint fa-  
 cta, non solum iniuria, sed pro infectis  
 etiam habeantur. Nos itaque præ-  
 cepta quædam juris naturalis, non  
 tamen omnia in hanc classem re-  
 legamus, ita quidem ut irritum  
 sit, quod eō jure prohibetur. Sed  
 id locum tantum habere judica-  
 mus in duobus casib[us]: (1) cūm actus  
 aliquis prohibetur ab defectum potesta-  
 riis, & (2) cūm ob materia incapacitatem.  
 Prioris exemplum est in contractu  
 dolo malo inito, qui etiam de jure  
 naturali irritus est. Est enim in  
 omni contractu consensus neces-  
 sarius ad substantiam: neque e-  
 nim contrahere quisquam aut  
 vult aut potest, nisi adlit plenissi-  
 mus consensus; cūm autem dolus  
 omnis consensi contrarius sit, se-  
 qui-

(quitum, ut actus iste sit ipso jure naturæ nullus, quod etiam in errore obtinet, sed cum aliqua distinctione. Secundi vero exemplum est in eo, qui actu gerit prohibitum, propter turpitudinem in materia inventam, quando ea turpitudo durat in ipso effectu. Quod ita effert (e) Iustus Paulus: quod leges fieri prohibent, si perpetuam causam servaturum est, cessat obligatio: Veluti si sororem nupturam sibi aliquis stipuletur.

(a) I. 7. ff. de feriis. (b) Hug. Grot. lib. 2. c. 6. §. 10. n. 1. (c) non dubium s. Cod. de legit. (d) Hug. Grot. lib. 2. de Jur. B. ac P. c. XI. §. 6. (e) I. iust. pulos. 35. §. 1. ff. de V. O.

Aliam huc tractat questionem, num lex naturalis exigat hunc habeat effectum, ut aliquis actus etiam irritos faciat? Quod affirmat, secutus (a) Hugonis, fratrem suum. Ut igitur constet, an & quando Ius naturæ talium effectum procedat, advertendum est quid distinguissima sint prohibere & irritum, quid reddere, quodque non omnia, quæ iuri naturæ adver-

adversantur, statim eō iure irritati sunt; ut (b) exemplō prodigē donationis; (c) venditionis rei ultra justum prēsum aliisque evidens est. Quocirca tum demam jus naturale vim suam non solum prohibendi sed & irritandi actum exserit, (d) cum aut (1) deest ex parte agentis principium agendi, b. e., jus, potestas & facultas agendi moralis: vēluti in conjugio liberorum, absque parentum consensu inito, (e) p̄missione item ac donatione ejusdem rei, factā post priorem validam & permanenterem, cū nulla amplius in secundo promiscuente aut donante in eam rem potestas sit; aut (2) turpitudō perpetuā durat in effectu, sc̄i, ut f̄cti loquuntur, habet causam perpetuam: ut (f) in conjugio parentum cū liberis in linea recta, aut (g) cū ea, quā alibi viro jam nupta est, utpote in quibus conjugiis non solum omnis effectus vitiosus est, sed & facultas moralis concubandi deest. An autem huc dūm. Autore & (h) Icto Paolo etiam conjugia fratrum & sororum trahenda sint, non mancīo ambigo. Cetera prohibitiō & invalidatio talium non directo ex iure naturae, sed positivo, vel civili, vel divino, proveniat, & quācum jūs naturae attinet, nulla intrinseca iustificandi conjugis malitia ac turpitudō adharet; ut plūtib[us] in (i) Institutionibus Polis ostendimus. Ceterum notandum, quā leges in iure civili occurrentes, quā quidem

dem quid fieri detant, sed factum non rescindunt,  
aut nullius momenti esse pronunciant, leges (k)  
imperfectae vocentur, atq; in (l) duplii sint dif-  
ferentia: aliae enim prohibent actum, nec  
tamen ei, qui contra fecit, pecuniam irrogant,  
sive, ut (m) Macrobius loquitur, in quibus nulla  
devientibus poena sanctitur; aliae vero pecuniam  
irrogant, sed factum non rescindunt. Poste-  
rioris exemplum est (n) in lege, quæ mulie-  
ris, intra annum luctus nubentis, factum pu-  
nit, non tamen invalidum reddit; & (o) in  
lege Furia testamentaria, quæ prohibebat, ne  
legatum, excedens summam mille asfum, u-  
ni relinqueretur, nisi manumissoris cogitato-  
certisque personis aliis, & si quis majoris sum-  
cum (p) legatum accepisset, ut quadruplum ex-  
cessus restitueret. Prioris vero exemplum est  
in lege Valeria, de qua (p.) Livius: Valeria  
est, id lex, ait, cum eum, qui provocasset, virgis cedi-  
securig, necare detuisset, si quis adversus ea fe-  
cisset, nihil ultra, quam improbe factum adje-  
cit, id (qui tum pudor hominum erat) visum;  
credo, vinculum satis validum legis, nunc vix  
servo ita minetur quisquam.

(a) lib. 2. de Jure B. ac P. c. 5. §. 10. & 16. (b) Vid.  
idem cit. l. (c) Sverez. de LL. lib. 2. c. 12. n. 6.  
& 8. (d) Grot. lib. 2. c. V. g. 10. n. 1. (e) Sverez  
cit. c. n. 4. (f) Grotius cit. c. §. 12. n. 2. in fin.  
dum ait: talia conjugia hand dubitandum  
quia & illicixa sint & irripi insuper; quia vi-  
tium perpetuum effectui adheret. (g) Idem cit.

L

6/50

c. §. XI. (h) I. si stipulo ss. de V. O. (i) part  
I. c. 2. (k) Ulpian. in fragmentis. Grot. lib. 2.  
a. V. §. 16. n; i. & l. non dubium C. de LL. (l)  
Ziglerus Not. & Animadv. in Grot. lib. 2. c. V.  
§. 16. (m) circa finem eorum, quæ scriptis ad  
sponsium scipionis. (n) Zigl. cit. l. (o) Pet.  
Heigius & Mynsingerus Comitent. ad lib. 2.  
Inst. tit. XXII. scilicet in princip. (p) lib. X.  
hist. Rom.

## §. IX.

*Quari & hic poterit, annon etiam  
jus nature producat aliquas actiones,  
quibus homines id, quod suum est, vel si-  
bi debetur, persequantur, ut & hic effe-  
ctus reliquis accenseri possit. Nos (a)  
apprehensionem ejus, quod no-  
bis sine causa ablatum est, & re-  
tentionem ejus, quod nos dare  
debemus, donec de pretio con-  
vento satisfiat, ejus verò, quod  
nobis debetur, si in manus no-  
stras pervenerit, nosque à nostra  
parte pacto satisfecerimus, com-  
petere statuimus. De priore pa-  
tet, quia omni jure potest quis,  
quod*

qvod sibi ita ablatum est, recu-  
perare. Hinc illud (b) Postea, sed  
Et dicam bac mea sunt, infidemq;  
manus.

**Q**uod etiam in fure, rem no-  
stram auferente, civilia jura per-  
mittunt. De altero vero, qvod  
talis retentio juris sit naturalis,  
vel inde liquet, qvia (c) id solu-  
tum non repetitur; in multo ma-  
gis, si ad manus (d) nostras per-  
venierit, retineri poterit. Ceter-  
rum alios modos, suum aut sibi  
debitum consequendi a jure na-  
turali proditos esse, nobis negan-  
dum videtur.

(a) I. qui promitt. 48. ff. de cond. indeb. (b) Oe-  
vidius (c) I. i. 5. id quod. 17. ff. ad l. salc. (d)  
I. si in area. 33. ff. cond. indeb l. per retentio-  
nem 4. C. de usu lis. I. i. C. etiam ob chiro-  
proph. ibiq; DD.

**A**git hic de persecutione rei nostrae aut nobis  
debitae, injuste apud alterum existentis, eamq;  
inter effectus juris naturalis connumerata. Fa-

cit, autem eam genitam: alteram, quae tendit ad retentionem, vel ejus quod nobis debetur, vel ejus, quod nos dare debemus, donec de pretio convento satisfiat. (a) Leonbar-  
dus Lessius ita in hoc negotio incedit, ut dicat, posse aliquem tum demum rem suam aut  
fibi debitam, iniuste apud alium existentem,  
occupare et occulte recipere, si modo moraliter  
certus sit, rem suam esse aut fibi debitam, nec  
aliter eam recuperare possit, vel certe non abs-  
que notabili molestia, vel expensis, vel ammissione  
benevolentiae ac favoris, quaque sunt id genus  
ab ipso positae restrictiones aliae, nisi quod  
ipse, quod virum sanctiora professum mini-  
mum decebat, ultrò addat: si is, qui iuste ac-  
cepit, negaretur & iuste, nimirum scilicet quis ac-  
cepit, vel quia ipsa non accepit, posse negare,  
se scire, etiam cum juramento, mente intelli-  
gendo, sensisse quas ita acceptas, ut iudex in-  
tegreditur, nempe iuste. Cum adversis judi-  
cis potestatem equivocationibus & subau-  
ditionibus hujusmodi tacitis usi, juramenti  
cum sanctimoniam & simplicitatem, tum hu-  
manam auctoritatem hanc arte, ut vocant elu-  
deret non liceat. Benè Azorius: nihil tam  
falsum esse potest, quod non queat ab omni  
mendacio liberari, si aliquid arbitratu nostro  
mente tacitum retineamus. Videantur In-  
stit. nostræ morales part. II. c. 15. §. 28. p. 207.  
& seqq.

(a) de

(a) de Jusit. & Jure. lib. 2. c. 12. sub. m. Vid. Boet. in Hug. Grot. lib. 2. c. VII. p. 244. & seqq.

## §. X. vii. 2. 1. 1. 1.

Sed quoniam obligationis natura  
lis plurima apud Iustos mentio fit,  
disquisitionem meretur, quod senti-  
tu ea vox ab illis accipi, & quae vis  
ci assignari soleat. Constat sane,  
eam vocem, & debitum naturale in-  
de proveniens, in stricto signifi-  
catu & ad justitiam expleticem  
pertinente, accipi: ut nimirum  
obligatio naturalis sit, que ex pacto &  
promissione, cui lex civiles non adficit,  
oritur; & naturale debitum, cuius cau-  
sa de jure quidem nature & gentium  
(ut Iusti loqui amant) subsistit, sed  
quod tamen iure Romano efficaciter pe-  
titio non potest. Hinc recte Iustus  
Paulus. (a) *Is natura debet, quem ju-  
re gentium dare oportet, cuius fidem se-  
cuti sumus: sed aliquando tali de-  
betum naturale debito*

bito jus civile auctoritatem suam  
accommmodat, & tunc id vocatur  
naturale & civile, (b) quando Praetor  
favet naturali equitati, & constituta ex  
consensu facta est, aliquid vando  
iuris civile auxilium suum subtra-  
hit, & tunc id debitum manet in  
puris terminis naturalibus. Sed  
tamen non ideo omni effectu ca-  
ret, quin imo, et si obligationem  
efficacem non parit, (c) parit ex-  
ceptionem, (d) etiam ad facien-  
dam novationem sufficit, ut se-  
quens obligatio saltim naturali-  
ter teneat. (e) Ad constitutum  
etiam introducendum, sufficit de-  
bitum naturale. (f) Item & fide-  
jussor accedit, (g) vel pignus, (h)  
denique & compensari hoc debi-  
tum potest; hinc (i) etiam servi  
naturaliter obligantur & obligant;  
aque etiam pupilli, si locupletio-  
res facti sint, & quidem per hanc

præ-

ctoritatem præcipue rationem, (k) quia natura equum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. Maximus verò hujus naturalis obligationis effectus, quem & supra testigimus, hic est, ut si quid eō nomine solutum sit, ejus repetitio denegetur. Hinc Ictus Paulus:

(1) *naturales obligationes non eō solo estimantur, si actio aliqua eō nomine competit; verum eō, si soluta pocunio repeti non posse.*

(a) l. i. natura 84. ff. du Reg. Jur. (b) l. i. ff. de constit. pec. (c) l. iuris gentium 7. 6. i. sed cum nulla 4. ff. de pact. (d) l. i. in fin. ff. de novat. (e) l. i. S. debitum. 7. ff. de constit. pec. (f) l. 6. S. fin. ff. de fidejuss. (g) l. naturaliter 13. ff. de condic. indeb. (h) l. etiam quod 6. ff. de compen. (i) l. servit. 14. ff. de oblig. & act. (k) d. l. 43. & 14. ff. de condic. indeb. (l) l. naturaliter. 5. ff. de obligat. & act.

Cum in jure civili scriptisque iCtorum terminus obligationis juris naturalis toties occurrat, ut constet, quid illis eā voce designetur & quales effectus producat? coronidis loco ostendit. (1.) Namq; obligatio naturalis, quam (a) Dn. Pufendorfus congenitam appellat, (b)

*Hugen. Grotio de eo dicitur, quod fibri naturæ honestum est, quanquam non verè sit debitum, & illustri (c) Struvio aliisque celebrioribus Juris auctoribus, eò quod nec ullam actionem, nec alios effectus pariat, impropria & minus plena vocatur. Atque hoc referunt (d) vicem beneficiorum rependere, legata integra sine detractione Falcidie præstare, solvere debitum, quò quis in pœnam creditoris erit liberatus, &c. quanquam quod primi & ultimi actus exempla attinet, (e) potius ea ad illum, qui nunc subiectendus, obligationis naturalis significatum pertineant: (2) Obligatio (f) naturalis interdum magis propriè ea dici solet, quæ verè nos obligat, ad aliquid jure nature præstandum, quam ad dignotionem prioris obligationis vocant propriè dictam & plenam. Hinc obligationi naturali si accedat juris civilis autoritas & confirmatio, & leges imperiumque civile eis succenturiantur, tunc actionem in foro civili parvum, vi cuius detrectantem ad magistratum trahere possum, qui istum pro imperio ad obligationem explendam adigit; Et hanc obligationem quidam Doctorum civilium vocant naturalem & civilem, itemque mixtam; alij vero simpliciter obligationem & obligationem civilem; Si vero approbatio juris civilis non accedat, obligatio naturalis ita in specie & in oppositione ad civilem, & alicubi obligatio naturalis tantum*

tum dicitur, & est, cui jus civile quoad producendam actionem efficacem non adstitit & auctoritatem suam accommodat, (g) hominumq; pudori tantum & reverentiae erga Numen relinquit, ita tamen ut & hæc obligatio alios quosdam effectus producat, & maximè efficax sit, nunc ad (h) compensationem, h.e., debiti & crediti inter se contributionem, vi cujus id, quod debitor creditori debet, hoc ipsò, quod hic illi vicissim tantundem & ejusdem generis debet, deberi desinit; nunc ad (i) novationem, ut in promissione pupilli sine tutoris auctoritate novandi causa facta, ubi quidem debitoris prioris obligatio jure novationis tollitur & creditori debitum suâ culpâ perit, pupillus autem saltim natura-liter obligatur, et si ob naturalem illam obligationemque actionem non producit, conveniri nequeat, nunc (k) ad constitutum, ut non sicuti in novatione prima obligatio cessa-  
ret, & prior debitor non obligetur, sed ut per illam ipsam constitutionem novus debitor priori obligationi, in sua firmitate manenti, adjiciatur; nunc ad exceptionem, nunc ad fidejussionem, vel pignus, idque genus effectus producendos alios, de quibus *J.Cti.*

- (a) de Jure Nat. & Gent. lib. 3. c. 4. §. 3. & 4. (b)  
de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 14. §. 6. n. 1. (c) Syn-  
tagm. Jur. Civil. Exercit. VI. lib. 2. tit. 14. §.  
XI. p. 182. (d) Vid. Grotius cit. l. (e) Zigler.  
in not. ad Hug. Grot. lib. 2. c. 14. n. 6. (f)

(Vid. Struvius L. cit. (g) Pufendorf. cit. I. (h)  
 Sirqvius E. ercit. XXI. lib. 16. tit. 2. §. 13. p.  
 76; Colleg. Jur. Argent. hōc tit. §. 2. & seqq.  
 (i) Manzius Comuent. ad Instit. lib. 2. tit.  
 30. ad v. e. sic. adeò. n. 14. & seqq. (k) Idem ad  
 q. præterea n. 10. p. 910.



## CAP. V.

*DE*

# JURE NATURALI CIRCA DIVINA.

### §. I.

**H**actenus de Jure Naturali  
*ejusq; natura in genere* egi-  
 mus. Nunc ordo ma-  
 teriæ exigit, ut ad particularia ve-  
 niamus: cumque supra dixerim-  
 us, justoè versari circa divina &  
 humana, supereft, ut prius de divi-  
 nis differamus.

Pertractatis hucusque juris naturæ defi-  
 nitione, varijs significatibus, singulis causis,  
 effe-

officiū formalī, aliisque generalioribus, ad  
 hanc materiam pertinentibus, capitib⁹, jam  
 ad specialiora digreditur, & singula juris na-  
 turalis officia ac momenta ordine persequi-  
 tur, primum ab iis exordiens, quibus homo  
 immediate ad DEUM dirigitur, quæq; com-  
 munè pietatis nomine signantur, (a) non  
 solum quod officia illa & actus, in quibus  
 pietas occupata, sint principes, sed quod et-  
 iam cetera officia ac debita hominum cum  
 adversus se, tum adversus homines alioꝝ, ut  
 homines, aut socios spectatos, ex illis proflu-  
 ent. Cum verò pietas alia Revelata, quæ non  
 hisi sacrarum literarum fide nititur, alia Na-  
 turalis sit, quæ ex lumine rationis investiga-  
 tur, hæcque vel Theoretica vel Practica sit,  
 placuit Autori pietate revelatā, quippe quæ  
 alterius disciplinæ, seposita, tantum de pietá-  
 te naturali, eaque Theoretica primum, (b)  
 in cognitione divinæ essentiaꝝ & voluntatis  
 ac operum divinorum consistente, agere,  
 Deique unitatem, invisibilitatem, providen-  
 tiā & curam rerum humānarum idque ge-  
 nus alias notiones de DEO contemplativas  
 demonstrare; debinc ad partem pietatis pra-  
 cticam, quæ notitiam istam ad actiones trans-  
 fert, accedere, & quomodo DEUS prius ra-  
 tione essentiaꝝ & voluntatis cognitus, sit ho-  
 norandus amandus, colendus, timendus, &c.  
 commonlyare. Atque hæc posterior pietan-  
 tie

*ets pars, quæ præcipue hic pertinet, velgo religio seu cultus vocatur, & cultum cum internum tum externum, eumque tam publicum quam privatum, sub se complebitur.*

(a) Vid. Dr. Pufendorfius de Jure Nat. & G. lib. 3. c. 4. §. 4. p. 313. 314. (b) Vid. Achill. Epstein, in scel. univ. Jurisprud. Nat. p. 8.

### §. II.

Est igitur ante omnia videndum, ad id jus divinitatem ipsam agnoscat, & an inde demonstrari possit, Deum esse? quod nos pro comperito habemus: cumque paria ad id probandum afferri soleant argumenta, nobis id palmarium esse videtur, (a) quod res aliquas esse factas ostendat sensus; res autem factas nos ad aliquid non factum deducant: quod (b) alibi sic idem explicat: res aliquas esse, quæ esse cœperunt, sensu ipso & confessione omnium constat. Ee autem res sibi non fuerunt causa, ut essent: nam quod non est, agere non potest, nec ipsa res esse potuit, antequam esset. Sequi-

Sequitur igitur, ut aliunde haberit suis  
originem, quod non tantum de illis rebus,  
quas ipse aut conspicimus, fatendum est:  
sed & de iis, unde ille ortum habent, do-  
nec tandem ad aliquam causam perve-  
niamus; qua effanquam cœperit, queq;  
sit, ut loqui solemus, non contingenter,  
sed necessariò. Hoc autem, qualecumq;  
tandem sit, id ipsum est, quod Numinis  
aut DEI voce significatur. Alii primam  
causam, vel causam causarum, vel ens  
entium, vel ens primum vocant, quaे  
locutiones in unum ferè recidunt.  
Est & alterum argumentum, quô  
id dilucidè satis probatur, sum-  
tum ab unanimi consensu omni-  
um gentium, in quibus, aliquid  
modo humanitatis clueat: nam  
ab his ubique aliqua, quoçunque  
id fiat nomine, colitur divinitas.  
(c) Deos esse inter alia sic colligimus, quod  
omnibus de Diis opinio insita est: nec ulla  
gens usquam est adeò extra leges moresq;

pro-

projecta, ut non aliquos Deos eredat.  
**Egregriè(d) Oratorum princeps;**  
 Omnes esse vim & naturam divinam de-  
 bit transire. Nec vero collocacio bonorum  
 aut confusus efficiet; non insitatio opti-  
 nio est confirmata, non legibus praetenda  
 est. Audiamus &(e) Poëtam Tra-  
 gicum Græcum:

*Advertite, esse D̄ūm non creditis,*

*Parvæ, mente duplicatis criminis,*

*Est, est profecto.*

(a) Hug. Grotius de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 20. S. 45.  
 p. 3. (b) Idem de Verit. Relig. Christ. lib. 1.  
 in princip. (c) Seneca epist. 117. (d) Cicero  
 Tuscul. quast. I. (e) Euripides Phryxo.

Auctor priusquam de unitate & ceteris  
 pietatis naturalis contemplatiꝝ partibus a-  
 gere intitulat, de pietate DEI sollicitus est,  
 quam duophys argumentis ex Hesione demon-  
 strat quorum primum à rebus factis, quæ nos  
 ad non facturam, h. c., DEUM, deducunt, pe-  
 nitum est; alterum ex unanimi omnium gen-  
 tium, divinitatem aliquam colentium, con-  
 sensu. Sed ad primi hujus Grotiani argu-  
 menti vim ac robur rectius intelligendum,  
 repetendum hic ex(a) Scholasticis est, quod tri-  
 plex

plex juxta illes detur via perveniendi ad normam  
 tiam DEI: quarum (1) *Via causalitatis* dici-  
 tur, quâ nimirum in genere causarum effici-  
 entum à contemplatione effectum per gra-  
 dus necessariò ascendimus ad unam aliquam  
 summam & primam causam, à qua sunt om-  
 nnia, ipsa verò à nulla alia, & ex rebus factis  
 non factum cognoscimus. (2) *Via negatio-*  
*nis*, quâ imperfectiones, veluti divisionem,  
 mensurabilitatem per spatiæ, mortem, &c.  
 quas in effectibus & creaturis deprehendi-  
 mus, à DEO removemus. (3) *Via eminencie*,  
 quâ omnem perfectionem, quam in rebus  
 creatis cernimus, prime causa  $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\vartheta\varphi\varrho\varpi$   
 & in summo gradu tribuimus, juxta illud (b)  
 quicquid est in effectu, præexistit in causa, vel  
 formaliter, vel eminenter. Evidem (c) reperi-  
 entur, qui hunc modum cognoscendi DEUM na-  
 turalem ex rebus creatis lumine naturæ cognitis;  
 ceu imperfectum, incertum & falsum, cum (d)  
 Cartesio prorsus rejiciunt, & alium, ex quo  
 quis ad claram, evidenter ac certam cogni-  
 tionem DEI naturaliter cognoscibilis perdu-  
 ci queat, comminiscuntur. Fundamentum,  
 quod illi substernunt ad ostendendam hujus  
 cognitionis incertitudinem ac falsitatem, est  
 hoc: quod cognitio sensualis nullum firmum ac  
 evidenter assensum in mente gignere possit, cum  
 fallax inerdum sit testimonium sensuum, qui  
 multis modis decipient nos ac errare faciant;

qui-

quibus proinde nemo prudens in cognitione rerum confidere aut in iis stare debeat. Sic enim Cartesius: quicquid hactenus, ut maximè rerum admisi, vel à sensibus, vel per sensus accepi, hos a se interdum fallere deprehendi, ac prudenter est, nunquam illis plane confidere, qui non vel scilicet deceperunt, &c. Sed cum ex doctrina Phycorum, quin ipsa experientia, que contra Cartesium clamat, evidens sit, quod sensus, quando & quoties versantur circa objectum proprium & proportionatum, in justa sc. distantia constitutum, organis sensoriis illis ac recte constitutis, falli aut fallere nequeant, sponte corruit id, quod huic erroneæ hypothesi Cartesiana superstructum est, quod videlicet nos non securè cognitioni illi, qua per sensus fit, possimus confidere. Ut faceam, quod sententia istæ latus peccat cum ipso (e) Apostoli Pauli (imò Spiritus Sancti, per ipsum loquentis) qui gentiles id propter αναπλούτας, inexcusabiles, adstruit, quod non cognoverint DEUM, quem tamen ex rebus creatis lumine naturæ facile cognoscere potuissent; tum etiam ipso Christi, qui tum in terris egit, sapè ad testimonium seu suum provocavit, & non solum ad Thomam dixit: (f) *infer digitum tuum hic, & vide manus meas perforatas, sed etiam ad ceteros discipulos congregatos.* (g) *Videte manus meas & pedes meos, contrectate me & vide-*

videtur Nam spiritus ager deinde non  
habet. Quibus tamē omnibus nihil, no-  
boris inesse, si hypothesis Cartesiana facta  
recta staret. Ex consimili fundamento rel-  
jici quoque potest sententia (h) Augustini Patr-  
ii, qui quamvis, non ut illi, hunc cognor-  
scendi Deum ex creaturis modum incerti-  
tudinis ac falsitatis, tamē difficultatis con-  
tra expressam Pauli & Spiritus Sancti gen-  
tiles, ut diximus, argumentum adstryuen-  
tium, testimonium, arguit. Complura alia  
pro DEI existentia argumenta vide apud  
Textorem Stpbpf. Jur. Gen. c. VI numeris.

(a) Thomas part. I. quæst. 88. art. 2. Soarius  
dispp. Metaphys. 30. 5. 12. n. 8. Vid. quodque  
Angeli tristis. 23. in Iohann. 3. lib. V. de  
Trinit. c. 1. (b) Sthalius Disp. V. Reg. II.  
Part. I. (c) Tob. Andree in assertione mel-  
chodi Cartesiana. Adrijan. Megeboord. meles-  
tem. Philos. dispp. select. volum. I. disp. 3.  
Confer epistol. ejus ad tutatores Acad. Len-  
dens. prefixa. it. Colleg. Pnev. lib. II. c. 4.  
(d) in meditationib. de Phil. prima medit. I.  
(e) Rom. 1. v. 18. (f) Joh. 10. 34. (g) Lue.  
24.39.

## §. III.

Evictò DEVUM esse, facile evin-  
cetur etiam *unum* esse: est enim  
DEVs ens (ut diximus) necessari-

M

una,

um, nulla autem necessitas concipi potest, nisi sub ratione unius: unitatem ubi exceferis, neque necessitatis ratio reddi potest, neque repugnantia inter diversos evitari; tum verò alia attributa omnipotentis & infiniti (de quibus statim agemus) Deo propriè convenire non poterunt. Nec desunt huic sententiæ nostræ Autores quoque & laudatores: qui enim sapientiæ nomine inter Ethnicos maximè claruerunt, ii in hac parte nobis omnino adstipulantur. (a) Unam videas per terras omnes legem famamque consentientem, **DEVM** esse unum, rerum universarum & Regem & Patrem. (b) Antisthenes dicebat: Populares Deos multos, naturalem unum esse; & apud Græcos (c) Sophoctes:

*Unus profectò est, unus est tantum  
Dens.*

(a) Max.

- (a) Max. Tyr. dissert. L. (b) Cicer de Nat. Deor. I.
- (c) int. Trag.

*Unitas DEI* partim ex ipsius existentia,  
partim ex infinitate aliisque attributis di-  
vinis demonstrari potest. Cum (a) existen-  
tia singularitatem sive rō hoc esse includat,  
& plura infinita numero distincta dari omni-  
nō implicit. Eadem *unitas* etiam inde elu-  
cescit, quod DEVS essentialiter perfectus sit  
& non solum sibi, sed & omnibus alijs rebus  
conservandis sufficiat, eoque, ut habet tri-  
tum illud axioma: entia pr̄ter necessitatem  
& sine urgente ratione non multiplicanda  
sint.

- (a) Vid. Tector Synops. Jur. Gene. c. VI. n. 15. &  
Hornej. in disp. de DEO sedl. 1. §. 4.

#### §. IV.

*Est & alterum Dei attributum,*  
*quod sit invisibilis*, atque ita non  
possit sub aliqua externa specie  
à nobis concipi, sed tanquam ali-  
quid sublimius omnibus, quæ vi-  
deri possunt, utpote ens simpli-  
cisimum. Quod & ipsum agno-  
verunt Ethnici, ut (a) ille, qui de  
DEO sic loquitur :

*M a*

*Qui*

*Qui cuncta cernit, ipse se cerni  
vetat,  
Mortalis quem nemo videt, unicus  
est deus, non omnes.*

**Et (b) Poëta Comicus:**

*Dic queso, qualem fas putas credi  
Deum?*

*(c) Qui cuncta spectet, ipse non  
spectabilis.*

**Unde & cum templo comprehen-  
di posse negat (d) Euripides:**

*Qui posset ades, structa fabrili manu,  
Tenere vim parietibus inclusam Dei.*

**Et multò adhuc planius id expli-  
cat (e) alias:**

*Sejunge ab omni sede mortali DEVM,  
Neo carne amictum, nec cui similem  
Ignotus ille est. (puta:*

**Idem alibi:**

*Et terra, & etber, & poli arx, &  
Juppicer,*

*Et cuncta solus, & aliquid subli-  
mius.*

*(a) Euripides inc. Trag. (b) Carm. Orph. (c) Phi-  
lem. inc. com. (d) inc. Trag. (e) Aeschil.  
inc. Trag.*

Im-

Immob<sup>z</sup> certitudinis res est , quod pot  
tentia nunquam excedat objectum suum  
adæquatum , seu quod fieri non possit , ut  
potentia circa aliquid actum suum exserat ,  
quod sub objecto ejus adæquato non con  
tineatur . - Cum itaque objectum potentie  
visivæ sit corpus lucidum & coloratum , evi  
dens est , quod sicut illa ad percipiendum  
sonum extendi nequeat , ita multò minus ad  
spiritualem & incorpoream essentiam , qualis  
est DEUS , (a) cum sonus maiorem conve  
nientiam cum sensu oculorum habeat , quam  
spiritus , illeque intra rationem sensibilium  
contineatur . hic non item . Atque ex his  
insimul adparet , explicari non posse , quō pa  
go Deus illiusque essentia divina in altera  
vita oculis corporeis possit percipi , nisi vel  
Deus statuatur corporeus , qui damnatus An  
thropomorphit<sup>z</sup> error est ; vel potentia ut  
sua mutetur in aliato eamque immaterialeme  
potentiam , quod citra ejus destructionem  
fieri non potest . Intellexit itaque de visione  
meritis Deus videtur , non visu corporalem , juxta  
illud (b) Augustini : ad meptem DEUS perti  
nit , intelligendus est ; ad oculos corporis , viden  
dum est .

(a) Tom. I. disp. 49. f. 2. (b) 21. de Civitate Dei  
disp. 49.

deo habet. hoc est q. v. 1. 1. 1. 1. 1.

Tertium, quod natura de Deo non occulte prodit, hoc est, quod Deus res omnes humanas, & quidem summa cum justitia, procurat. Paria agitur sunt Deum tollere, vel ceteram humanarum rerum adimere, & omnino impius est, qui non cetero Deum credit mortaliter quoniam.

**Melius Poëta Sulmonensis:**

Nec secura quies illum, similesque sapientia.

Desinet.

**Et Tragedus Græcus:**

Quippe cum justa manifesta cura prebeat probis documenta recte.

Optime vero Philosophus, dum modo pro Diis Deum ponas. Pietatis hoc principium, bene sensire de Diis, ut qui & sint, & res omnes justè ac rectè administrent. Ut & pluribus auctoritatibus probat autor commen-

mentarii de J. B. ac P., quibus & hac  
addi possunt:

*Est profecto Deus, qui, quem agimus  
auditq; E videt,  
Adspiciunt oculis superi mortalia  
justis.*

**Est & egregius de Deo locus, ubi  
sic homo, quamvis impius:**

*Florere vitâ nempe perpetuâ Deum,  
Natura cui sit potior, & cui mens  
vigil.*

**(k) Quacunque sunt, curet atque in-  
telligat:**

*Hominum profata qui repente exau-  
dit,*

*Actusq; cernat: nescius falli arbiter.*

**Tum & illud universale, quod  
Deus**

**(l) justè quidem, sed itinere surdo, res  
agit mortalium.**

*Deus nunquam Eus nunquam injurians  
Sed quantum potest, iustissimus.*

**Si jus sequentem cum profano atque  
impiis**

*Sors aqua sequitur, quomodo bene res  
cant,*

*Sed nulla juris opimo cura est bona.  
Imò ille etiam desertos ab optimis  
bus (m) non derelinquit.*

*Nostri izzorim  
Non est, qui curam baberit extra  
unum Deum.*

(a) Virgil. Bucol. (b) Ovidius de art. am. (c) Eurip. Heraclid. (d) Epicet. (e) lib. 2. c. 20. § 46. (f) Plautus cap. (g) Ovidius Metamorph. (h) Euripides Siliyph. (i) Idem Troad. (k) Plut. in These. (l) Euripid. Phryx. (m) Mevand. inc. post.

Deum, (a) tanquam omnium rerum crea-  
torem & supremum arbitrum, rerum mortalium  
curam agere easdemque providentia sua in na-  
turalibus suis conditionibus sustentare, illis  
quidam optime prospiciendo easdemque ad cer-  
to usque diligendo, apud omnes certum &  
indubitatum esse putamus, si excipiamus. (b)  
Epicuroes & (c) Stoicos, quorum illi Deum,  
de otiosum & mortale, nec res & negotia cu-  
cere humana, nec mundum administrare;  
verè, ut omnia fati regi dixerint; ita &  
providentiam mundiis divinis & nota peni-  
tus negarunt, saltim in dubium vocarunt.  
Quamvis enim, attestante id ipsum (d) La-  
stantib, Seneca aliisque Stoicorum Protagoram,  
Democritum & Epicurum aliosque Philosophos  
acer-

admodum & ruderis, nequidunque sine Dei  
providentia nec fieri posuisse, nec constare  
posse docuerint, nisi summa ratione regere-  
tur: at non tamen Chrysippus, Philopatrum  
etiosque penitus excusandos esse putamus,  
ut pote qui plenis buccis nullò non tempore  
fatuor suum decantarunt. Epicureis addi-  
mus alios, Euripiāem (e) praeferim, qui Da-  
mum ut beatum & incorruptibile animal, omnis  
boni repletum omnisque mali expertem,  
unica ad sui beatitudinem conversum, res &  
negotia humana nullatenus respicere aut  
attendere docuit, miserumque fore putavit,  
si Deus fabri aut operarii more ad hujus mo-  
di fabricam se converteret: Usus autem in-  
ter alios hoc est trilemma: Ante ordinacionem  
tatis Deus aut dormivit aut vigilavit, aut si  
neutrum verum, hac est; si neque dormivit, ne-  
que vigilavit, non fuit omnino; Si dormivit, à  
seculo mortuum fuisse necessum est, cum semper  
tenuis somnus mors sit, Deus autem nec somni-  
tus motus capax esse posse; Si vero vigilavit,  
aut habuit perfectam beatitudinem, aut imper-  
fectam & mantam. Si perfectam, nullius rei  
indigus fuit, coque nec ad novam rerum pro-  
ductionem descendisse verisimile est; Si autem  
manca & imperfecta adserit, quomodo vere  
DEUS dicitur posse, cui aliquid defuit? An  
antem sò etiam aristoteles referendus sit?  
disquirunt eruditii. (f) Lactantius Firmianus

M 5

(g) cum

(g) cum Nemesio id affirmat. Sed nos (h) do-  
cuti Thomam, (i) Grégor. de Valens. (k) Mar-  
silius Ficinum, (l) aliosque id negamus, mox  
duplici Aristotelis loco, (m) alterò, qui habetur  
lib. 10. ad Nicomach. c. 8. ubi ita disserit: qui  
menti congruè agit, bancque excolit & optimè  
affectus, Deo carissimus esse videtur. Nam si  
aliquam rerum humanarum curam Dii habent,  
sicuti videtur, consentaneum fuerit ipsos gau-  
dere re optima, atque maximè cognata: id  
verò non fuerit, omnesque qui id amant maxi-  
mè, & honorant, remunerari, utpote qui fibe  
amicorum curam habeant, rectèque & honestè  
agant; alterò, qui occurrit libro de mundo  
(si is est non Alexandri, sed Aristotelis, ne  
multi sine rubore id fatentur) c. VI. ubi  
Philosophus πάντων ἡγεμόνα, omnium ducem  
& principe.n nominat, ipsumque τὸ σύμπαν  
διέπειν, universum gubernare, δεκόσμον ἐπί-  
χειν, mundum administrare dicit.

- (a) Wincler. de Princip. Jur. lib. 1. c. 3. (b) Cicero  
lib. 1. de Nat. Deorum. in princip. Plautius lib.  
2. c. 7. Nemesius de Natur. hominis c. 44. La-  
etant. Firmian. lib. 1. Institut. divinar. c. 2.  
Wincl. de Princip. Jur. lib. 1. c. 16. p. 152. &  
seqq. Plutarch. de Stoic. repugna. (c) Theodo-  
philus Antiochenus ad Antolycam lib. 1. (d)  
lib. 1. Instit. Divin. (e) Eusebius lib. 14. de  
Preparat. Evangelie. c. 6. (f) lib. de Ira Dei  
c. 18. (g) lib. de Nat. hom. c. 24. (h) lib. 3.  
contra gentil. c. 75. (i) 1. 2. disp. 1. quæst. 22.

Klozus in Pnev. Carpentarius digress. 3.  
in Alcin.

§. VI.

**Quartum**, in quo Deus cognoscendus nobis à natura proponitur, est, quod opifex est omnium extra se. Cum enim sit prima causa & causa causarum, consequens est, ut pulcherrimum totius mundi opificium Deo acceptum ferre debeamus, quod & ipsum multi ex Ethnicis vide runt, quibus Deus est,

(a) qui compita numine magno

Conciliumque virum complet, pelagusque profundum,

Et pelagi portus : fruimur Jove &

& utimur omnes :

Nos genus illius.

Per Jovem enim Deum vixum, mundi opificem, intelligi debere, tellis est (b) Apostolus Paulus. Is enim est,

(c) Cæli

(c) Ceti sonique macibam qui con-  
didit,

Fadumque ponti cœrulum & vim  
spiritus.

Et quidem de prima creatione  
hominis audi Poëtam (d) Latinum :

Natus pomo est, sive bunc divino se-  
mine fecit

Ille opifex rerum, mundi meliorū  
origo.

Audi & (e) Græcum :

A Deo ratione ratio nascitur morta-  
lium hum.

Pulchrè (f) Euripides :

Grates meretur, quisquis humanum  
DEUS

Secrexit eum, belluarum à moribus,

Primumque mentis lumen, atque  
interpretē

Lingvam, sonique judices, aures,  
dedit.

(a) Arat. Phœn. in pr. (b) Actor. 17, 28. (c) Sol-

phœlos ins. egn. (d) Quisius in Metamorph.

(e) Epeharam. in Rep. (f) Euripides Suppl.

Cum DEUS, ut in superioribus ostensum  
causa prima & independens seu ea sit, quia  
nullo

ut nō alio per veliam causalitatem dependet,  
 ab ipsa autem cetera entia omnia pendent,  
 sponte sua fluit, ipsum non solum esse opificem  
 omnium extra se, b. e. Creatorem & Genitorem,  
 sed et cōstrucentem, tuncq[ue] ex ea De-  
 sum. entia ab ipso q[uo]d in fieri sive produci,  
 tum etiam in operari & conservari depende-  
 re. Dico notanter: Deum esse Creatorem &  
 Genitorem &c. Sunt namque diva creaturas  
 producendi modi, quorum aliis dicitur Crea-  
 tio & est eorum affectuum ac creaturarum,  
 quae ex nihilo sunt productæ, veluti materia  
 prima, Angelorum & animæ rationalis; aliis  
 vero Generatio estque non nisi corporum seu  
 eorum, qui ex aliquibus, intellige princi-  
 piis, ortum ducuntur. Uterque modus tam  
 creatio quam generatio huc pertinet, &  
 hinc est, quod Aristoteli DEUS non solum  
 EUS  
 genitor, sed & genetrix, b. e. genitor & parens  
 seu Auctor eorum omnium, qua in hoc mundo  
 quoque modo perficiuntur, rectissime salaretur.

## §. VII.

Ex quatuor his attributis DEI jam  
 adstructis fundamenta sua sumunt qua-  
 tuor priora Decalogi precepta, que DE-  
 UM & divina tangunt. (a) Primum  
 enim unitatem DEI complecti-  
 tur.

tur. *Alterum*, quod imaginem Dei fieri vetat, naturæ ejus inconspicuæ innititur. *Tertio* substernitur cognitio & cura rerum humanaarum, etiam cogitationibus non exclusis, quibus jurisjurandi religio fuicitur. *Quartum*, opificium mundi pro fundamento est, cui superstruitur Sabbathi sanctificatio in tanti operis memoriam: & catenus quidem ea præcepta juris naturalis esse & in jure fundari constat.

(a) Vide Hugo Grotius lib. 2. de J. B. ac P. c. 20.  
§. 45. n. 1.

(a) Speculatio ista, quâ *Autor* secutus  
(b) fratrem suum ex quatuor hactenus ex-  
positis pronuntiatis quatuor priora Decalogi  
præcepta, ex unitate Dei primum, ex invi-  
sibilitate & natura ejus conspicua alterum  
de non efficiendo sculptili seu imagine DEI,  
ex providentia & cura rerum humanaarum  
tertium de jurisjurandi religione, & ex opi-  
ficio hujus mundi quartum de sanctificatio-  
ne Sabbathi, deducere conatus est, in qui-  
bus-

iam, sumprimis quod tertium & ultimū  
 n attinet, nimis longè petita, & argu-  
 tis ac ratiocinationibus paullò abstru-  
 ibus suffulta est, atque alias ratio sibi re-  
 a luminique naturā innixa per solas no-  
 ras naturales solet exigere. Neque enim  
 hoc, quod quis vel maxime certus, De-  
 m humana respicere eorumque curam age-  
 e, statim in jurisjurandi religionem & san-  
 ctimoniam; aut quod ipsi constet, Deum  
 produxisse universum hoc, in sabbathi san-  
 ctificationem, nisi per remotam & sat obscu-  
 ram consequentiam, deducitur, hominique  
 aliunde tam de jurisjurandi sanctimonia,  
 quam sabbathi sanctificatione, sufficienter  
 constare potest, dummodo attendat, quod  
 juramenti, quæ in (c) assertione seu assevera-  
 tione per DEUM, aut, quod eodem redit,  
 per justitiam DEI immutabilem, in confir-  
 mationem & testimonium veritatis facta,  
 conficit, fallaciā, veracitatis, omniscientiæ,  
 omnipotentiæ & justitiæ divinæ honor lauda-  
 tur; quodque pro tot innumeris in nos co-  
 ūdie collatis beneficiis & malorum nobis  
 imminetium aversatione non solum priva-  
 tim & secretō, sed & palam inque cœtu pu-  
 blico & ad minimum septima temporis parte  
 invocandus, eoque tempore, quō celebra-  
 tio nominis divini pro ipsis operibus & be-  
 neficiis sit, homini ab omnium seculiarium  
ope

opetum, quae cultui nisi obsonit, nequidetur dum sit. Adhuc multiplicat (d) uterque Grotius hic præter necessitatem primi preceptum de colendo DEO, præceptum quod imagine à primo sejungit, & ut novum constituit, cum tamē primi saltim appendix & uberior illius explicatio sit, cultusque imaginis aliqua idolatriæ, illi primo praeputo, in genere interdictæ, species sit.

(a) Ziegler, Not. & Animad. in Hugo. Grot. lib.

c. 10. S. 45. n. 8 p. 473. (b) Grot. c. 1. (c)

Instit. Mon. pars II. c. 16. S. 21. p. 217. (d)

Osiander in Observ. Theol. in Hugo. Grot.

lib. 2. c. 20. S. 45. p. 1174. & Ziegler, c. 10.

### ¶. III.

Cæterum sunt & alia DEI attributa, non minus ei propria, quæ confluunt in vita, potencia, scientia, beatitudine, & quicquid omnino perfectionis nomine intelligere solemus, & quidem ab infinito. Est itaque vitæ infinitæ, id est, æternus, potentia immensæ, id est, omnipotens; scientiæ indeterminatæ, id est, omniscius; bonitatis verò incomparabilis, id est, optimus. Sed

(a) hæc

næc omnia non difficer ad  
atuot priora reduci possunt:  
ernitas enim fluit ex natura en-  
necessarii ejusque unitate: po-  
ntiam vero & scientiam utram-  
que sine fine, & supremam bo-  
nitatem, involvit tum cura rerum  
humana rerum cum summa iustitia  
conjecta; tum opificium mundi,  
cujus fabrica sine iis nunquam fu-  
isset absoluta.

(a) Vid. Hug. Grot. de Veris Relig. Christ. lib. t.  
in princip.

Præter eas, quas hactenus expausimus, pie-  
centia pars naturalis-contemplativae partes. Autor ad-  
perficiam buc plures memorat, veluti: quod DEVS vi-  
ta, potentia, scientia, bonitate aliisque perfe-  
ctionibus, modo tamen infinito gaudeat; sive,  
ve vita quod eodem redit, quod ipse æternus, omni-  
potens, omniscius & optimus sit. Addit ta-  
men has idque genus alias perfectiones haud  
difficiliter ad quatuor priores reduci posse,  
atque, id exterritatem quidem ad unitatem, omnipo-  
tis vero intentiam vero, omniscientiam & supremam  
optimus bonitatem partim ad curam rerum huma-

Inscrutum cum summa iustitia conjunctam, partem ad opificium mundi. Sed hæc omnia ulteriore indigent examine. Igitur quod nata sine fine attinet, cuius primum *Autor* mentionem facit, *cujus nomine non (a) physicam & naturalem intelligimus*, quâ scilicet plantæ & animalia vivere dicuntur, cum ad hanc præter internum principium etiam organa corporæ, per quæ illud operatur actusque viiales realiter producit, requirantur, quibus DEVS, ut spiritus, proorsus destituitur; sed spiritualis & intentionalem, qualitas in intellectu & voluntate consistit, & ut DEO tribuitur, nihil aliud, quam ipsam DEI essentiam, à nobis vel per modum potentia: intellectiva & appetitiva, si de vita in actu primo loquamur, vel si de eadem in actu secundo, per modum actualis cognitionis & appetitionis conceptam, denotat: cuiusmodi *vita in DEO* cum infinita & sine fine sit, dicitur *eternitas*, Deusque hæc vita vivens, æternus, & facile cum ex viis aliis, tunc maxime ex via eminentiæ, vi cuius perfectiones simpliciter tales in creaturis DEO in excellentissimo gradu tribuuntur, demonstrari potest. Dixi: *ut Deo tribuitur*: Quamvis enim (b) hæc vita spiritualis, h. e. intellectualis & appetitiva, etiam Angelis & spiritibus competat, in modo tamen rei aliqua intercedit disparitas. Cum Angeli, quo-

semet actuant, toties id faciant per ve-  
i causalitatem, semperque illic inter vi-  
i Angelii in actu primo vitamque in actu  
undo spectatam a parte rei distinctio de-  
, illaque ut hujus principium, haec ut il-  
lis forma se habeat; in DEO autem haec  
sa à parte rei non distingvantur, sed sim-  
ilicissime idem sint, Deusque per suam sub-  
stantiam seu essentiam sit actualissime vi-  
vens, h. e. intelligens & adpetens, eoque in  
eo nec actus primus & secundus, nec distin-  
ctio realis, nec ulla cogitanda causalitas sit.

Ex hac vita Dei spirituali pronâ consequentiâ  
fluit altera pietatis naturalis theoretice pars,  
videlicet scientia indeterminata, seu, quod  
Deus sit omniscius, cum (c) vita DEI, quate-  
nus concipitur in actu secundo, potissimum  
in ipsius scientia consistat, & ab hac in Deo  
nisi ratione non differat. Ubi tamen no-  
tandum, nos nomine (d) scientiae hic non ha-  
bitum aut qualitatem, aut cognitionem per dis-  
cursum comparatam, aut aliâm similem cogni-  
tionem cum imperfectione aliqua conjunctam,  
sed claram & apertam cujusque rei ac verita-  
tis sine fine ac modo spectatam, & cum ad De-  
um, tum ad omnia alia extra ipsum termina-  
tam, intelligimus, hoc tamen cum discrimi-  
ne, ut Deus & quæ ipsi formaliter insunt,  
objectum primarium, ceteræ autem res co-  
gnoscibiles omnes extra Deum secundarium  
Cum Ang.

constituant, illaque comprehensiva, hæc pro varietate objectorum scibilium, nunc scientia naturalis seu simplicis intelligentiæ, nunc libera, nunc mediæ dicatur. Sed nec de supraemâ bonitate immensaque potentia aliqua poterit esse difficultas. Cum præterquam quod utraque ex opificio hujus mundi est conspicua, utpote cuius fabrica infinitam & virtutem & bonitatem arguit, etiam ex infinita & universali Dei perfectione omnium generum perfectiones in se continent, satis elucet, cum qui infinita & interminabilis perfectionis est, non possit non esse summè bonus & omnipotens.

(a) Maximè Rever. Dn. D. Bechmannus in diss. de Vita DEI. th. 1. §. 4. & 5. & in diss. de DEO quat. ex lumine nat. cognosci potest cond. XIV. §. 27. (b) Idem in laud. diss. de Vit. Dei. th. 3. §. 16. (c) Idem th. 4. §. 18. (d) Svarezius disp. 30. Metaphys. scđt. 15. n. 2.

### §. IX.

Et singula quoque hæc Ethnicus Scriptoribus ex lumine naturæ innotuisse, ex infra dicendis palam fit: nam, ut ab Æternitate incipiamus, (a) Cicerò DEVM vocat mentem solutam quandam & liberam & segregatam ab omni concretione mortalí,

omnia sentientem & moventem,  
mque prædictam motu sempiterno.  
em (b) vetustissimus Poëtarum:

Fictorem confspice mundi,  
Unus is, aeternus, suntque omnia facta  
per unum.

ad Omnipotentiam verò spectant  
sequentia:

(c) Immensa est, siveque po-  
tentia cœti.

Non habet, & quicquid superi volvere  
peractum est.

Huc pertinet & hic (d) locus:

Quos Di tueruntur, his amicorum nihil  
Opus est; abunde sufficit Autor Deus.

Et quod Deus sibi (e) sufficit:

Deus aut eget nullius, aut non est.  
Deus.

buc Et Concinunt &c (f) alia:

Deo patrante, quidlibet fieri verat.

Ad Scientiam verò & Sapientiam  
quod attinet, en(g) pauca:

Mortale miserum sapere cur ergo  
genus.

Putatur? A te nostra pendent omnia,  
N 3 Faci-

*Facimusque, visum quod voluntate  
tue est.*

**Hinc (h) Philosophus Latinus :**  
*Nihil DEO clausum est, interest animis,  
& mediis cogitationibus intervenit.*

**Et (i) Græcus in Comœdia :**

*Res nulla est Deum que lateat, scire  
quod te convenit,*

*Ipse est noster introspectus : tum Deus  
nil non potest.*

**Iterumque**

*Nec acus filium Pambile concuperis,*

*Quando ipse praesens Deus inspectat  
omnia.*

**Denique & Bonitatem Dei omnes  
deprædicant auctores : (k) unus  
ait :**

*Nullum Deorum quippe crediderim  
malum.*

**(l) Alter vero etiam fidentius sic  
fatur :**

*Qui sit Deus, bonus idem sit neceſſe est.*

**Optime igitur (m) Augustinus :**  
*de Deo optimè existimare, pietatis est ex-  
ordium.* (a) I.

- (a) I. Tuscul. quæst. (b) Carm. Orph. (c) Quid. Metamorph. 8. (d) Euripid. inc. Trag. (e) Idem inc. Trag. (f) Sophocles Ajace flagell. (g) Eurip. inc. Trag. in Seneca. (h) Epicharm. inc. com. (i) Men. in c. com. (k) Eurip. Iphig. (l) Men. inc. com. (m) de lib. arbit. lib. i.

Cum non nisi mera Scriptorum Gentili-  
um testimonia & auctoritates hoc in s. con-  
tineri, constet, nihil h̄c monendum esse pu-  
tamus, adjicentes tantum unicum ex (a)  
*Philosoþo pro bonitate Dei locum, quō DE-*  
*VS dicitur virtute optimus*: non quasi in  
Deo sint accidentia seu virtutes, a Deo real-  
iter distinctæ, ut quidem aliqui hic impor-  
tunè contendunt, sic enim laderetur summa  
ipsius simplicitas, sed quod moraliter bonus  
sit, quatenus nihil, nisi quod rectum pith  
aque sanctum est, velle & facere potest &  
solet: Quod & alibi ipse monuit (b) Aris-  
teles, cum ait: *Non Dei ulla est virtus, pre-*  
*stantior siquidem est omni virtute Dei,* & nos  
secundum virtutem probia.

- (a) lib. VI. de Mundo. (b) lib. Magn. Morali.  
cap. 5.

## X.

Ex his omnibus duo sunt confe-  
cta, quæ ad materiam legum  
proprius accedunt, quarum primum  
est, *Deum esse supremum legislatorem.*

N 4

Eft

Estenim rationi vel maxime conveniens, ut ille, qui viget, quememinit, qui regit & moderatur mundo, quem condidit, legem ponat, quod ipse ut auctor legi naturalis abunde præsttit, sicut  
 (a) supra à nobis demonstratum est. Judæi (b) verò etiam alicui nomine eum legislatorem appellant: nam legem Noacho & ejus posteris (quos Noachidas vocant in restoratione mundi post diluvium à Deo promulgatam, ei traditione agnoscunt septem præceptorum, quorum (1) est ad cultu extraneo seu idolatria. (2) ad maledictione Numinis seu blasphemia (3) de effusione sanguinis seu homicidio (4) de repudiatione turpitudinum seu turpitudine ex concubitu. (5) de furtis & rapina. (6) de iudicio seu regimini forent ac obedientia civili. (7) de non comedendo membro animalis viventis  
 Quibus

**Quibus etiam alii addunt octauum, de honorandis parentibus.**

(a) c. i. & 3. (b) Seldenus de jure Nat. & Gent.  
juxta disciplin. Hebr. lib. 1. c. 10.

Ut in principe & gubernatore particularis aliquius reipublicæ, ita multò magis in DEO, Rege & principe totius hujus universi, oportet esse quandam gubernandi normam & rationem, juxta quam omnium rerum & presentim rationalium administrationem instituat. Hinc eos, qui ab ipso omnium rerum opifice non omnia regi existimant, non Aristoteles solum, ita referente Mornæo, flagris dignos esse judicat, & nec philosophi verba, sed carnifis verbera mereri, sed & ante ipsum Platonem impletatis accusat. *Esse autem DEVM supremum legislatorem cum ex aliis, tum maxime ex divina providentia, quam supra adstrinximus, evidens est, utpote quæ à lege DEI æterna, secundum quam Detis omnia moderatur & dirigit, non re ipsa; sed sola ratione, vel tantum appellatione differt, & lex dicatur, quoties ut norma gubernandi in DEO concipiatur; providentia vero, ut est universalis DEI cura, cuncta conservantis omnibusque de necessariis mediis ad operandum & consequendum finem suum proficiens.* *De præceptis Noachidarum seu fiko-*

filiorum aut liberorum Noachi eorumque  
pellatione & numero vide Seldenum c. l.

### §. XI.

*Alterum est, quod DEVS, ut pote-  
tor totius mundi, in omnes homines :  
tantum summam habeat potestate  
sed etiam supremum in res à se crea-  
dominium: hinc de priore illa se-  
tentia :*

*DEVS Imperator, nemo mortalis mi-  
Item illa non minus decantata  
Regum timendorum in proprios g-  
ges,*

*Reges in ipsos Imperium est Jovi  
Cui consequens, DEO magis qu-  
dominibus parendum:*

*Nonne ergò forti corde, seposito mi-  
Mortalis ira, par Deo magno fui-  
Gerere morem.*

*Et alibi:*

*Non te quidem cælitibus equani-  
Deis*

*Ego & hac juventus bas fore's al-  
dimus*

*Sed ec' auctumantes Principem.*

De posteriore verò patet , non  
tantum , quia D E V S dominus  
omnium dicitur in sequenti loco,  
*Quam DEUS instituet, rerum domi-  
nus omnium.*

Sed etiam ex alio , ubi sic Poëta  
Tragicus :

*Non possidemus propria mortales  
bona,*

*Sed jus Deorum, nostra dispensatio,  
Et commoda , omni volunt ; repe-  
tunt Dei.*

Auctor quantum ad jus DEI in creaturas  
distinctè loquitur , Deoque vi creationis non  
solum summum in illas imperium & potesta-  
tem, sed & dominium tribuit , vi cuius non  
titulò delicti solum ac pœnæ, sed (a) & sine  
ulla causa præcedente cuivis ut vitam ita &  
res quando & quotiescunque vult auferre  
potest . Et autem jus illud soli DEO propri-  
um, universale & absoluè summum idque in  
senfu ajente & passiuè tale , quod omne im-  
periū genus supergressum , omnia regna, im-  
peria & respublicas , totumque terrarum or-  
bem suum subjicitur habet , ceterisque inter  
homines iuribus ac potestatibus , etiam si  
summis & anterioris gradus inter ipsos nesciis ,  
con-

contradistinguuntur, utpote quae nec sunt  
in sensu ajente, sed negante solum sunt,  
universalia, sed particularia, ipsique D  
subdita. Ut hinc frustra sint, quotquot  
(b) Bartolo. & (c) Baldo (d) aliisque Juris  
mani Doctoribus Imperatori Romano, q  
ipse (e) interdum se mundi dominum vo  
& in (f) S. literis imperium ejus τῆς oīns  
vñs nomine dicitur, aut cum (g) Tanqu  
E (h) Bzavio Pontifici Rom. universale in  
rium tribuunt.

(a) Hug. Grotius de Jūr. B. ac P. lib. 2. c. 21. §  
p. 1. (b) in 1. hostes, ff. de captiv. (c)  
cunctos populos. C. de summ. Trinit. &  
cathol. (d) Martha Neapolit. lib. de Ju  
part. 1. c. 27. Petr. de Andl. lib. 2. de Im  
Rōm. c. 8. Matth. Stephan. lib. de Ju  
part. 1. c. 1. n. 4. (e) Vid. Acta Concil. C  
cedonensis Act. XI. ac XII. (f) Luc. 2.  
(g) Vid. Thuanus Hist. lib. 28; ad A. C.  
(h) in Pontifice Rom.

## §. XII.

Et haec quidem hactenus  
DEO ex naturalibus principiis  
haupta sufficient pro nostro in  
tuso: plura nec nostra tenui  
nec DEI magnitudo patitur.  
Nam

*De DEO etiam vera dicere, pericula-  
sum est.*

Recte Tragicus de hac materia  
loquens :

*Quem me ergo mones servare mo-  
dum?*

*Res hanc nimium curare DEVNI.*

Aut ut apertius id explicat Co-  
micus :

*Non indagare quid Deus sit, im-  
um est:*

*Eum discupere scire, qui sciri ne-  
vult.*

Manum igitur de tabula tollam , am-  
pliorem hujus rei discussionem Theologis,  
ad quos hac propriè spectat provincia de-  
legens.

### §. XIII.

Ex naturalibus hisce de DÉO  
notionibus derivantur hæc præ-  
cepta sive leges : id enim nomen  
non immerito iis adscribi potest  
(1) (a) *Deum esse honorandum.* (2) *aman-  
dum.* (3) *colendum.* (4) *ei obtemperan-  
dum.* De bonore, qui DÉO debe-  
tur ,

tur, res clara est : est enim summum, veneratione dignum. Itaque (b) *DEVUM* decet per puram, integram, incorruptam & voce venerari.

Hinc (c) Philosophus : alibi at quedam esse honesta, *DEVUM* non prosequi ubique.

Et (d) Poëta Tragicus :

*Estote memores ritè venerari Deum.*  
**Quod & eleganter docet illius**  
(c) hic locus : *Filius honorat patrem* & *seruus dominum suum : si ergo ego sum, ubi est honor meus ? dominus ego sum, ubi est timor meus*

(a) Hug. Grot. lib 2. c. 20. §. 45. n. 3. (b) C. de Nat. Deor. (c) in Topic. (d) Sept. Philoct. (e) Malach. c. 1. v. 6.

Posteaquam *Autor* pro instituti sui modo in indagandis capitibus & momentis Theologiae naturalis theoreticæ occupatus jam ad notiones Theologiae naturalis præcepit, quæ notitiam istam, ex Theologia naturali Theoretica haustram, ad actiones tr

sunt, digreditur, & quomodo juxta ea, quæ  
hactenus allata sunt, Deus honorandus, aman-  
dus, calendus, eique obtemperandum fit, ex  
principiis luminis naturalis deducit. Et  
quidem quod bonum, de quo hoc §, atti-  
net, sicuti ille est testimonium de alterius  
perfectione morali ipsi inexistenti, ita quam  
maxime DEO, cum ob dependentiam omni-  
um rerum ab ipso, cum ob infinitam ipsius  
& interminabilem perfectionem, honor is-  
que summus deferendus. Quamvis, si di-  
cendum quod res, DEO ex mente, Aristote-  
lis, non tam honor, qui pro fundamento  
virtutem, quam Deus ob carentiam affectu-  
am prorsus destituitur, quam potius vene-  
ratio, cum verbalis, h. e. preces & hymni,  
cum realis, h. e. obsequium, tribuenda fit.  
*Vid. Instit. Moral. parte 2. c. 13. §. 2.*

## §. XIV.

**DEVM** verò esse *amandum*, vel  
ipfa amoris vox ostendit, cum ea  
de sui natura in bonum feratur:  
omne enim bonum per se aman-  
dum est, ergo supra omnia DE-  
VS, summe bonus: inde & ipse  
**Devs jure suo amorem homi-**  
num

num exigit his verbis: (a) *Di-*  
*Dominum Deum tuum ex toto c-*  
*tu, ex tota anima tua & ex tota f-*  
*studine tua.*

(a) *Deuter. c. VI, v. 5.*

*DEVM ab homine non amandum solum*  
*& summe & super omnia amandum esse, ex*  
*cum causalitatis, quā Deum omnis bon-*  
*orem & auctorem, tum eminentia, quā ip-*  
*ut summe & infinitē bonum esse cogni-*  
*mus, ut certum & indubitatum esse pūta-*  
*An autem homo Deum supra se & plus q-*  
*seipsum debet diligere? dissentunt Doc-*  
*Sunt qui ex propensione & imptisu in-*  
*gentis naturæ unumquemque magis a*  
*ipsum quam ad DEVM diligendum in-*  
*tri, hominemque solum ex vi charitatis e-*  
*nitus infusæ DEVM debere plus quam*  
*ipsum amare, contendunt. Sed verius*  
*etiam docente & impellente natura rati-*  
*li, hominem magis Deum oportere q-*  
*seipsum amare, existimant, moti cum a-*  
*tum in primis eō, quod nulla hominis ac-*  
*lege naturæ prohibita, naturali hominis*  
*pensioni possit esse consentanea, quod*  
*naturæ non evertat, sed potius constitua-*  
*et que componat naturalem illam pro-*  
*sionem, eoque nec illa actio hominis,*  
*seip-*

seipsum magis quam Deum diligit, utpote quæ præcepto Decalogi, quod ipsum juris naturalis effatum est, interdicitur. Adhuc cùm unumquodque amabile objectum tan- ti facere debeamus, quanti ejus natura, bo- nitas requirit & perfectio, evidens est, ho- minem magis ad Deum, utpote infinite, b.e. sine modo bonum & perfectum, quam ad seipsum amandum, teneri.

## §. XV.

*Cultus, quem DEO debemus,  
 vocatur propriè Religio, aliquando etiam,  
 nomine pietatis insignitur: de utro-  
 què hoc habe: (a) si est pietas, co-  
 puscere DEum, cuius cognitionis bec-  
 summa est, ut cum calas, ignorat usus  
 que justitiam, qui religionem DEI non  
 tenet, de hac. (b) Tragicus*

*Pietas durat ad summum diem,  
 Vivente, moriente homine, non inter-  
 dicit.*

*Idem (c) alibi :*

*Pietas aliqua est coluisse Deos.*

*Et hæc quidem præcipue in ani-  
 mo residet:*      O      Opti-

*Optimus (d) animus pulcherrimus*

*cultus (e) optimus*

*Deo sacrificia semper ingenio prob.*

**Item :**

*Sat (e) ille purus, nullius sceleris  
qui conscient.*

**Et alius :**

*Pia & modesta mente venerare D  
Vsumq[ue] prabens maximum morta.*

(a) Lactantius lib. V. Institut. (b) Soph.  
Philoct. (c) Idem Antig. (d) Seneca.  
Men. inc. com. (f) Euripides Bacch.

*Quomodo religio seu cultus & p  
differant, jam tūm supra diximus. I  
saltim notandum, quod cultus, qui DEC  
betur, naturae ipsius spirituali debeat esse  
veniens, non coactus & talis, qui timori  
li natales debeat, cuiusmodi fuit (a) Br.  
ensium, qui, ut minus noceret, etiam di  
lo cultum exhibebant, aliorumque ge  
lium, sed ultroneus, supremus item & maxi  
cum objectum hujus cultus religiositatis D  
qui solus quōvis aliō ente & superior &  
fector est. Sicuti vero (b) cultus ille g  
nus est, alius internus, in conformatione ai  
hominis ad voluntatem divinam h. e. in  
junctione ad DEUM summaque revere*

per intellectum & affectum consistens ; *alius externus*, qui in precibus, laudibus, adoratio-  
nibus, gratiarum actionibus, verbi divini  
auscultatione, lectione, meditatione, idque  
genus aliis occupatus, & sine illo rite per-  
agi nequit, ita ad utrumque cultum pari-  
ter Deo exhibendum homines tenentur, ita  
quidem, ut vi illius non solum Deo, utpote  
veracissimo ejusque dictis & promissis sine  
ulla hæsitatione fidem habeant, ejusque  
iusta ex amore erga ipsum, utpote optimum,  
non in se tantum, sed & nobis, promptissime  
exequantur, vetita ex timore iræ Dei, ut ju-  
stissimi, omittant, sed & ea omnia, quæ Deus  
ipso pati vult, submissè tolerent; vi posteric-  
ris verò, ut homines certui publico, divino  
cultui destinato, statuto loco ac tempore,  
frequenter intersint, ministris ecclesie, sa-  
cra publica debitâ devotione peragentibus;  
sedulò & cum attentione auscultent, vitam  
suam juxta monita sacra instituant ac emen-  
dent, legant, meditentur, DEum pro suis  
operibus ac beneficiis debitâ laudibus ex-  
tollant, & pro animi corporis ac fortunæ bo-  
nis clementer concessis, proque malis tam  
presentibus quam futuris avertendis suppli-  
citer ac piâ mente invocent, vitamque uni-  
versam juxta voluntatis divinæ beneplaci-  
tum instituant atque compenant.

(a) Rossi Panseb, scđ. 3. (b) Seldenus de Jut.  
O's Nat

Nat. & G. juxt. discipl. Ebræor. lib. 3. c. 1  
p. 310. Achilles Epstein. Scolerò univ. Jurisp.  
Nat. p. 8. & 9.

§. XVI.

*Obedientiam DEO deberi, nemo  
unquam negavit, quod si qui  
eò prolabatur impietatis, in eum  
quadrabunt sequentia:*

*Quisquis (a) hoc aequum negat,  
furore*

*Proximas, demens agit quadriga.  
Nos contrarium statim probavi  
mus, idemque ex opificio univer  
si probat (b) Auctor de Jure Belli &  
Pacis.*

(a) Euripides Heracl. (b) in prolegom. n. XI.

DEO irrefragabiliter & sine excepti  
one in omnibus parendum esse, cum ali  
tum creatio, conservatio, summaque in  
creatam potestas & dominium evincatur.  
Irrefragabilis autem est haec obedientia & uni  
versalis, cum omnium, etiam regum, ei ced  
re debeant imperia, (a) Deoque in iis,  
quibus utrique & DEO & regi simul ob  
diri nequit, magis quam regi obtemp  
randum sit, non tam ob maiorem ad remun  
rat.

rationem, sive per præmia, sive per poenas, faciendam, virtutem & potentiam, ut visum est (b) Scharrackio, quām potius ob universalitatem imperii divini, & imperiorum territorum subordinationem, vicariamque ac à DEO dependentem regum in his terris potestatem.

(a) Acto. V. v. 29. (b) de officiis, secundas mag. c. IV. p. 307.

### §. XVII.

Plura sunt, quæ nos DEO debemus, sed hæc præcipua sunt, quibus & reliqua ferè continentur: quare hic supersedebimus illud interim monuisse contenti, priora illa duo præcepta ex septem enumeratis, quæ Judæi agnoscunt, etiam inniti fundamenti ex jure naturæ petitis. Primum enim *dé Idolatria* conforme est primo Decalogi præcepto & positâ unitate divini Numinis, ratiocinando facile inde colligitur. Deus enim verus fictitiis Diis ho-

O 3

norem

norem suum communicare no  
vult. Alterum verò *de maledicti  
ne Numinis* maximam habet iatio  
nem: quid enim intolerabilius  
quam summum Numen conviti  
& maledictis proscindere? quo  
nec (a) per legem civilem in co  
tumeliam honesti hominis impi  
ne facere licet.

(a) l. fin. ff. de Injur. & passim.

Dicit *Autor* adhuc plura, Deo ab hi  
mine præstanta, enumerari potuisse offici  
veluti DEVM iratum & peccatis offendit  
esse placandum, in ipsum sperandum, in  
in omnibus necessitatibus confidendum  
nomen ipsius non in vanum invocandum  
&c. Sed cum institutum ipsius haud fuerit  
omnia & singula de DEO juris naturæ plac  
ita tradere, sed insigniora solum, sub quib  
ceteræ de DEO notiones practicæ ferè con  
tinentur, ideo licetis his idque genus alii  
illud adhuc monendum esse putat, que  
duo priora ex septem præceptis Nōachid  
iūm, superius memoracis, quorum alteru  
de cultu extraneo seu Idolatria, alteru  
de maledictione Numinis seu blasphemie  
etia

etiam fundamēntis ex iure naturae petitis in-  
nitantur. At enim non saltim fundamen-  
tis juris naturae inixa, sed ipsissima iuris  
naturalis placita sunt, illudque ex unitate  
Dei, supra adstrucṭā, hoc ex bonitate, per-  
fectione idque genus aliis prædicatis divinis,  
prona fluat consequentia.

## §. XIX. P. 2. C. 1. 10

Sed mirabitur forte aliquis, nos qui unitatem Dei argumen-  
tis à natura petitis jam adstruxi-  
mus, subinde citare Autores, qui  
in allegatis locis Deorum memi-  
nerint. Nos respondemus, ca-  
quæ ibi de Diis dicuntur, tan-  
quam divinitati convenientia, à  
nobis ad verum D̄eum applicari,  
exemplō Apostoli, qui de Jovē  
dicta vero Deo adaptat. Dein-  
de etiam distingvendū inter  
populares Deos, qui plures esse  
credebantur, & naturalem, qui  
unus, ut supra dictum; sæpè au-  
tem auctores isti, præcipue Poë-

tæ; utpūta cum populo agente  
 populariter quoqve loqui coad  
 fuerunt, & proprios sensus pr  
 imere, quōs tamen subinde pr  
 diderunt, cum vi veritatis vic  
 unum Deum confitentur, ut i  
 Cicerone, Sōphocle, Euripide  
 atiisqve usi venire videamus. N  
 qve putandum; hunc popularei  
 errorem veritati præjudicium fa  
 tere posse, non magis qvām po  
 puli judaici, cui unitas Dei sat  
 erat manifestata, & tamen ad ei  
 traneos Deos eorumqve cultus  
 defecisse, palam est. Manent  
 nūm certæ & verè naturales nc  
 tiones, licet qvidam aut mul  
 etiam populi dictamen naturali  
 legis qvāsi oblitaraverint: no  
 enim qværimus, qvid conste  
 apud homines, qvi recte atq  
 ut oportet sapient, non apud eos  
 qvib[us]

qvibus laborat mens, aut perverfa est.

(a) Aet. 17. loco supra alleg. (b) Andron. Rhod, Paraphr. in Ethic. Aristot.

Multi ex gentilibus, præ ceteris sapientiores, quamvis plures Deos nominaverint, tamen non nisi unicum esse crediderunt. Ex pluribus hinc prodeat Socrates, qui epistola 13. part. 3. Oper. Platonic. ad Dionysium Tyrannum aperte scribit: Της μὲν γὰρ σπουδαίας θεολόγις θεὸς δέχηται, θεοὶ δὲ τῆς ἡγεμονίας, serio epistola initium est Deus, non serio Dii. Ejusdem sententia fuit ipius discipulus, Plato, qui non solum Poëtarum libros, πολύθεοι δέξηται, aversatus est, sed & syasor fuit, ut omnia ejus generis scripta, tanquam damna & pestes, ē Republica prossus tollerentur. Nec ab hoc præceptore syp-alienus fuit Aristoteles, qui tum alibi, tum maxime lib. 12. Metaphys. c. 10. pariter unum Deum esse argumento ab exercitu, cui conducat unum habere Imperatorem quam multos, petito, demonstravit.

## CAP. VI.

DE

JVRE NATVRAI  
CIRCA PVBLICA.

## §. I.

**N**emamus ad ea, qvæ tum publicum concidunt, & prīmò quide universalis se offert i gula, quod in omni cœtu, & præcip perfecto, regere & regi, necessarium. Quemadmodum enim in famil imperat Paterfamilias, ita plures familie in unum congi gantur, ut cœtum perfectum constituant, necessariò debet ei aliqua potestas, ad quam spect gubernatio. Cum itaque natura non deficiat in necessariis, con quiratur inde, talem potestate naturæ esse consentaneam.

Hac ratione evincitur, quod nullum corpus potest conservari, nisi sit aliquod principium, ad quod pertinet procuratio boni communis, quia singula privata membra privatis commodis stūdent, quæ sæpè communi bono adversantur: est etiam subinde aliquod necessarium bono communi, quod privatos minus tangit, ideoque ab illis negligetur, unde & cura alii principio fuit demandanda.

*Grotius* antequam ad ordinem imperandi parandive singulis societatibus proprium descendat, quidque socius vi illius ordinis in quaque societate incumbat, speciam ostendat, prius imperii subjectionisque necessitatem utilitatemque cum ex aliis, tum maxime ex naturæ in necessariis, cuiusmodi imperium & subjeccio est, indefessibilitate demonstrat, libertatemque, ut imperio offensam & cum natura rationali pugnantem, ab omni societate procul abesse oportere contendit. Et quamvis (*a*) Hobbes

des aliquique, qui depravata naturæ inconstansque motus, pro naturæ dictatis arripiunt, statum naturalem, statum extra eam societatem; legalem, statum non nisi sociosse, hominem inque ex solo iure contra omnem inclinationem ad societatem ferri, statuerunt alii, secuti rectæ rationis dictam, cum ex societatis fine, qui illius falsum ex objecto, h. e. actibus & negotiis finem istum dirigibiliibus, magnâ conserne docuerunt, omnem societatem non imperio & subjectione, ut rebus verè naturalibus, contineri, nihilque tam aptum ad ius conditionemque naturæ quam imperium, ita quidem ut sine eo nec domus ulla, civitas, nec gens, nec hominum universum nus stare, nec rerum natura omnis, nec mundus possit, cum & hic Deo pareat, & obedient maria terraque, & hominum iussis suprema legis obtemperet. (b) Itaque omni consociatione, maxime civili, iustum à naturâ est, an verò unius aut pluri id committi debeat, non definit natura, temporibus locisque & utilitatibus cuiuscum civitatis constituendæ relinquit. Ut hanc concisè admodum loquantur, qui cum Fernando Vasquio reges à jure naturale ducunt, cum, ut imperium sit in civitate natura semper præcipiat, ut autem Regis

Ari

Aristocraticum autem popule sit, sapius natura svadeat, quanquam non præcipiat.

- (a) Element. de Cive c. 1. (b) Cicero 3. de LL. c. 2.  
 (c) Controvers. Illustr. lib. 1. c. 1. §. 25. Vid  
 Boëcler. Comment. ad Hug. Grot. Proleg. p.  
 30. & seqq.

### §. II.

Auctoritates si quærimus, vidamus Deum, qui juxta Judæotum scita omnibus Noachidis mandatum dedit de Iudiciis seu regimine forensi, ut supra diximus, qui que peculiari suo populo Israelitico magistratus, judices & reges dedit, non id facturus, si absque iis populus recte subsistere potuisse. Audiamus eum loqventem:

(a) per me Reges regnant & legum conditores justa decernunt, per me principes imperant & potentes decernunt iustitiam. Et iterum: (b) ubi non est gubernator, populus corruet: salus autem, ubi multa consilii. Audiamus & Philosophos: (c) Regere & regi

gi non tantum inter ea, que necessaria  
sed & utilia. Alius item: (d) I  
est vinculum, per quod res publica ci  
ret, ille spiritus vitalis, quem tot m  
trabunt, nihil per se futura, nisi e  
& preda, si mens illa imperii subtra  
tur. In eundem sensum & il  
qui dixit: (e) Unum esse reipub  
corpus, unius spiritu regendum. I  
diamus & (f) Poëtas:

Nec ulla pestis pejor imparentia e.  
Hac & damos evertit, & claras di  
Prosternit urbes, ordines turpis fug  
Conturbat, hominum maximos co  
greges.

Servant, gubernandi atque pare  
vices.

Et postea: Quem civitas constitui  
audiri bunc deceat.

Iterum: (g) Namq; me imperatis  
bus parere viris, ratio & utilitas jube  
Omnibus itaque discendum e  
(h) Quid distet imperare & imperi  
pati.

(a) I

- (a) Proverb. 8, v. 15, 16. (b) ibid. II, v. 14. (c) Ari-
- stot. I. Polit. c. 3. (d) Seneca 2. de clement.
- (e) Tacitus Annal. IV. (f) Sophocles Antig.
- (g) Sophocl. Philoct. (h) Aesch. Promet.

S. III.

Nullus igitur populus est, qui  
non aliquod agnoscat regimen,  
habeatque & superiores, quocun-  
que iij nomine vocentur, & subdi-  
tos. Superiorum est, bene imperare;

(a) &

*Consulere in medium, rebusque oc-  
currere fessis.*

Subditorum vero, bene obtemperare:  
nam ut ait (b) Historicus.

*Subditis obsequii gloria relicta est.*

Quæ harmonia si bene observe-  
tur, respublica ista florebit

*Felicitatis (c) mater obsequentia est.*

Et privati feliciter vivent:

*Si volo (d). quasi liberum*

*Evum agere, superest, obsequar re-  
gnantibus.*

Sin secus, omnia conturbabun-  
tur,

etur, atque ita tandem tota per il  
respublica, ut ex allegato *Sophoc.*  
loco patet.

(a) Virgilius. (b) Tacitus. (c) *Aesch.* sept. ad  
(d) *Sophoc.* Electr.

Ut officium eorum, qui regunt, est  
nec, h.e. Reipubl. scopo ac fini convenient  
imperare, ita eorum, qui reguntur, est be  
obtemperare. Includit autem obsequium  
istud cum non resistentiam, sive ne resistat  
aut obviam eatur summa potestati, tum  
secutionem mandatorum, non indistin  
quorumvis, sed licitorum eorumque solu  
qua recte rationi & legibus divinis non  
versantur, de quibus cum alibi, tum ma  
tne in Institut. Polit. part. I. c. 8. §. 100.  
sequent. ex professo egimus. Vid. Boec  
rus diff. Polit. 3. p. 333. & seqq.

#### §. IV.

Regimen aliquod Politicu  
juris naturalis esse, jam vidimu  
sed formam aliquam regiminis  
natura propriè præscribi, neg  
mus. Sufficit enim ei esse, q  
commune bonum procurent, pl

res an unus sint omnes, an pauci id faciant, parum interest. Manet igitur hoc in potestate populi, cui tale eligere regimen, quod sibi magis conveniat, integrum est. Cum igitur tres fere sint Rerum publicarum formæ, *Democracy, Aristocracia & Monarchia*, juxta illud (a) *Historici*: cunctas nationes ac urbes Populus, aut Primores aut singuli regunt: poterit populus, si modò liber est, talem sibi sumere Reipubl. formam, quam rebus suis conducere judicaverit.

(a) *Tacitus Annal. VI. c. 8.*

Quamvis, ut ex superioribus percepimus, ordinem imperandi parendive eoque regimen aliquod Politicum jus naturæ præcipiat, speciem tamen ac formam illius non determinat, sed cujusque populi, sui juris ac liberi, potestati relinquit eligendi qualis vult gubernationis formam. Vid. (a) *Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. I. c. 3. §. 8. n. 2.* Ceterum quæ bic ab Auctore de ternario formarum numero proferuntur, ea tantum de simplicibus

& puris formis intelligenda sunt : prater quan  
am adhuc alia ex illis formis composite & mix  
tentur? disquirunt Politici , aliis id adsti  
entibus, aliis negantibus. Ex horum cla  
sunt (b) Tholofanus, (c) Bodinus, (d) Hœ  
nius, (e) Timplerus, (f) Kirchnerus, (g) Witz  
dorffius, (h) Hornius, (i) Junius, (k) Borniti  
(l) Hobbesius, (m) Boxhornius, (n) Bernmann  
(o) Kippingus ; ex illorum vero (p) Groti  
(q) Conringius, (r) Eichelius, (s) Arniseus,  
Heiderus, (u) Fehwingerus, (x) Strockius,  
Cellarius, (z) Thomasius, (a) Besoldus, (b) Sch  
bornerus, (c) Vernulejus, (d) Conzenius,  
Sturzius, (f) Zschius, (g) Machiatellus,  
quod hi a se invicem abeant, & alii illor  
ex quibuslibet promiscue formis, sive nu  
ro, sive specie differentibus, alii vero ex  
tantum mixtaram consurgere posse arbit  
tur, et si hi iterum in partes scindantur  
ali iorū ex omnibus specie differenti  
ali vero ex aliquibus solum mixtaram  
mittant. Videantur interim de hoc a  
mento late agentes Institutiones Politic  
quibus c. IIX. & XVI. non solum mixtu  
dari rationibus firmavimus, sed &  
partis argumentis, partim a maiestatis ina  
sibilitate, partim a mixtionis istius impo  
litate & inutilitate petitio satisfecimus, &  
numero rerum publ. mixtarum species sunt  
sibiles, ostendimus.

- (a) de Jur. B. ac P. lib. I. c. 3. §. 8. n. 2.
- (b) de Rep. lib. V. c. 1.
- (c) lib. II. de Rep. c. 1.
- (d) disput. Polit. 9. th. 2.
- (e) Philosoph. Pract. part. III. lib. V. c. 2. qu. 7.
- (f) de Rep. disp. 3. th. 7.
- (g) discurs. de stat. & administrat. Imper. Rom. form. hodiern. concil. 3.
- (h) Polit. Architect. lib. 3. de Civit. t. univ. §. 3. p. 632. & seqq.
- (i) Quæst. Polit. p. I. p. 32.
- (k) lib. de Majest. c. 11. 12. & 13.
- (l) lib. de Cive c. 7. dist. 4.
- (m) Instit. Polit. lib. 2.
- (n) Prætrog. Polit. c. 29. p. 123.
- (o) Institut. Polit. lib. 1. c. 15.
- (p) de Jur. B. ac P. lib. I. c. 3. §. 27.
- (q) dissert. de Rebus p. in gener. dist. 48. & seqq.
- (r) dissert. de Rep. maxta.
- (s) lib. I. Civil. doctr. c. 8. & lib. 2. Relect. Polit. c. 4. sect. 6.
- (t) Institut. Polit. p. 982. & seqq.
- (u) in diss. Academic. p. 417.
- (x) lib. de Majestat. dist. 47. 48. 49.
- (y) Tabb. Polit. IX.
- (z) Tabb. Polit. XLIII.
- (a) lib. I. Doctr. Polit.
- (b) lib. I. Instit. Polit. c. XVI.
- (c) lib. I. Instit. Polit. tit. 2. c. 2.
- (d) lib. I. Doctr. Polit. c. 14.
- (e) Disputat. Polit. 3. p. 102. & seqq.
- (f) lib. I. de Princip. (g) lib. I. de Republ. c. 2.

### S. V.

Addo: si modo liber est: nam si sit sub alterius, vel populi vel principis imperio, regimen ejusque formam ab illo accipere debet: liber (a) autem populus est is, qui nullius alterius potestati est subiectus. Idem igitur de populo,

P. 2

quod

quod de homine libero, judiciu  
esto: quia sicut homo liber de  
ipso pro suo libitu statuere poter  
(b) est enim libertas naturalis facili  
ejus, quod cuique facere libet, nisi a  
periore prohibetur. (Sic enim m  
lo, quam ut aut vis aut juris, ul  
hic fiat mentio) ita & populu  
quale voluerit regimen impon  
re sibi potest.

(a) L. non dubito. 7. ff. de captiv. & postlim. rev  
(b) S. & libertas 2. Instit. de Jur. person.

Quod de populo sui juris & libero  
xit, posse illum, quale fuerit regimen  
imponere, & nunc hanc, nunc illam imp  
formam eligere, id de modo constituendi  
vitatem voluntario seu eo solùm intellig  
dum est, quod omnium vel plurium civi  
tem constituentium consensus adest, mi  
mè verò de invito & involuntario, quod i  
belli aut victoriae populus contra ipsius  
luntatem & renitente eō ad hanc vel ill  
civitatem rapitur, eidemque Monarchici  
Aristocraticum aut aliud regimen à vi  
imponitur, de quo modo constituendi ci  
tatem utroque & variis speciebus, cum

nis, tum spuriis & adulterinis pluribus egimus in (a) *Instit. Polit. Part. I. c. 7.* Ceterum quod populo sui juris, quantum ad primum modum attinet, circa libertatem suam civilem seu maiestatem idem liceat, quod homini privato & libero circa libertatem personali, regendique jus in unum aut plures ille transcribere posse, nullâ ejus juris parte retentâ, contra *Monarchomachos crastiores* multis ostendit (b) *Grotius*, qui quoque varias ex (c) *Cicerone* causas attulit, quibus populus inductus ad jus totum imperandi à se abdicandum aliquique tradendum.

(a) Lib. i. c. 7. §. 7. & seqq. (b) de Jur. B. & P. lib. I. c. 3. §. 8. (c) off. II.

### §. VI.

Si itaque populus *Democratiam* elegerit, penes cives erit jus & potestas se suaqve regendi & de iis disponendi. Ceterum cives hic vocamus omnes patresfamilias, aliosque, qui sui juris & capaces per etatem sunt, de rebus etiam arduis iudicium suum interpolendi. Servi igitur & amentes omnesque ferè impuberis jus ferendi suffragii non habent:

bent; illi quidem ob amissam  
libertatem & rationis defectum  
bi verò ob infirmitatem judicium  
nondum satis maturi. Fæminæ  
verò firmæ jam ætatis & patri  
potestati exemptas à jure suffragio  
naturalis ratio excludere non  
detur, quanquam nullæ eas rea  
tiones, forte ob solam honesta  
rationem, ne coetibus virorum  
immisceant, unquam ad publi  
Comitia admiserint. Ex his ita  
que constare jam potest, quomodo  
in hoc regiminis genere su  
diti à superioribus distingvant  
omnes enim cives, in comitiis  
congregatī, imperant; subditi  
verò sunt non tantum illi, quo  
jure suffragii arceri diximus, i  
etiam singuli è populo, qui  
etatis ejus congregati par  
tinentur.

Postq;

Postquam in præcedentibus trium formarum simplicium, *Democratia, Aristocracia, & Monarchia* mentionem fecerat, nunc ordine illas percurrendo; in singulis quomodo se habeat regimen, ostendit. Et quidem quod *Dempubl. Democraticam* attinet, de ea bene ex Politicis monet *Autor*, quod Summum Imperium, h.e. facultas moralis gubernandi civitatem summa, penes cives ac multitudinem sit, ita quidem ut omnes cives coniunctim sumti, inque Comitiis congregati, imperent, singuli verò è populo pareant, non eò sensu, quô (a) *Rodinus* euimque secuti (b) *Hornius* & (c) *Heminges* volunt, ac si omnes unò eodemque tempore & actu ad clavum sedarent, cum id omnino esset impossibile, omnisque tunc in ea expiraret paritio; sed quod omnes imperandi jure ac potestate pollicant, aliquique, qui jam actu præfunt; aliò tempore subsint & pareant, quique nunc subsunt ac partitionem aliis debent; aliò tempore præfint actuque aliis imperent, neminiisque civium aditus ad imperium interclusus sit. Vtetur autem termino *Democratia* in paulò laxiori significatu, pro quaviae republi- ca, in qua multitudo imperat, sive sit *Politia* & *Respublica Recta*, sive *Democratia* in specie talis illiusque *πολιτείας* & *prævaricatio*, quas duas formas in civilibus eō cum primis differre constat, quod in hac maxime impe-

rita plebs; in certas curias divisa, de publicorum negotiorum expeditione suffragia ferat; in illa autem nobilium & patriciorum principaliter habeatur ratio, illisque insigniores & maximi magistratus, infra plebi minorum deferantur, quæque sunt id genus differnitia alia, de quibus in *Instit. Politicis Part. I. c. XIV. & XV.*

(a) lib. 2. de Rep. (b) lib. 3. Politic. c. un. §. 2. p. 627. & seqq. (c) Observatio Grot. lib. I. c. 3.

### §. VII. illustr.

Manifestius est hoc discrimen in Aristocracia, ubi pauci imperant, reliqui verò omnes ac singuli parent: Manifestissimum verò in Monarchia, ubi (a) imperii ratio non aliter constat, quam si uni rotundatur. Recte igitur & universaliter de his duabus speciebus regiminis Romanum illud usurpari potest, quod (b) populus ei est in curia (sive potius in se) omne imperium suum & potestarem concederit. Et quanquam talis electionis à populo

pulo factæ non extent tabulæ,  
tamen id pactō tacitō inter po-  
pulum & rectorem sive rectores  
actum videtur, ut omnem habe-  
ant potestatem, quæ ad summum  
imperium ejusque executionem  
sit necessaria, quâ semel posita,  
necessæ est, ut omnes obediānt:

*Nam (c) vim regni, cuicunque data  
est, sprevissæ nefas.*

(a) Tacitus 1. Annal. c. 6. in fin. (b) §. sed & quod  
6. Instit. de Jur. Natur. (c) Sophocl. Antig.

Hoc vult, quod quamvis in Republ.  
Democratica de discriminē imperii & sub-  
jedionis non parum constet, magis tamen  
illud conspicuum esse in Republica Aristo-  
cratica, (a) ubi pauci, hoc est, non omnes,  
indivisiū tamen summum tēnent imperium,  
ratiū vero omnes ac singuli parent; omniū  
nam tamen manifestissimum esse in Republi-  
ca Monarchica hujusque speciebus, ubi non  
nisi unicus summo præest imperio, illudque  
in utilitatem vel primariò parentium & sub-  
ditorum, ut in regno rex; vel primariò in  
utilitatem sui ipsius & quæstum privatum;  
neglecta fere utilitate parentium, ut in Ty-  
rannide

rannide Tyrannus; vel denique in utilitatem principaliter suam, secundariò subditorum & parentium, dirigit, ut in dominat dominus. *De legi Regiae Romanorum*; quae de speciebus regiminiis, cum Aristocraticum Monarchici solum Autor usurpari posse putat, *adpellatione, tempore, quo lata, ejusque à Capitulationibus Cesarum Germanorum, de criminis aliquaque vide Commentatores ad Institut. lib. I. tit. 2. n. 6. Et Bacl. Institut. Politic. lib. c. 8. p. 191. Et seqq.*

(a) *Vid. Institut. Polit. Part. I. c. 12.*

### S. IIX.

Et hæc quidem potestas, quam sive omnes, sive pauci, sive unus à populo & in populum, eximi quoddam modo habent, soleat nobis *Majestas appellari*, & definitio non male potest, plenum ejus imperiam familiarum cœtui, ad vitam ciuitatem sufficienti, ejusque partibus, soli *DE abnoxium*. Notandum tamen hic potestatem aliquando absolue conferri, aliquando sub certis ligibüs

legibus, ita ut imperium inter principem & populum partitum quasi sit. Sed hæc pluribus prosequi, nostri non est instituti: videatur de his, aliisque (a) commentarius de Jur. B. ac. P.

(a) Hug. Grot. lib. I. c. 3. §. 17. & seqq.

Delineat Autor Majestatem, quod sit plenum jus imperandi familiarum cœtui &c. Sed cum hæc majestatis descriptio non nisi memorum majestatis objectum, cœtum familiarum, exprimat, solique DEO obnoxium esse, h. e. subjectio, quam hæc phrasis importat, tanquam potentia passiva de essentia potentiae moralis activæ, quale Summum Imperium, haud sit, merito eandem rejicientes illam vulgarem Majestatis seu summi imperii definitiæ, hæc Grotiana multò meliorem adsumimus, illudque cum indifferentia ad plenum & non plenum imperium, per summam in civitate potestatem delineamus. Dico: cum indifferentia ad plenum & non plenum &c. Cum majestas è numero communium ab uno vel ad unum sit, & primariò seu καὶ ἔχοντι de plena & omnimoda seu ea dicatur, que (a) Philosopho summa in civitate πολιτείᾳ, b. e. ubique potestas delineatur, secun-

secundariò & per posterius de non plena, quia  
in oppositione ad illam summa in civitate no-  
ubiq̄ue potestas describitur. Ceterum cur  
de Summo Imperio Pleno & Non-Pleno se  
Semipleno hic agitur, nullatenus confundit  
debet Imperium summum, plenum ac omni-  
modum, cum imperio plenè & omnimodè talis  
seu eo, quod quis plenò proprietatis juris  
inque patrimonio habet, ita quidem ut ve-  
titulò testamenti, vel dotis, vel donationis  
vel permutationis, vel emtionis venditio-  
nis, vel pacti gentilitii idque genus alio ti-  
tulo non illicito imperium citra consen-  
sum populi in aliū transferre & alienare  
possit: Cum oppido distincta sint, habere sum-  
mum imperium, plenum imperium & imperium  
plenè seu plenò proprietatis jure, fierique  
possit, quin s̄epè fiat, ut quis quidem sum-  
mum habeat imperium, ut tamen nec ple-  
num nec plenè & omnimodè habeat; aut,  
ut habeat summum imperium insimulque  
plenum, sine ullo tamen alienandi jure illu-  
stri; aut denique, ut habeat & summum &  
plenum & plenè tale imperium, sicuti id ex-  
emplis, cum (a) alibi, tum maxime in (b)  
*Instit. Polit.* allatis, clarum est. Neque h̄ic  
moramus (c) *Laudensem*, (d) *Cyriacum*, (e)  
*Hottomannum*, (f) *Perezium*, (g) *Afinium*; (h)  
*Heigium*, (i) *Michaelem ab Aguirra*, (k) *Pere-  
grinum*, (l) *Rofenthalium*, (m) aliosq̄ne *Juris  
Civil.*

*Civil. Doctores*, qui, quod imperium non à principe sed populo partum, ipsi citra hujus consensum illud & jura eò pertinentia alienandi jus ac facultatem denegant. *Quæ ab Autore extremo bujus S. adducuntur*, quasi partitio S. imperii contingat, si principi non absoluta, sed sub certis legibus ac levitata potestas deferatur, illa omnino nulla sunt, nisi in delatione imperii expresse instituta fuerit partitio inter principem & populum, & populus aliqua jura exercenda sibi reservaverit, reliqua verò ipsius principis arbitrio reliquerit.

- (a) in dissert. de Majestate. §. 8. (b) Part. I. c. VII. §. 73. (c) in l. invit. ff. de fid. libert. & in c. dilecti X. de majorit. & obed. (d) Controvers. forens. lib. 3. c. 402. n. 10. (e) Quæst. Illustr. l. (f) Cod. de donat. n. 17. (g) de execut. c. 404. n. 3. (h) part. I. qu. 19. (i) Beſoldus lib. 1. cons. 1. p. 1. n. 41. (k) de jure fisci. lib. 1. tit. 1. num. 8. (l) de feud. cap. 3. concl. 21.

### §. IX.

Vnum certè præterire non debemus, quod nempe post formam regiminis, ita ut diximus, electam & delatam, sive uni homini, sive uni cœti, majestatem, populo jam variare amplius

*amplius non conteditur*, adeo ut  
nec ei aliqua, quæ ingrata  
pulo sint imperanti resistere u  
modo licet: habent enim  
locum, quæ de patre dicta le  
mus:

*Ames (b) parentem, si aequus est  
non, feras.*

Hinc (c) Apostolus: *qui resistit  
testati, Dei ordinationi resistit, qui  
eum resistant, ipsi sibi damnationem  
quirunt.* Atque hinc interpre  
tionem accipit jus (d) illud reg  
um, quod describit Propheta S  
muel: *nimirum, ut Regi se it  
ut illic dicitur, gerenti resisti ne  
possit: & hoc sensu tolerari potest  
hoc è Tragoedia:*

*Si quum ac iniquum Regis imperia  
feras.*

(a) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. I. c. 4. (Publ. Min.) (c) Paulus Rom. XI, 2. & 3. (Reg. I. c. 8, 11.)

Bei

Bene monet, quod facta delatione imperii per electionem aut successionem, non amplius populo variare ac mutare voluntatem, aut injuriis summorum imperantium resistere liceat. Evidem (a) Fernand. Vasquius, qui ut alias ita & hic parum equus in principes, subditis ubique licentiam ac potestatem se vindicandi in libertatem attribuit, sive jam illud imperium vi, sive ex voluntate & consensu populi partum fuerit: cum quod vi partum, vi iterum possit dissolvi, nihilque tam naturale sit, quam ut eodem modo, quo colligatum, unumquodque dissolvatur; quod vero ex voluntate prefectum, in eo penitente liceat & mutare voluntatem. Sed cum (b) que vi prium parta imperia, longa possessione aut voluntate populi tacita jus firmum accipere possunt, & voluntas & consensus populi, vel ab initio constituti imperii, vel etiam postea principi datus, esse potest talis, ut omnino jus det, quod in posterum a voluntate populi non dependeat, absconum erit in tali casu cum Vasquo potestatem vindicandi se in laxitatem populo tribuere. Ad bac si consensus revocari posset aut in eo penitente liceret, nihil unquam firmum ac stabile esset, inque momento omnia mutantur, nec ulla certitudo negotiorum, patitorum, promissorum aut foederum inter homines aut gentes haberi, aut sperari possit

trans-

tranquillitas. Bene igitur Agrippa Rex apud Josephum in oratione ad Iudeos Zelotas intempestivum est, nunc libertatem concupiscere. Olim ne ea amitteretur certatum oportuit. Nam servitutis periculum facere durum est. Et ne id subeatur, honesta certatio. At quia semel subactus deficit, non libertatis amans descendus est, sed servus contumax; Et (c) Valentianus Imperator ad suos milites: Ut m̄ ad imperandum vobis elegeritis, in vestra situerat potestate, ô milites: at postquam me elegistis, quod potestis in meo est arbitrio, non vobis. Vobis tanquam subditis corripet parere mihi que facienda sunt cogitare. Sed si sicut populo non licet circa potestatem summam semel in principem collatam amplius variare ita multò minus eidem permisum erit, principi, ingrata imperanti, vim opponere ac resistere. Quamvis enim, quod diffitendum haud est, omnibus in statu & libertate naturali degentibus ad abarcendam à se injuriam jus sit, civili tamen societate ad salutem & tranquillitatem instituta, illud arctioribus multò, quam antea limitibus circumscriptum fuit civitatiique jus quoddam maius jus in nos & nostra, ac nobis ipsis natum quatenus ad finem illum id necessarium est. Potuit igitur, uti rectè ita ex fine civitatis proposito concludit (d) H. Grotius, civitas illud resistendi promiscuum, quod sin-

guli

gulis in statu ac libertate naturali conservatis competit, publica pace ac ordinis causam inhibere, &c, quin voluerit dubitandum non est, cum aliter finem suum non posset consuequi. Etsi autem, quæ hic de non resistendis licentia allata sunt, omni careant dubio, & non solum naturali, sed & divino iure, tam veteri, quam novo, quin & conservandis præsque Christianorum veterum & variorum gentium sanctionibus firmata sint, id idipsum per partes uberiorius deduxit (e) Hugo Grotius, (f) Idem tamen, quem modo memoravimus, Vasquis huic dogmati manifeste se opposuit, & subditis quibuslibet, non solum in casu, quo princeps ingrata imperiat, sed & in gravissimo ac terribilissimo vito discrimine, jus dedit resistendi ut aliorum illa summorum imperantium injuriis. Argumenta, quibus id ostensum fit, quod videlicet imperia delinquendo amittantur princeps que ipso facto desinat esse princeps, quodque omnia imperia parentium & subditorum non imperantium utilitatem spellent, uberior exanimavimus cum alibi, tum maxime in differt de moralitate turbae inculpate c. 2. à §. 4. ad 9. Ceterum ab hac violentia non nisi Reges verentes exemptos esse volumus, eoque qui vel Regionem tantum nomine gaudentes, populi potestati subsunt, quales olim Reges Lacedæmoniorum ac Germanorum multi-

que

que in Italia; vel regnō abierunt; vel impri-  
mū, quod inalienabiliter à populo acci-  
perunt, alienare aut modum habendi illi  
immutare volunt; vel verè hostili animo  
totius populi exitium feruntur, quod tam  
yix contingere posse putat Grotius in reg-  
mentis compote; vel alias in ipsa imper-  
iatione pacto effecerunt, ut eidem certur  
quid facienti vis opponi posse, de quibus  
idque genus casibus aliis non solum (g)  
Guiliel. Barclajus sed & (h) Grotius & (i) Bæ-  
clerus distincte egerunt, isthac sanctitate  
gaudere nequeunt. De jure Regia, cuius  
extremo hujus s. Grotius meminit, mirè va-  
riant Doctores. Sunt, qui non de Jure sed  
de facto regis solum locum illum Samuelis  
interpretantur, è quibus præ ceteris hic e-  
minent Auctor (k) Vindiciarum contra Tyrano-  
nos, (l) Wilbelm. Schickardus, (m) Georg. Bu-  
chananus, (n) Joh. Miltonius, (o) Carol. Molli-  
naus, (p) Joh. Bodinus, (q) Anthon. Matthæi,  
(r) Dionys. Gothofredus. Alii, nominatim  
(s) Gaspar. Ziglerus, (t) Thomas Hobbes, (u) Jo.  
Henric. Bæclerus, (x) Joh. Adamus Ofiander,  
&c, quos ille citat, Marcus Antoni. de Dominis,  
Wilbelmus Barret, Salmasius, arbitrantur de  
vero jure regum, h. e. facultate honestè &  
justè aliquid agendi, hic agi, cum quæ enu-  
merantur illi ex illis sint, quibus rex citra  
abusum imperii & Tyrannidem salvâ con-  
scientiâ

scientiā, urgente ita reipublicæ utilitate, dū  
posit. Sed utrque (y) Grotius plane no-  
vam hīc procudit sententiam, rati, nec ve-  
rum jus, nec factum nudum, sed factum,  
quod effectum aliquem juris habet, intelli-  
gi; id est, ut Regi se ita, ut illic dicitur, ge-  
renti à populo resisti nequeat. Quamcun-  
que tandem ex illis tibi eligas sententiam,  
evidum manet, regi nūs in casibus à subdicit;  
(z) vim justè opponi non posse.

- (a) Controvers. Illust. lib. 2. c. 83. n. 3. (b) Hugo  
Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 4. §. 14. n. 1. &  
Instit. nostr. Polit. Part. I. c. 8. §. 21. p. 327.  
& seqq. (c) Sozom. hist. Eccles. lib. XVI. (d)  
lib. 1. c. 4. §. 2. n. 1. (e) cit. c. IV, lib. II. (f)  
lib. I. Controvers. Illust. c. 18. (g) libb. ad  
vers. Monachomachos. (h) lib. 1. c. 4. §. 8. &  
seqq. (i) Comment. ad Grot. lib. 4. (k) Au-  
tor personatus L. Jun. Brutus. (l) in iurib.  
Regio Hebraeorum. (m) de Jur. Regn. Scot. 8.  
(n) in defens. c. 2. (o) ad Consuetud. Parif.  
t. 1. §. 1. gloss. 5. n. 63. (p) lib. 1. de Rep. c. x.  
(q) de Crimin. tit. de furt. c. 4. n. 4. (r) ad l. 4.  
C. de LL. & ad Novell. 105. c. 2. (s) Not. &  
animadvers. in Grot. lib. 1. c. 4. p. 165. (t) de  
Cive c. 35. (u) Comment. ad Grot. lib. 1. c. 4.  
p. 271. (x) Observat. suis ad Hug. Grot. th. 3.  
Observat. 2. p. 534. & 535. (y) Hug. Grot. lib.  
1. c. 4. §. 3. (z) Pufendorf. de Jur. N. & Gent.  
lib. VII. c. 6. p. 163. & Ziglerus Not. ad §. 3.  
lib. 1. c. 4. Hug. Grot.

Illud in his regiminum speciebus, quæ per cœtus exercentur, generale est, quod qui se cœtui alicui subjiciunt, videantur se subjicere majori parti ejus cœtus, ut nempe quæ plurium suffragiis decreta sunt, ea rata ac firma sint, atque omnes ita obligent, ac si nullus in toto cœtu fuisset dissensus. (a) Parendum enim his, qua major pars censuerit. Et (b) quod pluribus placuerit, cunctis senendum. Et rursus aliis : (c) idem in Comitiis, quam in judiciis vincit pars major. Et iterum : (d) Eo, quod major pars decretivit, stetur. Rectè itaque JCtus Scævola, (e) quod major pars curia efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint. (f) Est enim verum omnes judicasse; & generaliter (g) refertur ad universos, quod publicè sit per majorem partem.

(a) Dio-

- (a) Dionys. Halicarnass. lib. II. (b) Plinius lib.  
Epistol. 6. epist. 13. (c) Appian. (d) Curt. lib.  
10. (e) I. quod major 19. ff. ad municip. (f)  
I. Pomponius 36. (g) I. duo 39. ff. de re  
judic.

Agit h̄c de Jure majoris partis, hoc est,  
magistrorum, quod parti majori in singulis Colle-  
giis ac consociationibus, maximè verò ci-  
vili & perfectissima, in minorem naturaliter  
competit, ostenditque, quod qui se cœtui  
alii subjicit, videatur pro ratione negotio-  
rum expediendorum se subjecisse majori ejus  
cœtus parti idque malle sequi, quod pluri-  
bus visum majorque pars decrevit. Dico :  
*in singulis Collegiis ac consociationibus.* Ne-  
que enim saltim in illis regiminum specie-  
bus, quæ per cœtus excentur, v. g. in po-  
pularibus ac Democraticis formis, sed & in  
ceteris rebus publicis Polyarchicis, Aristoc-  
ratia & Oligarchia, quin & in ipsis Monar-  
chicis jus majoris partis obtinet, dum unus,  
cui soli omnis summa potestas tradita, ma-  
jorem partem, immo omnes partes sustinet,  
quatenus videlicet morali aestimatione to-  
tius civitatis corpus ac personam refert, nisi  
quod in Aristocratico & Oligarchico regimi-  
nie hoc jus majoris partis paulò manifestius,  
omnium verò manifestissime in republica  
populari ac Democratica se pandat, ubi æ-  
qualitas juris pro fundamento est, eoque

Q3 statur,

Ratur; quod plurimum iudicium dignum  
vixum.

(2) Vid. Hag. Gretius de Jur. B. ac. P. lib. 2. c. 5.  
§. 17. & seqq. & ad eum Boeclerus.

### §. XI.

*Est et hoc universale in omni re-  
gimine, ut quoniam omnia ab eo aut iis,  
apud quos summa potest est, non pos-  
sunt expediri, liceat iis, quibusdam,  
sive collegiis, sive personis, aliquas par-  
tes demandare, utputa magistra-  
tum, rem militarem, jurisdictionem  
in civilibus aut criminalibus  
& alia id genus: potest enim quis  
per alium, quod potest per seipsum.  
Estque perquam necessarium,  
ut qui rebus suis ipsi superesse vel no-  
lent, vel non possunt, per alios id  
posint agere. Quod vel maxi-  
mè in summis potestatibus, quæ  
variis muneribus præficiunt de-  
legatos, ut vices suas in iis obe-  
ant: quod cum sit, populus simi-  
lem*

lēm illis debet obediētiām, quam iſſis delagentibus deberet, cum hoc tamen discriminē, ut summīs potestatibus propter ſcīat obediēdūm; delegatis ve- rō propter iſſos delegantes & in vim mandati iſſis concessi. Hinc  
 (c) Apostolus: *Subjecti eſtote omni humana creature propter Deum, ſive Regi, quaſi praeſententi; ſive ducib; tanquam ab eo misis.*

(a) I. potest qui X. de reg. juris in sexto. (b) I. II. §. I. ff. de procur. (c) Petr. I. c. II. v. 13. & 14.

Quandoquidem Summum Imperium tenens per ſe ſolus omnib; negotiis civilib; ſuſtinendis non ſufficit, ideò ut expeditum ſit regimen, aliorum in republ. ope- rā utitur, & nunç plures, nunc pauciores magistratus, pro negotiorum multitudine conſtituit, qui facultate exercendæ jurisdictionis & gerendarum rerum publicarum gaudeant, ita tamen ut omnis (a) facultas gubernandi, quaſi in illis dicitur, ſit dependens, ad ſummae potestatis arbitrium exerceatur, eique ita ſubjiciatur, ut quicquid contra ſummi imperantis voluntatem agant, id de-

sed omnis sit ea facultate ac proinde pro actu  
privato habendum. Bene igitur (b) Au-  
gustinus: *Ipsos humanarum rerum gradus*  
*ab eoerte, si aliquid iusserrit curator, faciendum;*  
*tamen si contra praeconsul jubeat, aut se con-*  
*sul aliud jubeat, & aliud imperator, non*  
*utique contemnis potestatem, sed eligis majori*  
*servire, nec hinc debet minor irasci, si major*  
*potestatis est.* Et apostolorum princeps, (c)  
Paulus, subjectos nos esse vult aliter regi,  
aliter magistratibus: regi, ut supereminen-  
ti, id est, sine ultra exceptione; magistrati-  
bus, tanquam missis a rege, id est, potesta-  
tem suam a rege ducentibus.

(a) Hug. Grot. lib. i. c. 4. §. 6. (b) c. qui resistit.  
XL. qv. 3. (c) I. Eph. II, 1.

## ¶ XII.

*Quae de obedientia praestanda ba-*  
*tenus diximus, ita sunt accipienda, ut*  
*semper excipiatur mandatum superioris.*  
Soli enim Deo absoluta debetur  
obedientia, ut summo rerum O-  
mniam creatori, conservatori ac  
Domino. Humanis vero pote-  
statibus, et si in genere suo sum-  
mis,

mis, eā tantum conditione, ut id  
legi naturæ, à Dō cordibus no-  
stris impressæ, aut aliis Dei præ-  
ceptis non aduersetur; alias lo-  
cum habere debet vulgatū istud:  
*Si iustum est in conspectu Dei, vos pa-  
tius audire, quam Deum judicare.*  
Item hoc: obedire oportet Dō  
magis quam hominibus. Idem  
cum proportione obtinet in his,  
quæ ab inferioribus magistrati-  
bus injunguntur, quibus in iis  
tantum imperandum est, quæ  
neque naturali, neque ullis divi-  
nis præceptis, neque summarum  
potestatum legibus aut iussis re-  
pugnant.

(1) Act. c. IV, 19. & c. V, 29.

Hac de re jam tum supra egimus. Ra-  
tio autem, ob quam obedientia, quam sub-  
diti summis imperantibus debent, semper  
conuncta esse debeat cum exceptione vo-  
luntatis ac mandati divini, est, quod omnis  
potestas, quæ summis imperantibus compe-

tit.

tit, Dei, cuius vices illi in his terris geruntur,  
sit, ab ipso dependeat & ad arbitrium ipsius  
quiescat.

## §. XIII.

Pertinet & hoc ad materiam,  
quam tractamus, quod de jure na-  
turali Respublica, vel qui supremam in  
ea tenet potestatem, sicut in vitam, ita  
in res omnes subditorum superemi-  
nens habeat dominium, ut de iis ad  
publicam utilitatem ita possit  
disponere, ut commune bonum  
reipubl. postulaverit: quod be-  
nè notasse conduceat ad multa,  
quæ alijs jus privatorum lædere  
credi possint. Exempla passim  
occurrunt apud (a) Auctorem de  
Jur. B. ac P.

(a) Hug. Grot. lib. 1. c. 1. §. 6. & lib. 2. c. 25. §. 3.

Quid sit hoc dominium Eminens sive su-  
pereminens, nemo melius exposuit (a) Hug.  
Grotiò, qui quoque primus illud ut (b) sepa-  
ratam atqne à ceteris summi imperii partibus,  
in

*in proprias appellationes discretis, distinctam partem constituit, ac operationes & effectus illius prudenter exposuit.* Huic itaque dominium eminens est, quod quis habet in cives & res civium ad usum publicum; vel plenius: est facultas majestati competens in bona privatorum iis contra leges receptas in extremo necessitatis casu in reipublica salutem utendi. Cui enim cura reipublica ab initio commendata fuit, ei tantam insimul potestatem nomine imperii concessam esse intelligimus, quantâ ad conservandam rempublicam est opus, aut à natura civitatis requiri videtur, cum, qui vult rem, velit etiam ea, quæ rei ex natura sua adjacent, neceſſe est; aut, ut alias id efferri solet, qui vult finem, non possit non Belle media fini illi obtinendo necessaria. Nititur (c) autem hoc dominium cum extrema necessitate, h. e. metu mali turpis aut tristis, vires humanas facile excedentis, tum communi utilitate, cui in iis, quæ ex sua natura & intrinsecâ ratione non iniqua & turpia sunt privata ubique debet cedere utilitas. Nam extra hos duos causas ad exercitium hujus juris descendendum haud est, eoque nomine haud immerito detestatur factum (d) Regis Achabi, quod Nabothum rerum suarum dominum & proprietarium nulla necessitate adactus in sua possessione conturbavit, eique vineam ab ipso opti-

optimò jure possessam per vim cōcipuit.  
 Quamvis autem, ut ex allatis hactenus fundamen-  
 tis evidens est, hoc dominum bene  
 se habeat, nihilominus tamen reperti sunt  
 complures, è quibus (e) *Wilhem. Leiferus*,  
*J. C. C. us*, qui illud cum ex aliis tutu ex eo in-  
 p̄imis improbarunt, quod implicet, duo esse  
 ejusdem rei dominia distincta, quodque stante  
 isthac de dominio eminente doctrinâ principes  
 ad omnis generis rapinas invitarentur, nullus-  
 que privati dominium hoc ipso satis in tuto  
 esset. Sed quamvis cuivis subdito in ædes  
 suas & cetera bona ipsi propria competit jus  
 atque dominium, non nisi tamen vulgare,  
 subordinatum, ipsique supereminenti maje-  
 statis dominio subditum est, vi cuius ille  
 ædes alicujus civis ac subditi peste infectas  
 cum omnibus ibi contentis rebus flammis  
 tradere, vel tempore obsidionis, si ex mor-  
 nibus nimis propinquæ sint, & metus fubest,  
 ne hostis per earundem conflagrationem fa-  
 cile toti urbi incendium inferre possit, con-  
 tra subditorum voluntatem & contra leges  
 solo æquare ac diruere potest. Neque me-  
 tuendum est, né privatorum dominia super-  
 eminenti dominiò prorsus absorbeantur, &  
 summi imperantes ad omnis generis rapinas  
 invitentur: cum variis illud ab iis, qui hoc  
 dominium principi vindicant, circumscri-  
 ptum sit limitibus, & casu cum publicæ uti-  
 litatis

licitatis tum extremæ necessitatis temperatum, eoque privatorum dominia satis sufficiere; solumque jus tueri possint, etiam si juri supremo aliquando certos intra limites jubeantur cedere. An autem jus illud superemanens etiam ad exterorum & non subditorum bona se se porrigat, gravis est difficultas. (f) Hug. Grotius id negat, sed contrariam sententiam multò veriorem esse ostendimus. *Institution. Polit.* Quomodo autem jus & dominium supereminens sit separatum & distinctum à dominio universitatis, jure fisci, ceterisque juribus imperii, prater ceteros eruditè exposuit (g) Baetlerus.

- (a) de Jur. B. ac P. lib. 1. c. 1. §. 6. n. 1. (b) Kulpis ad lib. Hug. Grot. 1. c. 1. p. 7. (c) Jac. Ander. Crusius tr. de præminentia dominio Princip. c. 1. Helen. Politianus dissert. de domin. eminent. in Imper. Romanó-Germ. lib. 1. c. 1. n. 1. Zogl. de Jur. Majest. lib. 1. c. 4. §. 14. p. 94. (d) i. Reg. 21. (e) dissertat. integris, cui scriptis contrariis ab Hornio est responsum. (f) de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 14. §. 8. (g) dissert. comment. Grotiano inserta p. 90. & seqq.

#### §. XIV.

Possent & hic attexi nobilissimæ aliquot de jure publico controversiæ: quid reipublicæ in aliam rempublicam deceat, ubi de jure

jure armorum & foederum: quid reipublicæ in cives liceat? ubi de tributis & poenis; Item quæstiones de officiis Principis, Magistratus, Judicium aliorū imque, qui populo præsunt, sed eæ non sunt hujus disquisitionis. Nos itaque memores propositi nostri, quod est de principiis Juris naturalis enchiridion scribere, hæc jam missa faciemus, lectorem ad aliorum hac de re politicas lucubrations remittere contenti & in primis ad commentarium de Jure Belli ac Pacis, sæpè jam citatum.

*De jure foederum & armorum, ut & tributorum at vitæ necisque sufficienter egimus in (a) Instit. Polit. dum non solum naturam, sed & partes illorum & momenta ac differentias diligenter exposuimus, quod etiam B. L. remittimus.*

(a) Part. I. c. VII. à p. 229. usque ad p. 232.

\* ( 255 ) \*

CAP. VII.

DE

JURE NATURALI  
CONCESSIVO.

§. I.

**I**ximus (a) supra *Jus Naturale* aliud esse *Concessivum*, aliud vero *Pracepterum*. *Absolutis* igitur pro modulo nostro *divinis* & *publicis*, superest, ut ea jam, quae *concessiva* sunt, examinemus, quae tam latè patent ac leges, de quibus postea acturi sumus. Ideo que singula suis locis inseremus; interim partem primariam hic prosequuturi. *Habet jus naturale concessivum* inter alia pro objecto ipsum *hominis corpus*, & alia quædam *accidentia*, quæ ei aut sunt *intrinseca*, aut *extrinseca*; *In-*  
*trinseca*

*trinseca* voco vitam, libertatem, existimationem; *Extrinseca* vero, que ad sustentandam corpus pertinent.

(a) c. II. §. IX.

Quamvis objectum hujus iuris concessivi humani, de quo Autor hic agere instituit, amplissimum sit, & non solum quid liceat homini naturaliter in se, sed & in actiones & res suas, ambitu suo contineat, placuerit tamen Autori hic saltim primam illius partem, quid liceat homini in seipsum, h. e. *corpus*, *vitamque* & *eis coherentia*, *incolumentem*, *existimationem*, *libertatem*, *securitatem*, *dignitatem* idque genus alia, examinare & ex suis principiis deducere.

## S. II.

*Corpus ipsum* quod attinet, non quidem bona absolutum habet dominium, ut de eo pro labitu disponas, habet tamen eam facultatem, que dominio proxima est: Et hoc est, quod dici solet: *Neminem esse dominum membrorum suorum:* (a) *Item liberum corpus nullam recipere existimationem:* (b) *Nam nihilominus pro membro liberis*

liberi hominis aut fracto aut vulnerato utilis legis Aquilæ actio competit. Et (a) licet cicatricum & deformitatis nulla fiat æstimatione, tamen impensarum in curatione factarum & operarum, quibus caruit, aut cariturus quis est, ob id quod inutilis factus, ratione habetur. Illud certè generale est, quod totius conservandi causa membrum aliquod non tantum incidi, sed & secari & abscindi potest: id tamen leges civiles nisi cum consensu superiorum non permittunt.

(a) d. ill. 13. & fin.

Agit hic de Jure concessivo circa corpus, notaque, & quidem rectissime, quod quamvis homini non competit plenum & absolutum dominii jus in corpore, ut pro libitu de eo possit disponere, illudque luxare, mutilare aut perdere, sed soli DEO, vita necisa, omnium mortali arbitrio, ipsi tamen adhuc superesse facultatem quandam moralem non solum corpus

R

à DEO

à DEO sibi concessum tuendi & conservandi  
 actionemque etiam in foro instituendi ad-  
 versus eum, qui corpori ipsius vim intulit,  
 membrum fregit aut vulneravit; sed etiam  
 cum opus sit, & membrorum aliquod gangre-  
 nū aut consimili aliò morbo insanabili corre-  
 ptum, ne pars sincera trahatur, aut totum  
 corpus pereat, secandi abstinentiae. Prò  
 cuius uberiore intellectu notandum, quod  
 Deus plenissimum dominii jus ut in vitam  
 ita in res nostras habeat, eique soli, ut (a)  
 Serarius loquitur, summa & contra quam  
 nihil potest excipi vita necisque curætorum  
 hominum potestas competit, ita ut eam à no-  
 bis auferre & destruere possit (b) sine ulla  
 causa & quovis tempore; non saltim ex  
 ὑπερχρήσει & eminentia quadam, ut visum est  
 (c) Amyraldo, sed etiam ex creationis bene-  
 ficio, quā homo ut esse suum accepit & à  
 DEO productus est, ita eadem DEI potesta-  
 ti & juri ita obnoxius factus, ut citra ipsius  
 voluntatem nec homini in corpus sèvire, nec  
 membra mutilare aut abscindere, nisi totius  
 conservandi causa, liceat. Apposite hanc  
 in rem (d) Brochmandus: Omne jus, quod  
 DEVS sibi vendicat in creaturas, veluti æqui-  
 tate temperatum est, ita nititur aliquò DEI in  
 creaturas beneficio. Si enim quicquam in re-  
 rum natura esset; quod per actionem nullam  
 divinam esset id, quod est, nullò certè jure illud

DEO

DEO subditum dici posset, eo quod à DEO non  
dependet, ac eapropter sua iuris effet, &c.  
Quo hinc ad astiose legis Apollie utili pro  
membro liberi hominis mutilato fracto au  
vulnerato subjiciuntur, adeò vero consona  
sunt, ut etiam in jure naturæ fundatum  
inveniant, utpote quo (e) qui mutilavit sibi  
huc ad impensis, si que facta sunt in Medicis  
aut Chirurgos, & ad estimationem ejus, quod  
jam, qui mutilatus est, minus poterit lucrari,  
teneatur, juxta illud: quiff) de actu tenetur,  
similiter teneatur de his, que ipsam ex actus vi, in  
tellige per se & non per accidens, sunt consecuta;  
ut tamen (g) siquicunq; vita, ut boni inestimabili  
& supra omne pretium pecuniarium  
posita, in homicidio, ita & hic cicatricis aut  
deformitatis in libero homine nulla sit  
estimatio.

(a) in Jos. c.XVI, 13. (b) Hug. Grot. de Jur. B. ad  
P. lib. 2. c. 21. §. 14. n. 5. (c) tr. Gallico de  
Prædestinatione c. 4. (d) in artic. de Pizde  
stianat. c. 3. qv. 7. (e) H. Grot. lib. 2. c. 17. §.  
14. (f) Grotius eit. c. 6. 12. (g) Idem §. 13.  
§. 14. B.M.

¶. III. Interrogationis  
Sequitur *questio de vita*, quæ duas  
habet partes: disquirendum itaq;,  
quid homini pro vita & in vitam liceat?  
Vitam omnibus modis defendi  
R a pæsse

posse etiam pro periculo, imò & ja<sup>c</sup>tura vite alienæ, constans est omnium sententia. (a) Omnis enim honesta ratio est expediens salutis. Hinc illud: Hoc (b) Et ratio doctrinæ est necessitas barbaria, Et mos gentibus Et feris natura ipsa prescripsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent. Et ratio est evidens. Primum (c) in omni genere debet esse defensio, quia natura potior est salus nostra, quam adversarii pernicires. Vnde & illud egregium: Est (d) naturæ lex illa, qua in omnibus valet, ut velint vivere, idque ipsum est, quapropter eos, qui vix manifestè nos volunt spoliare, hostes censemus. In cundem sensum loquuntur & JCti (e) Gajus: Si servum tuum latronem mitie insidiam-  
zem occidero, securus ero; Nam adver-  
sus periculum naturalis ratio permit-  
tit se defendere. Et Florentinus:

Jure

Jura (f) hoc evenit, ut quod quisque ob  
tutam corporis fecerit, jure fecisse exi-  
stinetur. Vopianus item: (g) Vim  
ut repellere licere Cassius scribit, idque  
jure naturæ comparatur. Paulus ve-  
rò curii dixisset: (h) vim vi defen-  
dere omnes leges, omniaque jura per-  
mittunt: Postea addit duas limi-  
tationes optimas: illum solum, qui  
infart, ferire conceditur: Et hoc si tu-  
endi, duntaxat, non etiam ulciscendi  
causa factum sit.

(a) Cicero Orat. pre Milone. (b) Cicero eod. loc.

(c) Quintilian. VII; c. 11. 2. (d) Joseph. de  
Bell. Judic. lib. 3 c. 1. (e) L. itaque 47 ff. ad  
L. Aquil. (f) L. ue vim. 3. ff. de Just. & Jur.

(g) L. I. S. vim. 27. de vi & vi app. (h) L. Scit  
entiam 45. S. 4. ff. ad l. falcid.

*Quid licet homini pro vita, haud ita  
pridem peculiari de Moralitate tutela inculpa-  
te dissertatione exposuimus; dum illius non  
moderamen solum & conditiones, sub quib  
bus ipsa probari solet, ut & amplitudinem  
& objectum, sed & illud in primis monstravi-  
mus, quod (a) ipsa interdum debita & jure  
naturæ præcepta; interdum eō jure probis-*

vita & indebita ; interdum vero licita & juri-  
matti , ut & chantas se scitis religionis Chri-  
stianae non contraria sit , (b) expensis insimul  
*Magni hominis Theologi Rostochiensis , Henric.*  
*Müller , argumentis , quibus unicuique in-*  
*vato persuadere conatur , si apud Deum se in*  
*statu gratiae constitutum esse sentiat , potius*  
*sibi pereundum esse , quam ut invalor , si oc-  
ciderit , periculum aeternae damnationis in-  
curat .*

(a) e. 3. S. a. (b) e. cod. S. 3. & sequens. (c) In  
Theologischer Erörterung zweyer Fragen / (1)  
Ob ein Christ in gewissen Fällen für seinem  
Nachstet das Leben zu lassen schuldig sey ? (2)  
Ob ein Christ von einem Drückebold über-  
fallen lieber tödten soll oder sich tödten lassen .

#### §. IV.

Difficilius est de altera quæ-  
stione , quid in vitam licet , iudici-  
um , propter auctoritatem ma-  
gnorum apud Ethnicos virorum ,  
qui homines & retinendæ & a-  
mittendæ vitæ suæ dominos esse  
voluerunt ; quin & pro gloriofo  
facinore habuerunt , si quis aut  
mactu majoris mali aut tædiō vi-

tec ,

te, violentas manus sibi inficeret.  
 Sed nos melius e docti gravissi-  
 mis de causis accedere ipsis non  
 possumus. Cum enim à Deo  
 homini vita sit concessa, quam-  
 diu ipse voluerit, profectò in Des-  
 jus involare dicendus est, qui de-  
 cretum ejus factò suò quasi præ-  
 venit, neque quid de se statuturus  
 sit exspectat: quemadmodum in  
 militia miles gravissime peccare  
 dicendus est, qui (a) aut militiam  
 deseruit, aut stationis murtus reli-  
 quit. Deinde etiam cum homo  
 reipubl. civis & membrum sit, in-  
 signiter in eam injurius est, tam  
 qui seipsum, quam qui alium ci-  
 vem reipublicæ subtrahit. Im-  
 mó tanto plus peccat, qui se,  
 quam qui alium occidit, quod ali-  
 um occidens corpori tantum ejus  
 vocet, non item animæ: at qui

R 4      seipsum

seipsum necat, & corpus & animam nefandè perdit. Optime  
 (b) Augustinus: *Hoc docemus, hoc  
 afferimus, hoc modis omnibus approba-  
 mus, neminem sponteancem mortem ini-  
 ferre sibi debere, veluti fugienda moler-  
 fias temporales, ne incidat in perpetuas  
 neminem propter aliena peccata, ne hoc  
 ipse incipiat habere gravissimum pro-  
 prium, quem non polluebat alienum: Ne-  
 minem propter sua peccata praterita,  
 propter qua magis hac vitæ opus est, ut  
 possint pœnitenda sanari: Neminem de-  
 siderio vita melioris, qua post mortem  
 speratur, quia reos sue mortis melior  
 post mortem vita non sequitur. Item  
 paulo ante: (c) *Si non licet privata  
 potestate alicui hominem occidere, vel  
 nocenteem, cui occidendi licentiam nulla  
 lex concedit: Profecto etiam qui se-  
 ipsum occidit, homicida est.* Neque  
 huic nostræ sententiae refragatur  
 dictum Vlpiani: (d) *Licet servis**

math.

naturālīter in corpus suum se viret. Nam illic vox, *Naturālīter*, īmpropriē pro eō quod sēpe fit accipitur. Melius idem ipse Vlpianus alibi: (e) *Excipitur & ille (nimis) mirum edicto Aēdilium, ut nēmpe redhiberi servus possit, si in venditione non expressum sit hoc vitium) qui mortis cōscīētā cāusa quid fecerit: Malus servus creditus est, qui aliquid facit, quo magis se rebus humanis extrahat, & rationēm addit,* (f) *tanquam nonnihil in aliū usurus, qui hoc aduersus se ausus est.* Quā rationēm in eadem hac materia etiam consideravit Martianus, (g) dicens, *qui sibi non percōit, multō minus alii parcat.*

- (a) L. desertorum 3. & 5. qui stationem 5. ff. de remilit.
- (b) Aug. lib. 1. de civ. Dei c. 17. 8. in decret. caus. 23. quart. 5. c. si non licet 9.
- (c) eod. loc.
- (d) L. sed si 9. §. si ipso 7. ff. de pecul.
- (e) L. 1. §. 1. ff. de Aēdil. Edict.
- (f) L. cum autem 23. §. excipitur 3. ff. dict. tit.
- (g) L. fin. §. 6. ff. de bon. sorum, qui mortem sibi conse.

Autor

Autor hanc quæstionem ; quid liceat homini in uitam ? multò difficultiorem esse judicat illa alterā, quā quærebatur, quid liceat homini pro vita ? non tām ratione sui, quā potius propter dissentientem (a) Stoicorum (b) aliorumque Philosophorum gentiliūnī auctoritatēm, qui homines & retinendꝫ & amittendꝫ vitæ suæ dominos, & servitutis ac membrī aut alterius mali fugam , quin & spem gloriæ justam caufam mortis voluntariæ esse voluerunt. Utitur autem ille infœditate hujus ἀντοχείας adstruenda præ ceteris his rationibꝫ, quod non solum autóxet DEI, ut vita sua arbitri ac domini, iure invulet, & decrotum ipsius de non deserenda vita statione factō suo turpiter præveniat, sed & in ipsam Rempublicam, quam privatō ausu ciue ac membrō privat , injurius & quovis alia homicida longè pejor ac detenor fit ; addimus his, quod talis etiam contra communem naturæ inclinationem, Philautias, & cuique conservandi se permanendꝫ, infitam voluntatem agat , inque precipua juris naturalis capita : ne occides non te aut alium ; unicuique suum tribuendum , depositum reddendum ; &c. impingat. Benè de hoc deposito agens (c) Josephus : Si quis , ait , depositum hominis surripuerit aut male tractaverit, pessimum statim & perfidiosus habetur. Si DEF depositum ex proprio corpore quis ejecerit, cum se latuisse, quem kese-

laserit, estimabit. Et servos quidem fugientes  
ulcisci justum creditur, quoniam nequam do-  
minos fugerint: ipsi vero *DEVM* fugientes &  
optimum *DEVM*, impi facere non videmus?  
Loquimur autem, ut patet, non promiscue  
de quibuscumque dorso, etiam illis, qui  
ex quadam phrenesi & melancholia usu ra-  
tionis orbati, praeter voluntatem & proposi-  
tum fibi manus violentas inferunt, utpote  
(d) quos, modo de ipsorum vita honesta &  
pietatis editis speciminibus fatis constat, non  
magis damnare possumus atque infantem  
aut puerulum, de fenestra se precipitem dan-  
tem, aut acutō cultro fibi vitam præscinden-  
tem, sed de illis solum, qui vel cum (e) *Prin-*  
*cipe Theutonem, Ritigero, ex amoris, quo er-*  
*ga Vendam virginem, Craci, Polonia Regis,*  
*filiam sed frustra flagrabat, impatiens sum-*  
*maque infelicitate; vel cum (f) *Spartanis vir-**

**habetur.** I. Gorinth. 13, 3. *Et si tradam corpus meum, ut comburar, charitatem autem non habeam, hoc nihil mihi prodest; quicquam in excessu habet, cum Paulus ibi sermo sit de statu, aut casta persecutionis, quod si mors a Tyranno intentata necessaria opere sit, homini pio potius extrema quoque, quam ipsa mors, perferenda sint, quam ut iniquum aliquid admittat, ut tamen, si absuerit charitas, hoc ei nihil quicquam profuturum sit.*

*An vero proprietatis etiam illi appumerandi sint, qui, ne apparatus belli cum navibus in manus hostium deveniat, damnumque inde Republicae sua accrescat, incenso ab se pulvere tormentario, se interficiunt? dubitare multi, motu, cum aliis, tum in primis reipubl. salute & publica utilitate. Sed cum obster (m) lex Dei superior & naturalis, se interficere interminantur, non minus hos quam illos peccare inque censum auctoritarum venire putamus, etiam si utilitatis publicae intuitu ipsi perierint.* Quamvis enim, quod diffixendum haud est, utilitas reipubl. magna sit, adeo ut (n), ipsa civitas aut qui ejus vice fungitur, singulorum rebus uti easque etiam alienare & perdere posse, non tantum ex necessitate summa, qua privatis quoque ius aliquod in aliena concedit, vcluti tempore summæ egestatis & famis, sed ob publicam utilitatem, cui privatos cedere illi ipsi voluisse censendi sunt,

funt, qui in civitem coetum coiverunt; immo, quod majus est, suorum civium vitam, si opus sit, summo exponere potest periculo; tanta tamen utilitas ista non est, ut quod intrinseca ratione malum est, veluti est *auto-  
xenja*, intuitu illius malum non sit, cum ne Deus quidem, immensæ licet alioqui po-  
tentiae sit, efficere valeat, ut quod suâ natu-  
râ turpe, turpe non sit, et si non detur tunc  
repugnancia ex parte Dei, sed ex parte objec-  
ti. De sensu (o) effati Vipiane: licet ser-  
vis naturaliter in suum corpus servire; (p) al-  
teroque huic contrario: quod creditur effi-  
serous, quo aliquid facit, quia magis se rebus  
humanais extrahat, ut pata laguncula ror sit, sive  
medicamentum pro veneno bibet, precipitemve  
se ex alto miserit aliudvè quid fecerit, quo fa-  
ctò speravit mortem preventuram; consulan-  
tur qui hic commentarii sunt, (q) Wissen-  
bachius aliisque Juris Civil. Doctores. Illud  
adhuc hēc tenendum est, nihil intetesse (r)  
quis propriis an alterius manibus in arces-  
senda morte usus fuerit, cum ipse censeatur  
fecisse, quod per alium fecit, et si nec ille,  
qui ita manus suas huic ministerio accom-  
modavit à culpa homicidii immunis sit.

(a) T. Annæus Seneca Epist. 70. ad Lucilium &  
Epist. 59. & lib. 3. de Ira. c. 15. Cicer. 3. de finib.  
qui sspè, ait, officium sapientis est, à vita de-  
sciscere. Vid. Laert. in Zenonis decretis Eu-  
can.

can. IV, & Tobias Magirus Polymniae mon  
seu Florilegio locor. commun. sub tit. *auto-*  
*xiepsia.* (b) de Philosophis Sectioneis, idem  
cum Stoicis sentientibus, vid. Porphyrius L.  
de abstinentia ab esu carnium. (c) lib. 3. de  
Bell. Judaic. c. 14. (d) Wendel. Philos. Mag.  
lib. a. c. 13. p. 493. Baldinus Cassib. Consc. Po-  
lanus Theol. lib. 10. c. 19. qu. 2. (e) Joh. Her-  
burdas de Fulstig. Chronic. Polon. lib. I. c. VI.  
p. 5. & 6. (f) vid. Wendel. cit. c. p. 494. (g)  
de Mlechis virginib. vid. Hieronymus adver-  
sus Jovinianum de virginie Potentiana Alexan-  
drina, de agnata Pelagia, Thedora, Eusebius  
in Histor. Eccles. lib. 6. c. 5. & lib. 8. c. 15. Aar-  
ebos Sermon. 19. (h) Joh. Ad. Osiander Pro-  
legom. in Hug. Grot. p. 22. (i) Vnde Albinus  
Robertus. ex. judicata. 12. qui memorable  
adserere exemplaria de quedam Gallo, qui vi-  
tam suspendit sustinuit, in charta scriperat;  
dissolvit, ut sim cum Christo, nec vanas fides.  
(k) Josephus quod loco de Phalaëlis & detibe-  
ratione Metodis agit. (l) patro II. c. 9. p. 974  
& seqq. (m) Tertior. Synops. ac. Genit. c. V.  
§. 42. & seqq. p. 4. §. 43. (n) Hug. Grot. de  
Jes. B. ac. P. lib. 3. c. 20. S. 7. n. 1. (o) I. fed si  
9. S. triplex servus. 7. ff. de Peculio. (p) I. cum  
autem. 23. S. 3. ff. de adiit. edicto. (q) Disserta-  
29. n. 11. & seqq. p. 296. (t) Pfendorf. de Juris  
Mar. & Genit. lib. 2. c. 4. S. 3. p. 306.

## §. V.

Liberos homines (nam de iis so-  
lis hic agimus) in libertate (a) na-  
sci, atque ita libertatem iisis nascendo  
a matre

à natura concedi constat. Plus tamen  
in eam juris, quam in vitam ha-  
bere homines, vel inde apparet,  
quod (b) se ipsos in servitutem  
vendere possunt. Quod quant  
quam ex jure civili introductum,  
ac ideo per (c) constitutionem  
Imperatoris posteriorem iterum  
sublatum sit, satis tamen inde  
colligitur, jus naturæ ei non re-  
pugnare, & non concessam ei  
libertatem, ut alienari illa nullò  
modò possit. Cum igitur (d)  
libertas inestimabilis res esse dicitur,  
& (e) infinita ejus estimatio; tunc  
id cum grano satis intelligen-  
dum, exempli gratia, ubi de li-  
bertate quæstio, ne æstimatio ad  
infinitum extendatur, certam (f)  
summam ejus nomine promitten-  
dam. Verum enim verò quic-  
quid sit de jure civili, certè (g)  
jure

iure gentium per captivitatem in  
 bello libertatem amitti, omnibus  
 in confessio est, in vicem vitæ,  
 quam eo jure victor potest exipo-  
 re. Hinc (h) Poëta:  
 Vendere cum possis captivam, occide-  
 ri. (i) Servat milites sine passus statim  
 obiit, etiam si cœlum aretque (k).  
 Pro libertate autem conservanda redi-  
 fere homines posse quod pro vita, inde  
 manifestum est, quod de jure  
 gentium (nam de jure civili, ni-  
 hil in invitos statuitur) si in bello  
 vita non amittitur, succedanea  
 est in viciis jactura libertatis,  
 quam propterea ad extremum  
 usq; spiritum propugnare omni-  
 bus licet.

- (a) §. ias autem §. Instit. de jur. nat. (b) §. servit  
 autem 4. Institut. de jure personar. (c) No-  
 vell. Leon. LIX. (d) L. libertas 106 ff. de Reg.  
 Jur. (e) L. non est 176. §. 1. god. tit. (f) L.  
 Procurator 8. §. 2. ff. remittatam haberi. (g)  
 dict.

dicit s. ius auctem. & s. servitatem ap. Iustit. de jure person. (10) Horat. Epist. lib. I.

**Post doctrinam de jure hominis in vita em.**  
 sicut Autor sollicitus est de jure seu potestate  
 dominis in se, quae ad differentiam libertatis  
 ciuitatis, h. e. maiestatis, de qua superiore ca-  
 pite egimus, libertas personalis dicitur, in eo  
 consensu ut quis quidem sui juris, nec alterius  
 potestati subjectus sit, alioquin tamen arbitrio  
 passionis se possit subjecere eademque que ipsi in  
 se licet, vel in totum omnino, vel secun-  
 dum quid ex parte, aliis permittere. Quan-  
 quam enim (a) libertas cuique homini natu-  
 ralis est, non tamen ita est naturalis, ut ho-  
 mo nunquam ferire possit, autem jus ha-  
 beat, ne unquam serviat, cum hoc sensu  
 nemo liber sit, illudque (b) Abutit hic per-  
 tineat: neminem natum libernam esse, quem  
 non servum, hac postea nomine singularis impo-  
 siisse fortunam; & illud (c) Aristotelis: è lege  
 umissa, ut alius effet liber, aliis servus, Quo-  
 circa cum homines dicuntur natura liberi, id  
 intelligendum est (d) de jure naturae, prece-  
 dente omni factum ac institutum humanum,  
 & de libertate sola natura saepeq; seu ea  
 quae excludit omnem hominis consensum,  
 vel expressum, vel tacitum, aut factum hu-  
 manum; non de jure, factum hominis in-  
 sequente, aut libertate vel ex voluntate, cum

variae intervenire possint cause ac tituli, quibus quis alterius potestati subjici ejusque fieri possit servus, sive jam id fiat titulo multui consensus, sive titulo captivitatis, sive titulo delicti, sive titulo emtionis venditionis idque genus alio, juxto tamen & non iniquo, titulo, de quibus omnibus eorumque justitia fuisse egimus (e) in Institutione Politice, insimulque illie ostendimus, quod nulla prouersus (f) inter Imperatorem, cui omnes homines natura liberi, & (g) Aristotelem, qui quosdam homines natura servos esse dixit, pugna sit. Geterum que hic de libertate ab Autore proferuntur, ac si homo plus in eam ac in vitam suam licet, ea omni facere videtur dubio, eam ad vitam, ut donum quoddam Dei sibi eripendam, tenui supra demonstratum invicem, nulli hominum jus sit, hominique solum cura corporis servitiae sua a Deo data, ea ut patitur, non abutatur, utque eam custodiat & non perdat; libertas autem homini ita a Deo concessa sit, eam ut & retinere & perdere pro arbitrio posset. Alio verè pro libertatis conservatione idem quod pro vita licet? ut visum est auctor, non immereor dubito. Quamvis enim, quod diffidendum haud est, libertas magni momentis sit, & infinita ferè ejus (h) de jure civili estimatio, vite tamen nullatenus equiparanda est, utpote qua iudicis (i) Hugo

Grotius

*Grotio* fundatum omnium temporum  
bonorum, & eternorum occasio bonumque  
prosperus irreparabile est, id quod de libertate,  
sive eam sumas in una homine, sive in toto  
populo, dici nequit.

- (a) I. libertas. ff. de stat. hom. (b) via. Sene. 3.  
Controv. 21. (c) I. Polit. (d) Hug. Grot. lib.  
2. de Jur. B. ac P. c. 22. §. xi. (e) Part. I. c. 4.  
§. 3. & legg. (f) cōd. c. 4. §. 16. (g) I. Polit.  
c. 3. (h) I. libert. ff. de reg. iur. & l. non est.  
276. §. 1. cōd. tit. (i) lib. 2. c. 24. §. 5. h. a.

### S. VI.

*Existimationis* eadem fere est ra-  
tio, unde & vita comparari solet:  
(a) fama enim est vita paribus passibus  
est. Et (b) crudelis esse dicitur qui  
famam suam negligit. Nec id mi-  
rū, cum (c) existimatio sit dignitas  
illis illa se statutus legibus ac moribus com-  
probatus, quae existimatio a nobis  
contemni non debet: *Nobis* (d)  
enī necessaria est vita nostra, sicut alia  
fama nostra. Præsertim (e) cum et  
nunquam nisi cum libertate plene con-  
sumatur, neque res ipsa possit, (f) vita

*ob turpe aliquod facinus ab homine per-  
petratum. Vnde latine loquentib⁹:  
(g) omnis causa existimationis capitalis  
videtur.*

- (a) L. justa. 9. ff. man. vind. (b) Caus. 12. qv. 2.  
cap. nulo. 10. (c) L. cognitionis. 5. S. existi-  
matio. 1. ff. de extr. cogn. (d) dicto cap. non  
funt. 56. (e) à dict. I. 5. S. final. (f) rot. tie.  
ff. de his qui not. infam. (g) L. licet 3. ff.  
verb. signif.

*An fama existimationis eadem atque  
vita ratio sit & hic disquiritur. Ita quidem  
sentit Autor cum (a) Gregor. de Valent. (b) Do-  
min. Barnes, (c) Navarro, (d) Sayro, (e) Can-  
muele, (f) Laymanno, omnibusq; quibus fama  
& vita in pari habentur dignitate. Sed enim,  
etiam si ferme communis hominum estima-  
tio pro ea sententia pugnare videatur, ca-  
men quia occisio illa (g) modus iniuriebus  
est ad tuendam existimationem, & hæc sine  
illa auxiliō magistratus commodè potest de-  
fendi, male & contra naturæ jus morte of-  
fendantis expiri solet, (h) cum omnis defen-  
sio, quatenus necessitate destituitur & mo-  
ram patitur, non defensionis sed vindictæ  
privatæ veniat nomine. Evidem Layman-  
nus; Sayrus & ceteri Doctores morates, quos  
jam nominavimus, maxime bte. adferunt ra-  
tiones, è quibus tamen hac præcipua & prin-*

ccps

ipso dicitur, quod retinendarum rerum ac bonorum causa licitum est raptorem interficere, si alia non adsit ea recuperandi ratio; quanto magis, quae pluris & potior est, existimationis tuendæ cause, dummodo, quod illi addunt, spes sit adversus hædente prævalenti. Sed R. p. per inversionem s. Si enim crederemus & per se rerum servandarum causa nemo potest occidi, homicidiique culpati incurrit, qui fugientem raptorem absque vita sua periculo prosterunt & additâ ratione quod nulla hinc inter bona fortuna & vitam raptoris cum temporalium tuis eternam adhuc proportionio omnisque extrema furem intercedendi expiret necesitas, sequitur, quod nec fama honorisque defensio cum occisione alterius quantum jus naturæ attinet, unquam permissa sit. Suffragatur nobis Pater Augustissimus, (1) Augustinus: quomodo, sit, apud divinam providentiam liberi sunt, qui in his rebus, quas contemni aperter, humana cede polluti sunt. Adhuc fama, quocunque tandem modo spectetur, aliter quam occasione reparabilis est. Si enim fundamentaliter & in primis, ratione virtutis spectetur, sic semper in potestate ejus habetur, cuius est virtus, quæ invito nunquam potest eripi; si vero formaliter & extra se, quoniam unus est genus, de qua virtute opinio est, sic mea tibi famam tuendi via suspetunt;

S 3 veluti

vehant per retorsionem, palinodiam & si quā  
sunt ejus generis famam recuperandi modi  
alii. Benè igitur laudatus (k) Augustinus a  
bonorum uoque ad mortem ejus, qui cum vior  
tare veniat, defendere, præfus improba & cum  
honor par sit in paresitate nostra, (intellige for  
mabiles & extrinsecè), sed amitti posse quam  
ab invicem. Néque juvant Autorem ceteros  
qua dissidentes varijs in hac materia ex  
Corpoce Juriis civiliis de prompta leges, cum  
hic non de foro soli, sed poli & consciencie  
sermo sit, nosque quid fieri, sed quid jure fieri  
debeat negotiandum sit.

(a) Tom. 3. disput. V. qv. 6. punct. 8. (b) qv. 64.  
art. 7. dub. 3. (c) lib. 2. c. 3. n. 378. (d) Gal.  
Consc. lib. 2. c. 10. n. 27. (e) vid. August. Dicte  
Tr. 1. c. 7. resoli 48. (f) de Just. 1. 3. part.  
2. c. 3. n. 3. (g) Lest. de Justit. & Iur. c. 9. dub.  
12. n. 79. & ex eo Grotius lib. 1. c. 1. §. 10. n. 3.

(h) Windler. de Princip. Jur. lib. 4. c. X. p.  
415. (i) lib. 2. de Lib. Arbitr. c. 1. (k) ebd.

## §. VII.

Illud certe vitæ libertati & ex  
aminationi communetur, ut in de  
lictis (quod spontaneum esse ne  
cessum est) poenam amitti plane  
possint. Ex illa quidem ex  
littera.

lege veteri, quæ multa capitalia supplicia pro modo delictorum admittit, res clara est. Deus enim naturæ Auctor, cum vita & necis liberrimam in omnes homines potestatem habeat, vicarios sibi hac in parte summos magistratus constituit, ut facinorosi in poenam delicti eâ privari possint; *Libertas* autem, manente vita, etiam per deportationem admittitur; *Existimatio* vero (a) ex delicto non tantum cum libertate interire, sed etiam ex aliis quoque causis minui potest. Hæc omnia lucem scenerabuntur iis, quæ de juris naturalis immutabilitate supra à nobis disputata sunt.

(a) L. cognit. s. s. 2. & 3. ff. de exgr. cogn.

*Ut summo impenant ex (a) causa delicti vita ac bonis civium auferri possint, ita & vita adherentia, libertas & existimatio.*

de hinc quidem, quod ea homo ob atrociam  
se perpetratum facinus in poenam privati  
posit, res est evidens extantque eam in  
rem in V. T. complures extremum supplicium  
ciumdistantes leges. An autem praeceps  
delicta, que lex per Mosen data morte puni-  
vit, aut que his recta astimatione sunt pars,  
ad huc alia poena ultimâ plectenda sunt? De  
inter Doviores non convenit. Seamus  
cumque fecutus (b) Grotius, qui legem He-  
breorum adiquatam ubique poenarum men-  
suram faciunt, id negant. Sed quia illa  
pars legis Mosaicæ, quæ de iudiciis disponit,  
positiva & civilis Ebororum, ad genitum  
gentis istius & reipublicæ, pro ratione loci  
& temporis, attemperata, nec ex intentione  
Dei amplius illa, atque respublica Judæos,  
durare debuit, ideo (c) alii ab his secessum  
quarentes, non solum ob illa delicta, quæ  
lege Mosis capitalia & atrocia erant, sed &  
ob plura alia, tanta atrocitate non gauden-  
tia, exigente ita salute populi supremâ &  
utilitate publicâ, facinorosos morte puniri  
posse existimat, quemadmodum de furto,  
venatione contra leges facta, aliisque ey-  
dens est, neque in puniendis istis ubique  
respiendiendum esse ad equalitatem rei, seu ut  
poena exactè commensuretur delicto, sed  
fatis esse, si ipsa in proportione ei responsa  
deat & pro ratione loci, temporis, frequentia  
item

item delictorum & statu reipubl. etiam asperiora solidæ nequitate adhibeantur remedia, absque quibus si foret, nec domi, nec ruti quisquam sua typeri posset. Sicuti autem homines ex titulo delicti, vita, ita & manente utta libertate & existimatione, illâ longè inferioribus, privari possunt, cum à majori si id est, minus credibili, ad minus, id est, magis credibile ubique procedat affirmatio; sive jam id sit deportatione, (d) quæ ubique ferè hodie in usu esse deficit, ejusque loco pena arbitriata surrogata est sive damnatione ad perpetuos carceres, qui id genus panis agit.

(a) Pufendorfus de Jure Nat. & Gent. lib. LIX.

c. 3. §. 1. (b) lib. 1. de Jur. B. ac P. c. 1. §. 13.

(c) Pufendorf. tit. c. §. 26. Zigler. Osiander Notis ad Grot. lib. 2. c. 1. §. 14. (d) Wissensbach. disput. XV. ad Reg. Jur. p. III. §. 13.

### §. LIX.

**Quæ ad sustentationem hominis faciunt, ea in (a) viatu, amictu & domicilio præcipue consistunt. Ad viatum spectant esculenta & potulenta, id est, cibis ac potus. De his aliter judicandum, manente inter homines honorum communio-**

S 5 munio-

munione, aliter post eorum divisionem. Communionis tempore per rerum naturam licuit cibum ex arboribus carpere; fructus, quos terra ferebat, legere; feris, piscibus, volucribus, quos quisque ceperat, vesci, atque ita non occupata, occupare, nisi cum iniuria ea in usum suum consumere poterat prohiberi; si vero aliquis ab alio semel occupata iterum vellet occupare, manu ei resistere licebat. (b) Concessum sibi ut quisque malit, quod ad vit & usum pertinet, quam alios acquiri, non repugnante natura. Et (c) aliis: Si bac conditio est, ut quicquid in usum hominis res sit, proprium sit habentis, profecte quicquid iam possidetur, iniuria sufficiat. De potu idem esto: judicium, cui ante reperitur vinius, aqua, aut profluens, aut

ex fontibus aut effossis i putois  
bausta , sufficiebat , neqve poter-  
rat quis prohiberi aquæ proflu-  
entis usu . Hinc (d) illud :

*Quid prohibetis aquas ? nrae equum  
munis aquarum est.*

Neqve aliter circa amictum vel  
vestitum se res tunc habuit , cum  
homines vel nudi viverent , vel  
se corticibus arborum , aut fera-  
rum , itemqve ovium pellibus  
vestirent , quæ omnia ad manum  
erant , neque multæ cegebant pa-  
ratu . Domicilii vero exstruc-  
di nullus erat usus : nam tunc (e)  
antra fuere domus , quæ occupari  
statim poterant , eique , qui occu-  
paverat cedebant . Quæ omnia  
sic optimæ explicat (f) Tragicus  
Græcus :

*Communis ethere Bonitatis , tollus  
quodque , in qua ampliare sic est dominum ,*

Ungubalium rebus ac tempore  
Sed de his jam satis pro nostre  
instituto. Plura qui desiderat,  
adeat: inter alia (g) comitentariis  
de Juro Belli ac Pacis.

(a) I. verbō viētus. 43. ff. de V. S. (b) Cicer. de  
Offic. 5. (c) Quintil. de leg. 13. (d) Ovid.  
metamorph. (e) ibidem. (f) Euripides He-  
len. (g) H. Grotius de Jur. B. de P. lib. 2. c. V.  
§. 4. 3. &c. seqq.

Hūisque Auctor de iure corporis hu-  
māli, vīa pīdelecti, hujus, cōbēntib⁹, li-  
bertate & existimatione, pro instituti sui mo-  
dulo ēgit. Jam etiam de Extrīis, b. c. 18,  
q̄d ad dominis sufficiātōrem faciunt, veteri  
vītu, pānētu & domoq̄to agere institui.  
Ita autem primum, de vītu dīserit, ut tem-  
pus omnīmodā communionis à tempore di-  
visionis ſeti proprietas fecerit, itō  
unicuique per rationē natūram līcātō ſcribit:  
cibum ex arborib⁹ carpere, fructus, quos  
terra tulit, legere, ferīs, pīcībus & volūcti-  
bus, quas quisque cepit, vēcti, atque ſea-  
non occupata occupare, aut à ſe ſemel o-  
cupata auferre volenti manu resistere.  
Ae-  
ſicuti nulla unquam omnīmodā rerum ſuie  
comunio, ſed cuncta statim à mundi incu-  
pabulis, quod ſupra dīſertum ex divina do-  
natione

natione in Adami, & mediante eo, in ipsius posterorum proprietatem iacetunt, ita licet hæc distinctione, dicimus, quod primi mortaliū, posteaquam eos à primaria dignitate precipites dedit Creatoris neglectus & inobedientia, terraque maledictioni obnoxii esse coepit, simplici vita vixerint, ciboque renoi, h. e. herbis ac fructibus, quos terra produxit, & potu naturali & communi, h. e. aqua, usi fuerint. At cum his, quæ primæ vis obvia & optima erant, non contenta esset ætas posterior, & vitiis pauperrimatim surrepentibus, lautius ac delicatius vita genus quereret, cum ad varii generis cibos & potus parandes homines animum applicarunt, vitaque subsidia in luxuriam versa & progenitum regionumque genio alia aliis facta sunt. Quod de nictu, id quoque de amictu dixerim, cum & hic primum ex (a) corticibus arborum ferarumque pellibus constituit; sed postquam hæc fastidire coepit delicior ætas, & texendi artificium accessit, homines (b) serico, (c) auro (d) gemmisque usi fuerunt, ita tamen ut ubique in tulibus (e) non solum dignitatum & officiorum, sed & sexus ac ætatis habuerint rationem, indecorum putantes, si eodem vestis genere viri pariter ac foeminae, puerique juvenes juxta ac senes, virgines & matronæ, utearentur. Consulantur interim ea de re (f). Alex. ab Alex.

Alex. & qui de re vestiaria scriptore Beifius  
 & Ferrarius. Nostrum potius nunc erit in-  
 quirere in vestitus amictusque moralitatem,  
 & quæ homini, ut dignè se gerat, circa utri-  
 usque curam sollicitè observanda sint, mon-  
 strare. Quod igitur vestitus attinet, auzen-  
 illa ut in aliis ita & huc tenenda est mediocri-  
 tas, ne vel parum vel nimium utendo pec-  
 cemus, & suavitatem in istis plus justè fe-  
 stemur, sed prout rerum circumstantiae &  
 cujusque exigit temperantem, ita bene  
 parcior, nituc largior usus in talibus admitt-  
 endus est. Circa vestimentum, ut con-  
 stet, quamam sint recte rationis dictamina,  
 advertendum, quod (g) duplex sit vestitus  
 genus, aliud necessitatis & primarium, aliud  
 ornamenti & secundarium. Primi, sicuti pu-  
 dori & indigentia nostræ coalulere voluit,  
 ita si non indecens & (h) immundum, te-  
 gendaque nuditatì & arendo frigori facis  
 est, in eo, ut obvio & facile parabili, ac-  
 quiescendum est. Posterior, ut in primis or-  
 nando corpori inservit, ita si ornatus iste  
 non levitatem aut novitatem spiret, nec ni-  
 mius & sumptuosus sit, & nec nostram di-  
 gnitatem nec aliorum vetecundiam dede-  
 ceat, non adeò improbandum est, cum na-  
 tura rationalis non omnia promiscue or-  
 natum & elegantiam damnet. Cordate  
 igitur (i) Jacob, Rex Angliae, in vestibus mo-  
 dum

dum serva, nec luxuriosus, ut prodigus; nec  
sordidus, ut avarus; nec compitus, ut meretrix;  
nec severus nimium, ut concionator. &c. Ita-  
que in vestitu ordinum & personarum inpri-  
mis ratio habenda, videndumque; in digni-  
tate aliqua illa constituta an secus? sexagenaria  
imperans an subditus sit? cum (k) longè ali-  
us habitus his, aliis illis conveniat. Et  
quamvis quā vestitum longè major Princi-  
pium ac aliorum sit licentia, conciliandaque  
ipsorum (l) majestati vestis splendida ac ma-  
gnifica non parum conducat, tamen & hic  
modus esse debet, videndumque quid de-  
ceat magis, quam quid libeat. Sicuti au-  
tem in corpore, ita & in capite ornando modus  
tenendus est; sed cum non omnium popu-  
lorum æqualis caput vesciendi ritus, & aliis  
Europæorum, qui pileis ut plurimum ad ca-  
put tegendum utebantur & adhuc utuntur;  
alius (m) Orientalium, qui Tulipantis; ali-  
us Partborum & Persarum, qui Tiara; aliis  
(n) Arabum & Phrygum, qui mitris; aliis  
aliorum, ideo ne hic circa capitis tegumen-  
ta aut etiam (o) capillamenta, sive propria,  
sive adscititia peccetur, vel maxime ad mo-  
res singulatum gentium; & ad (p) sapitatem  
corporis, cui exinde & noceri & consuli pot-  
est, respiciendum & ex istis, quid quemque  
in quaque gente circa illa deceat aut non?  
judic.

judiçandum est. Circa pedum deusique ornatum & varia, illis munieratis adhibitorū, calceamentorum genera nihil peculiariter hic jubet natura, sed perinde circa hunc atque alios vestiendi ritus se gerit, nisi (q) quod & hic in gentibus variis variatum fuisse novimus. Lictō igitur pedum ornatū, tandem pedem promovēmus ad domicilia, paucis visuri, quid & illic hominibus naturā indulserit. Nimir. cum nihil adprobare posse natura, quod ad luxum & superbiam vergit, ita nec ambitiosa & sumptuosa nimis ædificia, utpote quæ arguunt profusio nem & luxum, & sapē cum alia, tum (r) paupertatem, furta, desperationem idque genius alia habet annexa. De (s) Nerone refertur, quod auream domum incredibilis pretii exstruxerit, atque ad ejus saltim appendicem faciendam insumpserit 1250000. aureorum. De ejus succellore, Vitellio, apud (t) Tacitum his habentur consimilia. Non ita antiquissimi mortalium & Germani veteres, quorum stupenda in talibus frugilitas deprefenditur, quibusque pelleſ (u) pro vestitu, humus pro cubili, antrum aut ramorum nexus pro domo fuit, hincque descenderunt pueri & juvenes, hoc senum fuit receptaculum.

(a) Gen. 3. (b) Quod de Indis & Egyptiis tanquam primis inventoriis tradit. Procop. lib. I.

lib. i. bell. Pers. & Clemens Alexandr. Pedagog. lib. 2. c. 10. quos secutæ postea sunt alias gentes, etiam Europæa. (e) Inventum hoc regibus Asia & in primis Attalo tribuit Plinius lib. 7. c. 48. à quo tamen dissentit Bochartus Geograph. S. P. I. lib. i. c. 6. p. 34. (d) Dempsterus ad Resin. Antiq. lib. 10. c. 20. p. 1046. (e) de Rom. Paciroll. de reb. nov. invent. lib. i. tit. 43. p. 150. & Salm. ad eum p. 152. (f) lib. 5. G. D. c. 18. (g) Balduini. lib. 4. c. 1. Cal. Conf. I. p. 635. (h) bene Seneca Epist. XCII. Mædæ vestis electio appetenda est homini. Naturâ errim homo mundum & elegans animal est. Et Ciceru Offic. I. adhibenda est mundicia non odiosa. (i) don. Reg. p. 71. (k) Accusat. hinc Zeno Cisticus à quibusdam, quod eidem veste viros indui ac mulieres præcepit. Vid. Laërt. lib. 7. (l) contemptorum ob habitus penitatem Princip. exhibet Beccmannus Not. dign. p. 159. (m) Camer. hor. subciv. Cent. I. c. 61. p. 276. Olear. Atin. Pers. (n) Solinus Polyhist. Dempster. ad Ros. (o) do quibus M. Frider. peculiar. differt. egit Lips. 1673. (p) Scharrock. de Offic. secund. jus nat. c. XI. ubi de habitu etiis agit. n. I. p. 461. (q) Vid. Alex. ab Alex. G. D. lib. 3. c. 18. Rosin. lib. 5. c. 36. (r) Vid. Institut. Moral. part. II. c. XI. S. 16. p. 140. (s) Vid. Meurlius de luxuria Romanor. (t) lib. 17. hist. Rom. (u) Claver. German. Antiq. lib. 1. c. 13. quamvis hanc habitandi rationem Concing. non omnium Germanorum sed sicutum Fennorum esse velit proprium. Vid. ipse in differt. de Vib. bus Germanicis §. 12.

Post divisionem soli factam magna accidit mutatio præcipue in iis, quæ ad sustentationem hominis pertinent: unusquisque enim sibi consulere debuit, unde viveret: neque enim jus occupationis mansit integrum, nisi in iis, (a) quæ nunquam divisa, in veteri communione perstiterunt: Nimirū aër, mare, flumina & iis contenta, volucres & pisces. In rebus verò soli, licet per totos populos jam divisis, ea loca, quæ à nemine adhuc erant obsessa aut occupata: quō sensu recte dicitur. (b)

Quod ante nullius est, id naturali ratione occupanti concedi. Ex iis itaque terris, quæ parentibus in prima rerum divisione obtigerant, & ad posteros transmissa erant, aut ex aliis recens, ut diximus,

mus, occupatis unusquisque ali-  
menta sibi suisque quærere de-  
bebat.

(a) §. & quidem §. Instit. de rerum divisi. (b) §.  
ferz 14. Instit. d. tic.

Hactenus differuerat *Autor de iis, quæ  
sustentando homini conduxere tempore omni-  
modo communionis & primi rerum status,  
quem tamen nunquam in rerum natura ex-  
titisse, ex S. Codice ostendimus.* Nunc quæ  
fuerit facies & status post divisionem soli factam  
in iis, quæ ad ipsius hominis sustentationem per-  
tinent, edocet. Nimirum unumquemque sibi  
suisque de alimentis, h. e. cibo & potu, pro-  
spicere debuisse eoquæ non amplius tum lo-  
cum fuisse occupationi, nisi in iis, quæ factæ  
divisione adhuc in veteri illa & primæva  
communione manserunt; huicque inter alia  
etiam mare & flumina refert, secutus in eo  
ductum *Hugonis fratris sui, qui (a) mare, sive  
sub ratione totius & integri, sive sub ratione  
precipuarum partium spectatum, in proprium  
jus nunquam abiisse nec propter interminabilit-  
atem suamque, quæ gaudet, magnitudinem  
communemq., quem omnibus populis ad aquam  
bauriendam, ad piscatum, ad navigationem  
præbet usum, in proprium jus abire posse, con-  
tendit.* Sed cum (b) libertas maris non sic

ex classe illorum, quæ juris naturalis propriæ, sed eorum saltim, quæ hoc ut & gentium jure concessa eoque contrariò jure civili immutari & adimi possunt, idèo non impedit quicquam, quò minus mare sive sub ratione integræ, sive sub ratione præcipuarum partium sumtum, æquè ac pisces ac feræ idque genit⁹ alia sub dominium cadere, eoque nunc hanc, nunc illam partem maris teges & qui pat regibus jus habent, sibi justè vindicare possint, sive jam id fiat (c) divisione, sive accessione, sive permutatione, sive donatione, sive occupatione, eaque cum simplici, quā videlicet res, quæ nullius alterius domino subest, per naturam cedit occupantib⁹ quomodo Minos maris Cretici & Veneti Adriatici imperium obtinuisse tradit (d) Strabo & (e) Franc. de Ingenuis; sive bellicā, quā jure armorum & victoriae res devicti transeunt in potestatem victoris, quō nomine Romanos devictis Chartaginensibus maris dominos factos esse docet (f) Florus. Neque in contrarium nos movet Grotius, quando mare ob suam vastitatem, communemque usum, omnibus populis ad aquam hauriendam, ad piscatum, ad navigationem, sufficientem, in proprietatem venire posse negat: Cum, etiamsi usus maris ob magnitudinem, quā gaudet, cunctis populis & hominibus sit sufficiens, non tamen ille ullo modo proprietati adversatur,

fatur, sed potius quia tanta maris vastitas est, ut omnibus usui esse possit, inde inferri potest, quod per partes absque alterius injuria occupari possit, cum semper vigore amplitudinis tantum reliquum sit maris spatium, quantum aliis ad usum & occupationem est. necessarium. Quod verò additum Grotius: *occupationem non nisi in re terminata procedere, liquidum verò, quale est mare, per se non terminari, coque nec occupari posse;* id quidem admittimus, si de suo ac proprio, nequaquam autem alieno termino sermo est, cum licet mare, ut alia liquida, non suis terminis contineantur, satis tamen est, quod alienis terraque terminis, litoribus videlicet, terminetur ejusque excursus coercatur. Neque obstat maris magnitudo, quo minus illud terminis possit includi, & à diversis populis occupari. Cum & major sit cerevisia vinique qualitas, quam canthari aut vitri, illis repleti, ut tamen cum cerevisiam cantharus, cum vinum vitrum commode continere queant: *Ait* ac si vel maximè demus Grotio, non dari terminos maris physicos, quibus mare includi possit, non (g) tamen desunt mathematici.

(a) lib. 2. de Jur. B. ac P. c. 2. §. 3. n. 1. & seqq.

(b) *Conring. dissert. de domin. maris,* §. 20.

(c) Idem cit. diss. §. 33. 34. & seqq. (d) *Strabo Geograph.* lib. X. (e) *de Jurisdict. Venet. in mari*

marī Adriatico. (f) lib. 2. histor. c. VI. (g)  
Conring. dissert. de dom. maris. S. 14. in fin.  
Vid. Instit. Polit. Part. I. c. VII. S. 80. & seqq.

## §. X.

Ceterum cum & hæc vix sufficerent, ab aliis subsidia sibi petere coacti sunt homines, permittente id, imò & incitante natura,

(a) *Mutuus ut nos  
Affectus petere auxilium & prestari  
juberet.*

Atque hinc omnium pactorum inter homines origo. Primo igitur se obtulit permutatio, cum scilicet quidam habebant aliqua sibi minus utilia, aliis verò necessaria, quæ ipsi inter se permutabant, & hæc (b) quidem species contractus vetustissima est.

(a) Juven. Satyr. XV. (b) s. item pretium 3. Instit. de emt. vend.

Dixerat, unumquemque post factam rerum divisionem de iis, quæ sustentando cum fibris suis conducerent, sollicitum fuisse, eoque

eoque omnem intendisse vim ac operam, ut haberet, quod de victu amictu aliisque hujus vitæ præfidiis sibi consuleret. Sed cum homo undiquaque indigentia se premi, omnibusque ad hanc vitam commodè ducendam parandis ipsum solum sibi non sufficere cerneret, aliisque in promptu essent, quibus ipse maximè opus haberet, ad alia viæ hujus subsidia, permutationem, protapsum est, alia pro aliis tribuentes, triticum pro vino, bovem pro equo, hortum pro domo &c. Atq; hoc genus contractus uterg; (a) Grotius emptione & antiquius & simplicius esse existimat, adeò ut hinc quoque (b) Salmasio haud improbabile videatur, permutationem rerum jam inde ab Adami filii initium corporisse: cum enim ex his alter esset pastor, alter agricola, verosimile judicat laudatus Vir, pecudum fetus cum terra fructibus ipsos inter se commutasse.

(a) de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 12. §. 3. n. 3. (b) lib. de Usu p. 304. Vid. Ogander in Hug. Grot. p. 916.

### §. XI.

Sed cum & cum æqualitas pretii vix posset inveniri, tandem cōdeventum est, ut nummi usus introduceretur, qui esset publica &

T 4 com-

communis pretii & estimationis mensura ; isque à pecore , cuius figura insignitus erat , pecuniæ nomen assumpsit . Atque ita *ad emtionem & venditionem* deventum est , per quam , cum de certo pre-  
tio convenisset , quisque omnia ea , quæ ad vitam sustentandam sunt necessaria , comparare pot-  
erat : qui modus longè utilissi-  
mus , longius porrò productus  
est ad alia , etiam minus necessa-  
ria , ut & in illis aliorum indigen-  
tiæ copia aliorum subveniret .  
Sed de his postea latius .

Hoc vult cum homines nec hanc , per-  
mutationem sufficere , neque v.g. hortus cum  
agro aut equo , quô alter non indigeret , com-  
putari posse cernerent , tandem *nummum* ,  
à pecore , cuius figura ei impressa , ita di-  
ctum ; introductum esse , quô tanquam pu-  
blicâ & communi rerum utilium mensurâ ,  
cancta ad vitam hanc necessaria comparari  
poterant . *An vero nummi inventio tribuen-*  
*da*

de sit Lamecha? ut (a) Villalpando, àn  
Caino? ut (b) Josepho visum, incertum  
est: et si hunc nummi usum antiquissimum  
fuisse, & jam tum in Patriarcharum familia  
obtinuisse, ex Gen. XXIII, 16. & XXXIII, 19.  
evidens sit, nisi quod quā posteriorem lo-  
cum vocem **לְוִיָּהָבָד** (c) alii interpretentur  
per nummum seu obulum, (d) alii per  
agnum seu ovem.

(a) Vid. Osiander in Hugon. Grot. lib. 2. c. 12.  
ad th. 3. (b) lib. I. Antiquit. Judaic. c. 4.  
Strabo inventionem numismatis tribuit Phæ-  
donis, Geograph. 8. Vid. Pet. Gregor. Syn-  
tagm. J. V. lib. 36. c. 2. p. 654. (c) è quibus  
Lutherus. (d) ut Onkelos. Vid. Sebastian.  
Münsterus in Annot. Rabin. ad h. l. & Osi-  
and. in Hug. Grot. cit. l.

CAP.

## CAP. IIX.

DE

GENERALIBVS  
ALIQVOT JVRIS NATV-  
RALIS PRÆCEPTIS.

## §. I.

**P**riusquam ad ulterio-  
ra progrediamur, vi-  
sum est nobis hīc gene-  
ralium aliquat Præceptorum  
mentionem facere, quia multa  
alia in iis fundantur. Et primo  
quidem loco occurrit illud ge-  
neralissimum, *bonum sequendum,*  
*malum fugiendum*, cuius cum (a)  
antea semel atque iterum facta  
sit mentio, nihil jam dictis adde-  
mus, digitum in ea intendisse  
contenti.

(a) Supra c. 1. &amp; c. 3.

Cum ordine doctrinæ generalia & com-  
munia semper præmittenda sint specialibus,  
vism

vifum fuit Autori etiam hic illum ordinem sequi, & ad principiorum specialium ac independentium dogmatum intellectum, quæ fint generalia & communia Juris naturalis principia hoc capite exponere. Quandoquidem vero inter illa primum occurunt gemina illa & generalia morum principia: bonum est faciendum, malum fugiendum: de his autem jam tum supra cum ab Auctore, tum etiam a nobis abunde actum fuerit, actum agere nohimus: Vid. interim *Instit. Morat. Propaderm.* §. 19. p. 22. & seqq.

## S. II.

Tum etiam illud repetemus,  
quod & (a) supra monuimus, Jus  
naturale jubere, omnes virtutum  
actus suo tempore & loco exercere:  
sed nec huic præcepto latius insi-  
stamus, hoc solùm additò, eum,  
qui ita se gerit, & esse & dici Virum  
bonum.

Hi (b) mores, servare modum, finem  
que tenere,

Naturamque sequi, patriaque import-  
dere vitam,

Nec

Nec sibi, sed tibi genitum se credere  
mundo. E. c.

*Justitiae cultor, rigidi servator bo-*  
*nesti,*

*In commune bonus.*

Hinc & alius (c) Poëta:

*Vir bonus est quis?*

*Qui consulta patrum, qui leges ju-*  
*raque servat.*

(a) c. i. s. 16. (b) Lucan. lib. 2. (c) Horat. lib. 1.  
Epist. 16.

Sed hac de re iam tum supra circa juris  
naturalis objectum egimus, dum ex actibus  
sejuncti, fortitudinis heroicæ aliisque contra  
Auctorem demonstravimus, omnium virtutum  
omnesque omniam vitiorum actus, non  
autem omnes ac singulos virtutum actus juris  
naturalis objectum constituere.

### §. III.

Illud paulò latius examinabi-  
mus, quod natura jubet *hominem*  
*homini benefacere*, unde & natum  
est proverbium: *bomo homini DEVS.*  
Hinc illud (a) Ambrosii: *Non sa-*  
*cis est bene velle, sed & benefacere.*

Ratio.

Ratio est, quia (b) cognationem  
quandam inter nos natura constituit.  
Et, ut ait (c) Imperator Philoso-  
phus: *Homo in id natus est, bene ut  
alii faciat*: & (d) Oratorum ma-  
ximus: *homines hominum causa, ait,  
esse generatores, ut ipsi inter se alius alii  
prodeesse possent.* Ideoque etiam  
beneficio hominem affici, hominis interest;  
ut sapientissime dixit Papinianus.  
Idque vel maxime pertinet ad  
conservandam humanam societa-  
tem: Num quod alii tuti sumus,  
quam quod mutuis juvamus offi-  
ciis? hoc uno instructior vita,  
contraq; incursiones subitas mu-  
nitior est beneficiorum commer-  
cio.

(a) dist. 87. c. non latib. 14. (b) I. 3. ff. de Just. &  
Jur. (c) M. Anton. lib. 9. (d) Cicer. I. Offic.  
(e) Senec. IV. de Benef. c. 18.

*Præceptum de beneficentia, quod jure na-  
turæ ad succurrentum cuilibet, qui consi-  
lio, consolatione, defensione, redemptione  
idque*

idque genus operâ aliâ indiget, dirigitur,  
 non (a) solum pro fundamento habet humanam  
 societatem ejusque salutem, sed & humanam  
 naturam, vi cuius, ut ut cognitionis, vi-  
 cinitatis, fœderis & cetera deessent humana  
 societatis vincula, unusquisque tamen ho-  
 minum ad beneficia aliis præstanda tenere-  
 tur, cum ab homine nihil humani alienum  
 esse debeat. Appositiè (b) Lactantius: De-  
 us, qui ceteris animalibus sapientiam non dedit,  
 naturalibus ea manimentis ab incursu & peri-  
 culo tutiora generavit. Hominem vero quia  
 nudum fragilemque formavit, ut eum sapi-  
 entiam potius instrueret, dedit ei præter cetera  
 hunc pietatis effectum, ut homo hominem tue-  
 tur, diligat, foreat, contraque omnia pericula  
 & accipiat & præstet auxilium. Quæ vero  
 sunt beneficentiae hujus partes & officia, par-  
 tim Scholastici, partim Theologi Morales ad  
 loc. Matth. V, 35. & Rom. XII, 20. sufficienter  
 monstrarunt. Quamvis autem, ut dictum  
 nescimus, qui beneficentia nostra non indi-  
 gnus est, deesse debeamus, non tamen ubi-  
 que eadem beneficiandi ratio sit necessaria  
 est, sed ubique delectus personarum haben-  
 dus est, videndumque, an qui operâ & stu-  
 diô nostrô indiget, propiore an remotore  
 aliquo an nullo cognitionis, fidei, societa-  
 tis, amicitiae aut alterius rei nexus nobis jun-  
 ctus fit, cum magis socios quam peregrinos,

do-

domesticos & fidei consortes, quam illos, quibuscum nulla nobis fidei communio est, operâ nostrâ, ita præcientibus (d) *Paulo* & (e) *Cicerone*, juvare eisdemque, quantum in nobis est, succurrere debeamus. Neque tamen cum de *beneficentia* hîc agimus, (f) licet eam confundere cum *benevolentia*, cum hac non solum in actu vel effectu naturali consistat, sive actus exterius sequatur sive minus, & *beneficentia* causa sit; illa verò *benevolentia*, potius in actu exteriori, nempe facto aut re, secundum interiorem animi *benevolentiam*, consistat, illiusque quasi effectus sit.

(a) *Hug. Gretius lib. I. c. V. §. 2.* (b) *lib. VI. Inst. c. 18.* (c) *Dürrius Theol. Moral. Part. III. c. 18. §. 9. p. 234.* (d) *ad Gal. VI, 10.* (e) *I. Offic. c. 17.* (f) *Burnachus diss. Ethic. lib. 4. c. 19. p. 582.* Vid. *Instit. Mor. P. II. c. XI. S. 8. p. 134.*

#### §. IV.

Spectant huc in primis ea *beneficia*, qua *humanitati* debentur, quæ sine vituperio negari nemini possunt, ut

*Homo* (a) qui erranti comiter monstrat viam, aliaque ejus generis: (b) Non prohibere aquam profluentem; pati ab igne.

*igne ignem capere, si quis velit: Consilium fidele deliberanti dare, quæ si quis neglexerit, Diris devovereatur, ut ex hoc loco discimus,*

(c) *Nescis in dirarum carmine  
Hoc esse, ni quis recte monstrasset  
piam,  
Ignem ni accensit, si quis aquas infecerit.*

(a) Ennius apud Ciceron. de Offic. lib. I. (b) Cicer. eod. loco. (c) Diphil. Com. Parasit.

Dictum in antecedentibus, hominem domini benefacere oportere, non solum vi societatis humanae, sed & vel maxime intia ne-  
cessitudinis, & aequalitatis, à natura inter ho-  
mines constitutæ, vinculi ad benefaciendum fortissimi, à cuius obligatione nemo nisi naturam humanam velit exuere, se se liberare ac eximere potest. Que autem vi so-  
cietas humanae hominibus erga se invicem in  
quaque societate incumbant officia ac debita,  
prolixè, circa singulas consociationes, cum  
minores & simplices, cum majores & compe-  
fitas, ex forma illarum ostendimus. in Instit. Po-  
lit. Potius id mince acturi sumus, ut potiora  
inque nostra natura ac sanguine quasi intimè  
radicata debita perlustremus, & quæ homo  
alteri

aliter ut hominib[us] naturæ humanae communi-  
onem debeat, expendamus. Vbi in (a)  
universum hominem ad omnia ea proximo  
præstanda teneri putamus, quæ modo sine  
suo incommodo ipsi potest concedere, quæ  
que sibi ut danti non molesta, accipienti au-  
tem non iniuria sunt: (b) cuiusmodi sunt  
pati ab igne ignem capere, erranti comiter  
monstrare viam, consilium fidele dare deliberan-  
ti, signia itineris aut navigationis non abtere,  
neque fontem obturare aut proflucentem prohibi-  
bere aquam, quando illius satis bibimus, neque  
nutrimentum perdere, ubi affatim saturati su-  
mus, concedere jus morandi, comparandi ea;  
sine quibus vita commode duci nequit; quæ id-  
que genus alia in se hujusmodi sunt, ut à  
nemise, nisi humanae naturæ vim inferre ve-  
lit, efflagitanti aut opus habenti denegari  
possunt, nisi & ipse pari necessitate teneantur,  
cum in pari causa melior sit conditio possi-  
dantis.

(a) Hug. Grot. lib. 2. c. 2. §. XI. (b) Cicer. I. Of-  
fic. Plutarchus Sympos. lib. VII. qv. 4. Vid.  
Instit. nostræ Juriſprudentiæ Gentium lib. 2.  
Sect. I. art. I. c. 2. p. 164. & 165. (c) Lessius de  
Just. & Jur. lib. 2. c. 12. dubit. 12. n. 70. & ex  
eo Grot. cit. c. §. 8.

### §. V.

Non tamen hic subsistit natu-  
ralis obligatio, sed ad ea quoque,

u

qua

que majoris sunt momenti se extendit: nam etiam dictat, ut (a) quicquid sine detrimento posse commodari, id tribuatur cuique, vel ignoto: Nimirum ea, que sunt iis utilia qui accipiunt, danti non molesta. Quod ipsum & Icti agnoscunt, dicentes: (b) cui non aquum videbitur, vel hoc saltem consequi emtorem, quod sine dispensatione creditoris futurum est. Et alibi: id (c) facere possum, quod factum mihi quidem prodeesse potest, alteri non noceturum.

(a) Cicet. lib. I. Offic. (b) l. in creditore. 38. ff. de evict. (c) l. 2. §. 5. ff. de aqua pluv.

Diximus, latè patere legem humanitatis, & eousque se extendere, quo usque se equalitas & indigentia hominum porrigit. Ex quo fluit, nos non notis & amicis solum, sed & ignotis, ac extraneis, quin & mafis nobisque infensis nostris officiis succurrere & prodeesse oportere; cum & hi non minus atque illi nostræ sepiissimè ope & officiorum præstatione opus habeant, & pari nobiscum gaudeant natura humana eoque ut æquales nobis & æquè ut homines tractandi sint. Bene (a) Cicero:

etiam

etiam sunt quædam officia adversus eos servanda, à quibus injuriam accepteris. Sed ut de officiis, ex humanitate fluentibus, nobis eō plenius constare queat, adverterendum, quod alteri prodeesse possumus vel directè, vel indirectè & per consequentiam. Directè quidem, si videlicet, ut hactenus dictum, actū præstems proximo ea, unde illi aliqua accrescit utilitas ; sive jam id fiat etiam cum nostro detrimento & ita ut nobis inde aliquid decedat, sive minus, nisi quod illa officia, quæ cum nostro damno sunt conjuncta, & alteri non absque opera laboriosa & molesta exhibentur, multò sint illustriora majorique laude digna, atque quæ ipsi sine ipsis præstari solent ; Indirectè verò tunc demum prosumus proximo, scilicet & artes discamus, animumque & corpus ita excolamus, ut utiles inde in alias actiones derivari & societas humana mundusque universus juvari possit. Neque enim Deus hominem otiosum creavit & inertem, sed ut ipsis gloriam celebret & idoneum ac utilem societatis humanae membrorum existeret. Ex quo patet, quantopere peccant non in Deum solum, sed & in societatem humanam & in unumquemque hominum, inquit illi nec nisi ab domini nati nullarumque artium & scientiarum cupidi, dum dona Creatoris inculca perire patiuntur, societatemque & proximum iis spoliant commodis, quibus ali-

U a quando

quando & societatem & quemvis hominem  
pro virili juvare & beatores reddere potu-  
issent.

(a) I. Offic.

§. VI.

Modum & mensuram horum  
beneficiorum si quis jam quærat,  
vix inventurus est extra hanc Ju-  
ris naturalis regulam: Quod tibi  
fieri volueris, id alteri faciendum;  
quam Dominus noster Iesuſ  
Christus in Evangelio sic effert:

(a) *Omnia quæcunque vultis, ut faci-  
ant vobis homines, & nos facite illis,*  
*Quæ regula tam est universalis,*  
*ut omnia fere hominum officia*  
*inde definiri valeant: consula;*  
*enim homo in casu oblati se-*  
*ipsum, & accuratè examinet;*  
*quid sibi fieri eō casu vellet, &*  
*tunc de alio sic statuat, ut de se*  
*effet statuturus.*

(a) Matth. c. VII, 12.

Gene-

Generale hoc juris naturæ effatum: Quod tibi, hoc alteri: ut officiorum beneficiorumque ab hominibus fidei invicem præstandorum regula sit, non citra personatum ordinem ac dignitatem, nec de quacunque & quomodounque se erga alios habente voluntate, etiam inordinato sui amore & pravis desideriis infecta, intelligendum est, sed de bene ordinata solum & justa ceterisque omnibus summi Numinis mandatis, ordinibus ac potestatibus, ab eis factis & constitutis, sponte suâ obsequente, ut cum (a) aliis, tum in primis (b) Thome Jacksono & (c) Molinae notatum, qui posterior rô velle ita interpretatur: faciendum, ait, esse alteri, quod vellemus nobis fieri, si essemus in ejus loca parique conditione: succurrendum esse pauperi, quemadmodum vellemus nobis succurri, si essemus pauperes.

- (a) Vid. Hobbes. in Leviath. c. 26. p. 2. qui ita hanc regulam explicat. Illud alteri ne feceris, quod tibi fieri ab altero irrationale putaveris.  
 (b) lib. a. in fidem Apost. c. 33. (c) Eth. lib. VII. c. 2. Vid. Scharrockius de Offic. sec. ius nat. c. 2. n. xi. p. 128. & seqq.

### S. VII.

Qvod ipsum & aliis verbis in lege Mosis & in Evangelio sic proponitur: (a) *Diliges proximum tuum,*

enam, sicut reipsum. Caritas enim  
benè ordinata, ut solet dici, in-  
cipit à seipso, antiquis ita homo  
officii sui in alios exemplar pe-  
nes se habet ne querat foris. Re-  
cte igitur (b) Poëta

*Metiri se quemque suo modulo & pe-  
nde, verum est.*

Exigitur ab homine, ut proximum  
amet sicut seipsum, non supra seipsum:  
Quô sensu verum est illud (c)  
Comici:

*Omnis sibi melius esse velle, quam  
alteri.*

Idque & JCti adprobant, cum  
(d) dicunt: *Prodeesse sibi unusquisque,*  
*idum alii non nocet, non prohibetur.*  
Et (e) Cicero: *Sibi ut quisque malit,*  
*quod ad usum vite pertineat, quam al-*  
*teri acquiri concessum est non repu-*  
*gnante naturâ.* Licet igitur ho-  
mini in conferendis beneficiis sui  
ante omnia rationem habere:

In

In hunc sensum dixit (f) Seneca,  
*Dabo egenti, sed ne ipse egerit.* Et  
 (g) Chrysostomus: *DEVS pro fa-  
 cultate poscit, quatenus non habet.*  
 Et generale est illud (h) Historiorum.  
*Melior est causa suum non tradentis,  
 quam poscentis alienum.* Hoc certe  
 omnino non licet, ut cum nobis  
 satis providerimus, aliis ne idem  
 faciant impedimenta simus. (i)  
*Nam neque alimenta nobis fas est per-  
 dere, ubi ipfi plus satis habemus, neque  
 fontem, quando inde quantum libet pa-  
 taverimus, obturare aut occulaeare, ne-  
 que signa navigationis aut itineris abo-  
 lere, que nobis usui fuerint.*

(a) Levit. c. 9, 18. Matth. 22, 37. (b) Horatius. (c)  
 Terent. (d) L. I. §. idem ajunt. II. ff. de aqua  
 pluv. (e) Offic. 3. (f) de Benef. 2. (g) Epist.  
 II. ad Corinth. (h) Curtius. (i) Plutarchus  
 Sympos. c. 7.

Notat, ejusdem sensus effatum esse,  
 quod in lege Mosis & in Evangelio proponi-  
 tur: *diliget proximum tuum, sicut te ipsum.*  
 [Canticum 10. 12. 13. U. 4. cuius]

tum eo, de quo jam dixerat, generali Juris Nat. præcepto : *Quod tibi, hoc alteri, etiæ verbis à se invicem discrepant.* Exigit autem hoc præceptum de diligendo proximo non tantamoris gradum, quam potius sinceritatem, & quācumquierfique ita sincerō amore complecti jubet, quemadmodum nosmet ipsos amare solemus. *Neque existimandum est, effatum hoc in affectu interiorē solidū & benevolo animo, qui nunquam in actum exterrum, ubi beneficiendi se offert occasio, nec deest facultas, prortumpat, acquiescere, sed vel maxime præter propensissimum erga proximum animum actus externos, hoc est, officia & promptitudinem in omnibus necessitatibus succurrendi requiri, ut tamen hinc nequaquam licet inferre, quod si dilectioni propriæ & proximi simul satisfieri paqueat, huic illa cedere, proximique commodum etiam cum propriæ vitæ profusione procurare debeamus, ut quidem multi, inter quos supra laudatus, D. Henric. Müllerus, Theologus Rostochiens. celeberrimus, solent contendere, cum sic proximum non ut nos ipsos sed supra nos eoque majori dilectione complectemur. Studio vero dictum : *mandatum istud non tam amoris gradum, quam sinceritatem pescere: Cum contra charitatem proximi haud sit, si in conferendis beneficiis sui homo præpribitis**

mis rationem habeat; sibi que esse melius quam alteri velit etiam in iis, quae ad vitam usum pertinent.

## §. IX.

Sed posset hic quæri, quosnam bic homines nomine proximi designemus? Nos omnes eos, qui aut ope aut operâ nostrâ indigent, intelligimus, juxta explicationem (a) Servatoris. Non (b) illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis jungit, sed proximi nostri credendi sunt omnes homines natura nostra participes. Non desunt tamen inter eos gradus, quos in omni officiorum genere observare prudentiae est. (c) Neque enim par est, equalem curam subiri pro externis & pro amicis, sed hos gradus tantum attigisse sufficiat: Perfecta (d) liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fideli. Plura hac de re apud alios,

alios, in primis verò (e) Ciceronem, invenies.

- (a) Luc. X, 30. (b) N. caus. 53. qv. 3. (c) charitas s.  
à. non illi. (c) Aristot. Eth. ad Nicom. 4. (d)  
Ambrosius Offic. I. c. 3. (e) lib. I. Offic.

Benè hīc per proximum *Autor*, secutus interpretationem (a) *Christi*, omnes homines, nostrā ope & operā indigentes, designari existimat, secus ac (b) *Hugo*, qui illius nomine passim cum *Phariseis* ac *Photinianis* solum popularē, *Judæum* ejusdem generis ac gentis, intelligit. Eleganter ex ratione naturali exponit (c) *Gerbardus*, quis nomine proximi veniat, & cur diligendus: ideo, ait, debes diligere alium hominem, quia es tuus proximus, tuus socius, naturæ humanae communione tibi conjunctus, est id, quod tu es, homo scilicet, anima rationali aequè ac tu preditus; Et paulò post: quā causā moveris, ut reip̄am diligas, eādem etiam moveri debes, ut proximum diligas tuum; jam verò ut te ipsum diligas, moveris consideratione humanae naturae, ergo eādem permoveri debes, ut proximum diligas, humanae naturae communione tibi conjunctum. Hęc ille. Ceterum quod (d) status ac dignitatis personarum in diligendo proximo habenda sit ratio, & magis socii quam extranei, domestici & fidei confortes quam si, quibuscum nullum nobis fidei commercium

cium est, amandi sint nostrisque demerendi officiis, supra egimus.

- (a) Luc. X, 30. (b) de Jur. B. ac P. lib. i. c. 2. §. 6.  
n. 3. & §. 8. n. 9. (c) Harmon. Evangel. c. 156.  
p. 502, col. 2. (d) Vid. Paulus ad Gal. VI, 10.  
Cicer. i. offic. c. 17. & nos in Inst. Eth. Part.  
II. c. XI. §. 7.

### §. IX.

Est & altera generalis lex, quæ equalitatem in omnibus servandam & ad equalitatem omnia redigenda jubet. Nam ad eam inter liberos servandam parentes (a) lex hortatur, Tum etiam ex ipsa (b) ad æquitatem omnia reducit. Vnde & sœpè occurrit, quod æquâ lance aliquid fieri dicitur, cum ultro citroque sic observatur proportio, ut alteri nihil adsit cum detrimento alterius. Sic (c) æquâ lance servari. Iem (d) filios unâ eademque lance trutinari: (c) Ambo ve- niant æquâ lance ad hereditatem: (d) æquâ lance mares & fœminæ vocentur: (e) æquâ lance dividere hereditatem,

Quæ

Quæ omnia æqualitatem in omnibus rebus humanis quam maximè desiderari ostendunt, sed nullibi id clarius apparet, quam in materia contractuum. In contractibus natura equalitatem imperat, Et ita quidem, ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti. Plura ad hanc materiam pertinentia apud auctorem Commentarii de Jur. B. ac P. dicto loco invenire est; quæ nos brevitati studentes hic omnisimus.

(a) Nov. 13. c. illud quoque 48. (b) I. illud 22. in f. C. de Coll. l. 77. §. pater 21. ff. de Leg. 2. (c) I. 20. ff. de re jūdic. (d) I. 10. C. de nat. lib. (e) I. 4. ff. de verb. signif. (f) I. 4. C. de lib. præter. (g) I. 23. C. de Legat. l. 7. §. 1. C. ad Senat. Tert. (h) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 12. §. 8.

Aliam hic generalem Juris naturalis regulam cum in aliis, tum maximè in contractibus tenendam, exhibet, quâ videlicet equalitatem in omnibus servandam atque a eandem cuncta reducenda esse natura imperat. Quantumvis autem regula illa de (a) contracti-

tractibus permutoriis & in primis onerosis  
accipienda sit , non impedit tamen , quò mi-  
nus ea etiam ad contractus beneficos exten-  
di posuit , cum & in his , tametsi non omni-  
moda sicut in onerosis , tamen aliqua aqua-  
litas spectanda sit , ex suppositione ejus ,  
quod agitur , ne quis ex beneficio damnum  
septiat eoque minus suo habeat . Ceterum  
oritur ex hac lege & aequalitate illic impera-  
ta in contrahentibus obligatio , non (b) so-  
lum ad animi sensaclare & absque omnium  
verborum fuco exprimenda , quoniam con-  
tractu quovis modo quis obligari velit , ver-  
rum etiam ad rei in contractum deducenda  
vitia prodenda , ita quidem ut , sive citra  
culpam alterius vitium latuerit , aut pretii  
iniquitas ignorata fuerit ; sive non laquerit  
& ab altera parte studio illud celatum fue-  
rit , aut a contractu prorsus recedi possit , aut  
alter adigi ad inaequalitatem hanc corrigen-  
dam , vel praestandum quod intererat .  
Quanquam si fatendum quod res est , & ad  
negotii quod agitur , conditionem respicere  
velimus , etiam nec (c) iure naturæ qualis-  
cumque lesio alteri partium citra alterius  
culpam facta rescindendo contractui suffi-  
ciat , sed gravior demum eti paulò infra di-  
midium justi pretii subsistat : tum gravitas  
lesionis hic non solum ex ipsa pretii magni-  
tudine , sed & exiguis ac tenuibus facultati-  
bus

bius estimanda sit. Aliter longe comparatum est cum lege civili & gentium: ibi enim his, qui legibus civilibus subsunt, certi positi sunt limites, de legè (d) Hebræa quidem quinta pars, de (e) Romana vero dimidium justi pretii, quos si non excederent contrahentes, contractus rescindi non poterat: hic autem jure gentium voluntario obtinuit, ut (f) inæqualitas rerum, in quam consensum est, ubi pro mendacium intercesserit, nec ejus, quod dictum oportuit, reticentia, in actibus exterioribus pro æqualitate habeatur, ad præscindendas controversias infinitas, & ob incertam rerum pretia inter eos, qui coimmudem judicem non agnoscunt, inexplicabiles, quæ vitari non poterant, si ob inæqualitatem à pactis discedere licuisset.

(a) Werlhof, diss. de Pactis liberarum gentium §.

33. (b) Idein eit. l. & Kulpis ad Grot. lib. 2.

c. 12. p. 67. (c) Kulpis eit. l. (d) Vida Seldes-

nus de Jur. Nat. & Gent. juxt. disciplin. He-

bræor. lib. VI, s. (e) l. 2. C. de rescind. vendit.

(f) Grot. lib. 2. c. 12. §. 26. n. 1. & 3.

## §. X.

**Ex illo fonte promanat vulga-  
ta juris regula: quod (a) decupletari  
nemo debet cum alterius injuria.  
Ratio est: Nam (b) hoc natura  
quam est, neminem cum alterius detri-  
mento**

mento fieri locupletiorem, unde ex tali inæqualitate nascitur actio, nimisrum condic<sup>t</sup>io (c) indebiti, qua ex equo & bono introducta, quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur, revocare consuevit. Quid ni? cum etiam dicat (d) JCtus Paulus: videri quem dolum malum facere & qui ex aliena jactura lucrum queritur. Accedit hac in parte JCtis Cicer<sup>o</sup>, ita scribens: (e) Contra naturam est, hominis incommodo suum augere commodum. Et alibi (f) illud: natura non patitur, ut aliorum spolia nostras facultates, copias, opes, augemus. Estque hujus dicti tanta æquitas, ut multa hinc extra præscripta legum definiri testetur & exemplis probet (g) Auct<sup>r</sup> Comentarij de Jur. Belli ac Pacis.

- (a) I. locupletari. 48. de Reg. Jur. in Sexto. (b) Nam hoc natura 14. ff. de Condic<sup>t</sup>. indeb. I. iure naturæ. 266. ff. de reg. jur. (c) I. hæc condic<sup>t</sup>io 66. ff. de condic<sup>t</sup>. indeb. (d) I. si quia

quis 17. §. 4. in F. fl. de Insitor. (e) Cicero  
3. Offic. (f) Idem Cicer. (g) Hdg. Grot. de  
Jur. B. ac P. lib. 2. c. 10. §. 2.

Fundata est hanc regula de restituendo eo,  
quod quis ex aliena re lucratus est, non tam in  
equalitate, quam (a) potius in eo, quod lu-  
crum perceptum sit rei meae quasi pars, quod  
autem ex rea mea est, id meum est. Quoties-  
cumque igitur rem meam, cuius dominium  
neque meo consensu, neque ex delicto aut  
jure belli amisi, alter bona fide sibi acqui-  
sivit atque ex ea consumpta lucrum percepit,  
tories quidem bona fides ipsum indemnem  
præstat, ad lucri tamen ex ea percepti resti-  
tutionem obligatur, eò quod lucrum sit rei  
meæ vélut pars, aut fructus superstes rei, ad  
me pertinentis. Atque hujus regulæ tanta  
est æquitas, ut multa in jure civili occurren-  
tia inde decisionem petant, id quod multis  
exemplis ostendit (b) Hugo Grotius, qui vi-  
dei potest.

(a) Rutherford de Jus. Nat. & Gent. lib. 4. f. 13.  
§. 6. p. 584. (b) lib. 2. c. 10. §. 2. & seqq. Vid.  
quoque laudatus Rutherford. cit. c. §. 7. 8 seqq.

## §. XI.

Hinc ortum etiam habet non  
minus decantata Juris regula, quæ  
lucr. & damni eandem debent esse na-  
tum

eturam dictat, quam hiis verbis effert JCtus Pomponius, ut affirmem priori faciat. (a) & aqua non convenit, aut lucrari aliquam rem a damno alterius, aut damnum factum per alterius lucrum. Et ideo salvi loco: (b) secundum naturam est, cum modus cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. JCtus Vero Vlpianus: (c) aquam est, ut cuiusquis participavit lucrum, participet etiam dampnum. Vnde & Imperator Justinianus negat, (d) ferendum eum, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit. Quomodo autem & lucri & damni ratio iniri possit, optimè nos ex Mutio Scævola docet. Paulus, dicens: neque (e) lucrum intelligitur nisi omni damno deducto, neque dampnum, nisi omni lucro deducto. Eandem autem utriusque naturam esse, vel

X hinc

Hinc patet, quod alibi dicitur.  
 Qui (f) sentit onus, sentire dobet, com-  
 modum. Et contra. Ceterum longe  
 inter se distant: lucro prohiberi, et  
 damnum sentire: ut enim recte ex  
 Brinculo Vlpianus scribit: (g)  
 Non doberi dideri is-damnum facere, qui  
 lucro, quo adhuc ntebatur, probibetur.  
 Intramque interest, utrum damnum  
 quis faciat, an lucro, quod adhuc facie-  
 ter, nisi prohibeatur.

(a) l. 6. ff. de Jux. doc. (b) l. secundum naturam  
 10. ff. de Reg. Jur. (c) l. si igitur 55. ff. pro  
 soc. (d) l. unius. Cod. de Caduc. toll. §. 4. in  
 fin. (e) l. Mutius 30. ff. pro soc. (f) Cod.  
 qui sentit 55. X. de reg. jur. (g) l. Preculus  
 20. de damni. inf.

Veritas hujus regulæ, quod lucri & da-  
 mni eadem esse debeat ratio, maxime conspi-  
 cuia est in contractu societatis, ubi (a) etiam si  
 nihil de partibus lucri & damni convenerit,  
 aequales tamen utrinque tam in lucro, quam  
 in damno, partes spectari debent; aut si for-  
 san de lucro convenerit, tacite etiam de da-  
 mno convenisse socios & contra, intelligen-  
 dum est: cum (b) ut quis sociorum damnum  
 sentiat sine lucro, à natura societatis prorsus  
 alienum

alienum sit., quippe quæ nisi ob utilitatem aliquam iniri non solet. Intelligitur autem lucrum esse illud, quod de omnibus impensis dandis & damno deducto remanet, & damnum, quod omni deducto lucro supereft. Quocirca (c) si forsitan in alia re aut parte societatis damnum, in alia lucrum sociis obtigerit, compensatio fieri debet, & pro lucro reputari, quod summum supereft, v.g. si inter duos inita esset societas de negotiatione boum & equorum, atque in illa damnum 100 aureorum, in hac lucrum factum 200, tunc deducto damnō ac compensatione rite institutā, lucrum erit 100 aureorum, qui inter socios dividendi.

(a) Vid. Mynsingēr. Schol. in Instit. lib. 3. tit. 26. p. 591. (b) Pufendorf. de Jur. Nat. & Gen. lib. V. c. 8. §. 3. p. 679. (c) Struvius Syntagm. J. C. Exercit. XXII. lib. 17. tit. 2. §. 29. p. 803.

### §. XII.

Innititur & huic fundamento generali pervulgatum illud: (a)  
*Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.* Näm (b) meliorem quidē conditionem alterius facere licet, quia id cum beneficentia, quam hominem homini debere diximus,

mus; satis congruit: (c) Deteriorum vero facere nunquam permittitur. Igitur (d) ante omnia animadverendum est, ne conventio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re aliave persona noceat. Et generaliter verum est: (e) Inter alias res gestas alios non posse prejudicium facere. Rationem si quæras, audi duplicitem: Neque (f) enim debet nocere factum alterius ei, qui nihil fecit. Neque (g) ex aliena malignitate aliehum damnum debet emergere. Semper enim iniquum judicatur, (h) ut alieno odio alius prægravetur. Qvod eatenus verum est, ut nec id fieri possit, cum alius inde commodum sentit. Itaque (i) si non potest subveniri alteri, nisi alter ledatur, commodius est, neutrum juvari, quam gravari alterum. His consequens est, regulam hanc locum habere etiam in absentibus ac ignorantibus,

bus, ideoque (k) per factum alterius juri absentis & ignorantis non derogatur. Maximè verò id obtinet in poenis: ibi (l) enim debet esse poena, ubi & noxia est, & peccata suos debent tenere auctores, quia (m) non est in aliena potestate, conditionem meam nibil delinquentis, deteriorem facere.

(a) l. non debet 74. ff. de Reg. Jur. (b) l. si debitor. 55. de pact. (c) l. servus 3. l. filius 23. C. de pactis. l. melior. 133. de reg. jur. (d) l. si unus 27. §. 4. in fin. ff. de pactis. (e) l. i. C. res inter alios gest. (f) l. de pupillo. 5. §. 6 plurium 5. ff. de Oper. nov. nuns. (g) l. fin. C. de acquir. possess. (h) l. si quis 35. §. 1. C. de inoffic. testavit. (i) Caus. 14. qv. 5. c. denique 20. (k) l. coheredis 17. Cod. famil. ercisc. (l) l. fancimus 22. C. de poenis. (m) l. ne in. 2. ff. quod vi;

Si unusquisque juxta ea, quæ supra diximus, debet diligere proximum sicut seipsum, consequens est, quod eidem nec per alterum debeat iniqua inferri conditio, aut statu ipsius deteriorari, cum hæc adversis frontibus inter se pugnant unumque alterum destruat. Et quamvis interdum liceat malum proximo velle, non tamen sub ratione mali, sed sub ratione boni, ut si quis

(a) ob favorem hominum quorundam negligat officium erga Deum, desiderari ei licet & velle, ut favore illo excidat. Ceterum universalis est ibac regulis & aedē zcras, sit etiam in absentibus & ignorantibus procedat, eorumque juri (b) per alterius factum derogari nequeat. Hinc si in absentia alijcujus, se insciō & ignbrante, inter coheredes facta esset dixiso, ipsi ea præjudicare non posset. Maxime verò id quod diximus in pœnis obtinet; ibi (c) enim in potestate aliena band est, conditionem alterius nibil delinquentis deteriorem reddere. Itaque si duo fratres unam communem domum pro indiviso haberent, ita quidem, ut alteri eorum superior, alteri inferior domus pars vel titulō hæreditatis vel donationis, aut aliō quocunque titulō, justō tamen, competeret; alterius verò fratri pars inferior ob crimē commissum ex sententia judicis nunc in pœnam destruenda esset, certe cum non posset hujus pœnæ executio sine summa alterius fratri injuria fieri, eō quod cum hujus partis inferioris destruccióne simul destrueretur alterius nempe innoxii fratri pars domus superior, quæ alteri tanquam fundamento inpxa, ideo satius tum esset, si prorsus omitteretur dirutio, quam ut eadē sine summa alterius injuria exe-

exequeretur. Béne Imperatores Christiani: (d) *Sancimus*, ajunt, *tibi esse pénam*, ubi & noxa est. Et deinde: *Peccata igitur suos teneant auctores*; nec *ulterius progrederiatur medio*, quando *reprimatur delictum*. Peccaret & huc illud (e) *Polypii*: quod dei *oīcē agnoscēt audētēs*, *convenientēs*, *tuū pūndēs* *adūstēs* *toīs pūdētēs*, *āllā oītētēs* *hālā* *oītētēs* *agnoscēt* *tuū* *avētēs* *tuū* *donētēs* *ādētēs*. Bonorum virorum haud: esse, infantes cum fontibus *āmā* *pénā* *incolētē*, sed *infantes* *eguafriam* *fontibus* *parcētē*;

(a) Wissensb. in reg. iur. 74. p. 86. (b) *hereditib.* 17, C. famili. ecclsc. (c) *l. nē in 2. ff. quod vi.* (d) *I. sancimus.* C. de pénis. (e) *Eb. V. c. 3.* Vids Phila lib. 1. d. *Spacial.*

C.A.P.

CAP. IX.  
DE

PRÆCEPTO HO-  
NESTE VIVENDI QVODAD  
SE IPSVM.

S. I.

D. reliqua ordine per-  
texenda lucem sume-  
mus Imperatorem Ju-  
stinianum, qui in prin-  
cipio Institutionum suarum sic  
loquitur: *Præcepta (a) Juris hæc sunt:*  
*Honestè vivere, alterum non londere, su-*  
*um cuique tribuere: quæ nos singu-*  
*la paulò latius examinabimus.*  
Et igitur inter præcipua juris  
naturalis præcepta, *honestè vivere:*  
*cujus vim ut percipiamus, (b)*  
*virtutes & actiones virtutibus congru-*  
*entes, & quicquid ita universum est,*  
*sicut natura per se expetendum, bo-*  
*nesti*

uesti verbō complectimur. Id alibi (c)  
**Cicero** filio sic inculcat: *A te, mi  
 Cicero, peto, ut mihi concedas, nihil pra-  
 ter id, quod honestum sit, esse propter  
 se expetendum.* Imò & ipsa hone-  
 sti contemplatio non parvam ho-  
 mini adfert voluptatem, ut est in  
 (d) **Tragoëdia Græca:**

*Pars doctrina magna reveri,  
 Et lata animo gaudia præbet,  
 Placidis secum volvere curis,  
 Limes honesti, qua parte fitus.  
 Maximè verò in omnibus nostris  
 actionibus honesti ratio habenda  
 est, unde & subinde jungi videm⁹  
 (e) *equitatis & honesti rationem.* Et  
 generalis est (f) regula: *semper in  
 contractibus non solum quid licet con-  
 siderandum est, sed & quod honestum  
 sit: idemque & (g) in conjunctio-  
 bus locum habet; & (h) gene-  
 raliter:**

*Qued non vetat lex, hoc vetat fieri  
 pudor.* Con-

Concipitur verò hoc preceptum  
non affirmativè, sed etiam negative,  
ut nobis ab omni probro & turpitudine  
caveamus, id est, ab omnibus iis,  
quæ contra mores fieri dicuntur  
qui enim hoc non faciunt, (i)  
re ipsa & opinione hominum non effigi-  
unt infamie notam. Adeò ut (k)  
nec ignoscendum sit ei, qui obtentu pau-  
pertatis turpem vitam gerit. Sic (l)  
litem redimere contra bonos mores est,  
& propterea merito subjicitur,  
quod bujusmodi (m) officia non sine  
reprehensione suscipiuntur. Sic stipu-  
latio pœnalis, nuptiis adjecta,  
dicitur (n) non secundum bonos mores  
interposita, quia in bancum visum est  
vinculo pœna matrimonia adstringi.  
Denique quicquid contra bonos  
mores fit, etiam de jure est irri-  
tum: hinc (o) conditiones, quæ con-  
tra bonos mores inseruntur, remittenti-  
da, & pro non scriptis habende sunt.

Hinc

Hinc etiam *pacta*, quae (p) contra bonos mores fiunt, nullam vim habere & repellenda esse, dicuntur. Et generale est præstantissimum hoc præstantissimi (q) Papiniani effatum: *Qua facta ledunt pietatem, estimationem, vrecunam nostram, & (ut genera siter dicam) contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est.* Plura de hac materia qui desiderat, legat (r) doctissimi Belga Anonymi epistolicam dissertationem de Principiis Justi & Decori, ubi multa egregia reperiēt.

- (a) Institut. de Just. & Jur. §. juris 4. (b) Cicero Academic. Quæst. (c) Idem lib. 3. de Offic. (d) Euripides Iphig. in Aulid. (e) l. 2. C. na fisc. rem, lib. 10. (f) l. semper 197. ff. de regul. jur. (g) l. 42. ff. de rit. nupt. (h) Senec. Trag. (i) l. 2. in f. ff. de obli. par. (k) l. palam 43. §. 3. ff. de rit. nupt. (l) l. 13. Cod. Procurat. (m) l. Titia 1:4. ff. de V. Q. (n) l. 9. l. 14. ff. de coad. inst. (o) l. 6. l. fin. C. de paet. (p) l. filius 15. ff. de cond. inst. (q) epist. diss. de Principiis Justi & Decori.

Propositis ex Institutionibus Juris Justinianeis tribus illis præceptionibus: *Honestè vive,*

vive; alterum non lode, & suum cu<sup>m</sup>que tribue:  
quibus totam civilem Philosophiam claudi,  
Rempublicam sapienter regi & communem  
homini<sup>s</sup> usum sanctissime conservari, (a)  
*Corasius* aliquæ existimant, mox ad primum  
præceptum digressurus, quid voce honesti  
aut honeste illi<sup>c</sup> intelligatur, pluribus ex-  
ponit. *Latissime* igitur in hoc præcepto honesti  
patet notia, & non solum omnes virtutis & ju-  
sticie universæ partes percurrit, sed & cunctæ  
illa, quæ legibus præcepta sunt, complectitur.  
Verbo: cum ea, quæ jure naturæ præcepta &  
intrinsecè honesta sunt, cum ea, quæ cœlibis  
aliisque fætationibus positivis inculcatæ &  
extrinsecè honesta sunt, hoc tamen cum discri-  
mione, ut magis illa quam hæc hujus præcep-  
ti objectum constituant. Studio dictum:  
in honesti ratione hic includi etiam ea, quæ  
jure civili &c. præcepta sunt. Ad excluden-  
da quæ illo jure licita sunt, cum jus civile &  
honestas non usquequaque inter se conspi-  
rent, & multa illud permittat, quæ ab omni  
honestate aliena sunt, ut ex consensu matris  
in contrahendis nuptiis liberorum, quem  
jus civile non exigit, honestas tamen requiri-  
t, concubinatu aliisque, quæ illo jure li-  
cencie, minus tamen honesta sunt, evidens  
est, quanquam concubinatum illum *Leo Phi-*  
*losophus*, *Imperator Constantinopolitanus*, ab-  
stens Juris *Justiniane* macula abrogavit &

No-

*Novella 91. constituit, ne concubinatus habere  
liceat, illam ex (b) Salomonis proverbii ratio-  
nem subjungens, indignum esse, cum e  
fonte ipso putam aquam haurire possis, lu-  
tulentiam querere. Itud saltim adhuc no-  
tandum, quod quia præceptum hoc; de ho-  
nestè vivendo, directè & per se honesta &  
jure præcepta inculcat, indirectè & per con-  
sequentiam omnia ea declinanda jubeat,  
quæ probrofa & honestati bonisque mori-  
bus officiunt.*

(a) de Jur. Civil. in art. redig. p. i. c. 25. p. 259.  
Vid. Wissenb. disp. XXXI. de Verbor. & Rer.  
Signific. p. 184. n. 12. & disp. 22. ad Rég. Jur.  
reg. 144. (b) cap. V.

### §. II.

Sed ut penitus præceptum  
hoc introspiciamus, videndum  
quid ad honestè vivendum homo  
sibi ipsi debeat, & quid aliis ho-  
minibus? Iterum alii isti homi-  
nes aut generaliter consideran-  
tur, aut cum certa aliqua rela-  
tione, quæ omnia in sequentibus  
explicanda veniunt. Et primò  
quidem homo sibi ipsi debes, ut secun-  
dum

dum virtutem vivat, omnesq; suas ope-  
rations ita dirigat, ut in iis virtutes  
verae radii eluescant: quod quia  
forte nimis latè patere cuiquam  
videbitur, nos potiores tantum  
partes hic delibabimus, reliqua  
ad moralem Philosophiam reje-  
cisse contenti. Homo igitur, cum  
ex anima & corpore constet, quomo-  
do se circa utrumque babere debeat,  
considerabimus.

Cum præceptum de honeste vivendo  
varium sit & aliud hominem dirigat ad se-  
ipsum, aliud eundem ad alium hominem,  
præcisè ut hominem, aliud denique ipsum ad  
alium hominem ut solum consideratum,  
ideò ut in talibus ordine & distinctè proce-  
dat, primum, quæ homo sibi ipsi ad honeste  
viverendum cum quæ animam tunc quæ cor-  
pus debet, expendit.

## §. III.

Et quidem, ut animam intus bene  
constitutam habeat, ejus tranquillita-  
tem parare sibi debet homo, ut vero  
extrin-

**Extrinsecas actiones benè dirigat;**  
**prudentiam.** (1) *T*ranquillitas anima vel  
*maxime consistit in compostis & de-*  
*mandis affectibus omnibusq; anima per-*  
*turbationibus, quod quomodo fieri*  
*debeat, Philosophi optimè nos*  
*docere possunt; in primis Seneca*  
*& Plutarchus, quorum ego scrinia*  
*hic compilare nolo, hoc solum*  
*indicabo monitum: (d) Refrene*  
*primum libidines, sternat voluptates,*  
*iracundiam teneat, coerceat avariti-*  
*am, ceteras animi labes repellat. Vn-*  
*de & (b) Poëta:*

*Pone ira frena, modumq;*

*Pone & avaritiae.*

**Et (c) alius quæri jubet:**

*Quid pure tranquillet, bonos am dul-*  
*ce lucellum*

*An secretum iter, & fallentis semita*  
*vite?*

(2) **Ad res gerendas Prudentia ma-**  
**ximum adfert momentum: nam**  
**(d) fieri non potest, ut quisquam vere**  
**probus.**

*probis sine prudentia audiat. Et ut  
breviter dicam, (e) ars vivendi est  
prudentia, ut medicina valetudinis.  
Quanti ea facienda sit, vel ex hoc  
Servatoris nostri præcepto patet:  
(f) Esse prudentes sicut serpentes,  
& simplices sicut columbe. Vocatur hæc  
& aliò nomine sapientia (neque eni-  
m hîc scrupulosam vocum di-  
stinctionem moremur) de qua sic  
(g) Satyricus:*

*Paulatim vitia, atque errores exuie  
omnes,*

*Prima, docens rectum, sapientia.*

*Quæ optime periculo alieno ad-  
disci potest, unde Comicus:*

*Periculum ex aliis facito, tibi quod  
ex usu fiet.*

*Et (i) alias:*

*Ex vicio alterius sapiens emendat  
suum.*

*Sed & de hâc plura nobis & me-  
liora suppeditat sacer Codex & præ-  
cipue in (k) proverbiis Salomonis.*

*(a) Ci-*

- (a) Cicero Paradox. (b) Jūven. Satyr. 8. (c) Hörat. I. epist. 18. (d) Aristot. VI. Ethic. (e) Cicero de Finib. (f) Matth. X, 16. (g) Jūven. Satyr. 13. (h) Terent. Heautont. (i) Pūbl. Min. (k) Proverb, I, 2. 3. 4.

Ostendit nunc, quid homo, ut honeste vivat, sibi debeat quā animam: Nempe ut illius tranquillitatem & securitatem querat, hoc est, spernat voluptates, refrænet libidines, itacundiam teneat, ceterasque animi perturbationes vincat; utpote quam victoriā non possit non sequi victoria adversus cetera. Quod ut clarius pateat, considerandum nobis nunc est, quod quemadmodum (a) homo maxime omnium voluptate & dolore, quix ceterorum affectuum facile somites & principia sunt, afficitur, & ob tentuitatem tutis varietatemque alimentorum exactissimis tactus gustusque sensibus gaudet, ita longè pluribus ingentioribusque præ ceteris animalibus perturbationibus agitat, eoquē ne his omnibus succumbat ratione opus est & prudentia, quā homo tela in suum hostem vibrare, ipsum valide prostertere, victumque tanquam illustre trophæum secum posse circumducere. Non solum autem homini necessaria est prudētia ad validos & vehementes animi impetus coercendos, sed & ad res & actiones externas in omni hominis sexu, vita genere, statu, sorte & conditione vend

gerendas, quippe quæ omnium humanarum actionum, consiliorum ac operum dux est, delectum habens rerum honestarum acturium, bonarum & malarum, utilium & inutilium, revolvens præterita, inspiciens præsentia, prævidens futura, cunctis recte consulens, & non solum sibi sed & familia & reipublicæ saluberrima quæque parans. Id èò haud inconcinnâ similitudine & metaphorâ prudentia à Platone auriga vite humana nuncupatur, quâ destituti à perturbationibus, quasi effrenatis equis, præcipites trahimur, inque actionibus & consiliis nostris ubique impingimus; & peritus nauta, in puppi sedens, à naufragio nos servans incolumes.

(a) Vid. Piccolomin. Philos. de moribus grad. I. c. 33. p. 133. & seqq. (b) Idem grad. V. c. 40. p. 478.

#### §. IV.

*Corpus ipsum* quod attinet, in co  
curando non debet esse nimius; ideoque in vici debet esse *sobrius*, in voluptatibus obtemperans, & sic de  
inceps. *Sobrietatem* (1.) quod at  
tinet, hanc ipsa commendat na  
tura, cum ea paucissimis sit con  
tentia

tenta & superflua non affectet.  
Cavendum igitur à duobus ma-  
ximè vitiis, gula & crapula. Vitu-  
perandi igitur illi

*Qui (a) gaudijs elementa per omnia  
querunt*

*Nunquam animo pretius obstantibus.*

Quin tu, quisquis es,

*Accipe (b) nunc victus tenuis, qua-  
quantaq. secum.*

*Afferat, in primis valeas bene.*

Sin corpus nimium oneraveris,  
cave, (c) ne

*Corpus onustus.*

*Hesternis vitiis animum quoque pre-  
gravet una.*

Crapulam verò omnem ut fugias,  
audi eundem (d) Poëtam:

*Quid non ebrietas designat? opera  
recludit.*

*Spes jabet esse ratas in prælia trudit  
ineritem.*

Et perpetuò hoc tibi (e) Comici  
infixum menti maneat:

Y

Non

*Non vinum hominibus moderari, sed  
vino homines solent.  
Qui quidem probi sunt.*

**Vtrumque conjungit (f) Martialis:**

*Convictus facilis, sine arte mensa,  
Nox non ebria, sed soluta curis.*

*Voluptates (2) quod attinet, multa  
nos ab iis deterrent, hinc (g)  
illud:*

*Sperne voluptates, nocet emta dolore  
voluptas.*

**Neque minus scitum (h) hoc:**

*Effugere cupiditatem, regnum est  
vintere.*

**Imprimis cogita quam ea sit non  
sincera:**

*Usque (i) adeo nulla est sincera vo-  
luptas,*

*Sollicitumque aliquid latiss interve-  
nit.*

**Tum etiam quam ea sit fluxa &  
mutabilis:**

*Dolor (k) & voluptas invicem cedunt,  
brevior*

*Voluptas.*

(a) Ju-

- (a) Juven. Satyr. (b) Horat. 2. serm. 2. (c) Idem d. l. (d) Id. lib. 1. Epistol. 5. (e) Plautus Tru-  
culent. (f) Martial. lib. 10. Epigrammat. 47.  
(g) Horat. lib. 1. epistol. 2. (h) Publ. Mim.  
(i) Ovid. lib. VII. Metamorph. (k) Senec.  
Thyest.

Sed cum de *Sobrietate seu Siccitate*, quæ appetitum circa usum potulentorum & *Abs-  
tinentia*, quæ illum circa usum eduliorum dirigit, & oppositis vitiis, *Voracitate & Ebri-  
tate* hujusque ab *Ebrietate* discriminare, ut & *Castitate* & variis illius speciebus, vitiis-  
que cum ea pugnatibus, *Intemperantia Ve-  
neris Naturale & Non-naturali*, idque genus aliis in Moralibus ex professo egimus, actum  
hic agere nolumus, remittentes interim B.L.  
ad Institut. Ethic. part. II. c. X.

### §. V.

Hæc & similia sunt, quæ ho-  
mo sibi ipsi debet, ut honestè vi-  
vere dicatur. Ceterum cum &  
quedam sit *voluptas omnino licita*,  
consistens in ea confociatione,  
quæ inter virum & foeminam est,  
quam nos *matrimonium* appella-  
mus, & vel maximè ad honesta-  
tem vitæ pertinens, res ipsa po-

Y 3 stulare

stulare videtur, ut & de ea hīc differamus. Est (a) autem ea cōbabitatio maris & fēmina, qua eam cōstatuit quasi sub oculis & custodia maris, ad quam incūndam nātūra non tantum jus dat, atque ita eam facit juris naturalis concessivi, sed etiam instigat, imò & acribus stimulis impellit; utpote sīne qua propagatio generis humani non recte procedit. Nām *Venus vagabive scortatio* reverā non est ordinata ad conceptionem sobolis; ab ea enim, quae sunt prostitutæ pudicitiae, vel maximè abhorrent.

(2) Hug. Grot. de Jūr. B. ac P. lib. 2. c. 5. §. 8.

Dixerat in antecedentibus de voluptatibus corporis illicitis, cum iis, quibus gustus, tūm istis, quibus tactus afficitur. Nunc, ne quis indistinetè omnem voluptatem corporis ut illicitam damnet, exempli loco adducit illam, quā in conjugio mas & fēmina moderatè & secundum recte rationis præscriptum fruuntur.

Deli-

Delineat autem hac occasione ex (a) Hugo Grotio conjugium quod sit ea coabitatio maris & feminæ, quæ eam constituit quasi sub oculis & custodia maris. Sed cum hæc (b) descrip-  
tio iis etiam competit, quæ conjugia non  
sunt, & fidem seu vinculum fidei non reci-  
procet, finisque insuper nec primarii nec  
secundarii ullam mentionem impiciat, licet  
illâ ut imperfecta, pleniorum suisque ex cau-  
fis concinnatam damus hanc : quod (c) sic  
confociatio maris & feminæ, debitâ etate &  
facultate generandi justaque quâ propinquita-  
tem distansia gravidentium, mutuo utriusque &  
superiorum consensu inita conjunctio, inqua-  
lis, naturalis, simplex, ob sobolis procreatio-  
nem & mutuum vita adjutorium. Est autem  
hac confociatio naturalis, tendens ad propa-  
gationem generis humani sui que in posteris  
conservationem ac (d) æternitatem, quæ absa-  
que illa si foret societas, omnino nulla esset,  
& genus humanum confusissimum : sive  
jam per naturam intelligas rectam rationem  
& naturam rationalem, sive instinctum na-  
turale. Et quamvis propagatio generis  
humani non in singulis societatisbus semper  
obtineatur, sufficit tamen quod in plerisque  
ea procedat, cum præceptum illud de multi-  
plicando genere humano non ad conservatio-  
nem individui sed speciei solum tendat, eo-  
que ad conservationem illius satis sit, si ex

multis aliqui, et si non omnes ac singuli, generationi litent. Pugnant ergo cum hac societate cum alia tum in primis. *Venus vaga* sex fornicatio simplex, utpote per se non ad propagationem & conceptionem prolis ordinata, cum prostitutes pudicitia ab hac maxime abhorreant; & licet in hujusmodi coitu, vago citra intentionem coenitium interdum finis iste à Creatore intentus obtineatur, non tamen ad convenientem ille ac debitam prolis generata educationem, hoc est, institutionem in moribus & actibus aliisque virtutae sustentationi ac honestati societatisque civili conducibilis actibus, vergit, summaque totius humani generis confusione ac incertitudinem familiarum inducit, ut pluribus cum ubi, tum maxime in (e) *Instit. Moral.* demonstravimus. Nec juvat (f) Caramuelum aliosque, qui scortationem, jure naturae non contrariari arbitrantur, quod coitus iste nec proli, nec coequuntibus naturaliter malus sit; non proli, cum haec isto à non esse ad esse transeat, & ut existat, efficiatur; nec coequuntibus, utpote quorum sanitati maxime prodest. Cum à naturali bonitate & malitia, ad moralē omnino incongrua sit collectio.

(a) I. cit. (b) Vid. Boël. Zigler. Feldenus, Kulpis-

aliique in Grötii c. 5. lib. 5. S. 8. n. 2. (c)

Vid. Institut. Polit. c. 2. §. 2. (d) Plat. lib. IV.

de LL. & Beccmannus. Præcog. t. Polit. c. 8.  
p. 41. (e) Institut. Moral. part. II. c. X. §. 9.  
(f) Theolog. Mor. lib. 3. n. 1600.

## §. VI.

Sed quæritur, an juris naturalis præceptivū sit, ut vir una tantum uxore debent esse contentus? Nos sicut id Christi legibus, quāt majorem, quam lex naturæ, postulant sanctimoniam, convenire credimus; ita ad ius naturæ præceptivū pertinere negandum putamus. Extant enim eorum exempla, tam in mundi prioris incolis, ut (a) *Lamech*, quam in iis, qui pauci post diluvium vixerunt, ut (b) *Abraham*, qui binas uxores aut certè uxorem & concubinam, uno tempore habuerunt. Imo & (c) ipsa Mosis lex hoc ipsum ut licitum præsupponit. Cumque in (d) *Roge* vetet magnum uxorum numerum, certè plures unā

Y 5 ei

ei concedit. Idem ex historia Davidis palam fit, quem DEVS nunquam coripi jus sit ob plures, quas habuit, uxores; imò (e) verò hoc ipsum ei etiam pro beneficio imputavit. Magis tamen placuisse Deo (f) unius uxoris conjunctionem, vel factò probavit, cum Adæ unam uxorem attribuit. Neque ideo tamen Polygamiā ex sui natura habere videtur talē turpitudinem, ut conscientiam hominum in contrarium obligare valcat. Reperiuntur tamen &c nonnulla apud Ethnicos loca, quæ Monogamiæ favent: hinc (g) illud in Tragœdia Græca:

*Non enim decet  
Unum imperare fœminis geminis vi-  
rum;  
Contentus uno conjugis vivat tborō,  
Quicunque cupiet ritè curasam do-  
mum.*

Et

Et idem (h) alibi:

*Nunquam gerima de matre genus,  
Nunquam duplices habebat thoros,  
Unam debet non ambiguit  
Vir participem nosse cubilis.*

Sed nimirum ea consilii magis  
sunt quam p̄cepti.

(a) Genes. c. IV, 19. (b) Ibid. e. XVII, 17. (c)  
Deuteronom. XXI, 15. (d) Ibid. c. XVII, 17. (e)  
2. Samuel. XII, 8. (f) Gen. II, 24. (g) Eurip.  
in Trageed. Androm. (h) Ibid. in Choro.

Disquisit h̄ic de *Polygamia simultanea*:  
ex parte viri, s̄tne ea iurē natura licita nec ne*st*.  
Dico de *simultanea ex parte viri*. Nam de  
succes*sia*, quā videlicet virō aut etiam uxo-  
re demortuis, alteri personarum, quā adhuc  
in vivis est, licitum est ad secunda, tertia aut  
etiam ulteriora vota transfire, quin eodem  
jure permissa sit, dubitamus nulli, licet à  
Montanistis, Novatianis, Catharis, Tertulliani-  
stis, aliisque olim sine sufficiente causa turpi-  
tudinis insimulata fuerit. Sed de *simultanea*  
solum, non tamen ea, quae est ex parte famine,  
quam apud Lituanos, Meraviz gentem,  
more patrio perverso, uxoribus nobilibus,  
uauum pluresve pro viri facultate, attestanto  
id ipsum (a) *Aenea Sylvio*, concubinos habere  
per.

permisum erat, cum hæc ob commixtionem  
seminis, incertitudinem proliis idque genuis  
alia omni jure illicita sit, nullique, extra Litu-  
uanos, quod sciam, genti unquam appro-  
bata fuerit; sed de ea solum, que est ex parte  
viri, & sensus est: num uni viro plures una  
sibi jungere licet uxores? Qui (b) affirmati-  
vam propugnant sententiam, inter quos  
quoque uterque Grotius, illi urgent; (1) non  
solum conjugii formam, ordinem videlicet, sed  
et finem cum principem, qui est sobolis procre-  
atio, tum secundarium, mutuum adjutorium,  
contendentes, polygamia & conjugio com-  
posito non minus ac simplici suum constare  
ordinem; marique imperium, foeminis au-  
tem obsequii gloriam competere & utrum-  
que in eo finem longè felicius ac certius ob-  
tineri, quam in conjugio simplici, cum pro-  
creandorum liberorum defectus, qui forte  
ex unius uxoris infecunditate oritur, alte-  
rius, aut, si plures fuerint, reliquarum fo-  
cunditate suppleri, vitæque hujus molestiae  
& labores, factâ conveniente inter singulas  
dispertitione, tanto facilius sustineri ac ex-  
antlari queant. (2) exemplum Lamechi ante,  
et post diluvium Abramini, Jacobi, Davidis  
aliorumque, quibus DEVS nunquam poly-  
gamiam interdixit aut improbavit, quin po-  
tius Davidi, per (c) Prophetam pro singulari  
beneficio reputat, quod ipsi domum uxores-  
que

que illustres Saulis domini sui in sinū, id est, conjugium dederit. (3) quod Viri isti in tali conjugio usque ad finem vite persistenterint, nec unquam pro peccato illud agnoverint. (4) quod in (d) lege Mosis certa praecepta dentur his, qui plures unā habent uxores, regique (e) magnum uxorum numerum habere interdicatur, quod fieri non potuissest, si non plures unā uxores in conjugio habere eis per legem licuisset. *Qui* (f) bis contrariam tuentur sententiam, jusque habendi unō tempore plures uxores impugnant, urgent non solum (g) primāvam conjugii institutionem, vī cuius duo non autem plures utram in carnem jungi jubentur, sed & dissidia & rixas, ut & verba (h) Pauli, qui per matrimonium uxori ita jungi maritum, ait, ut neutra pars sui corporis habeat jus inque potestate illorum haud sit jus sui corporis, quō se semel per matrimonium privat, in alium transferendī. *Celeberrimus Beermannus* (i) his adhuc addit alias, quod Polygamia [1] natura conjugii, quod aequalitatem iurium intet conjuges exigit, adversetur; [2] natura amicitiae, quæ inter pauciores semper firmior est; [3] familiis, ob odiorum semina, quæ inter uxores & liberos earum spargit; & denique Christianismo, qui majorem puritatem exigit, cui tamen puritati libido, cuius gratia polygamia foles expeti,

expeti, contrariatur. Quibus tamē qui priori subscribunt sententia reponunt, & ad (1) quidem, quod primeva conjugii institutio agat tantum de simplici conjugio, quod nisi ex duobus, Adam videlicet & Eva, tunc temporis existentibus, esse non potuit, ut tamen divinæ ordinationi & statui primo non obstat, quod minus consociatio ut dominica ita & nuptialis per aggregationem taliis, plura in se continens conjugia simplicia, pluribus duabus personis constare atque ita sequè ac in simplici conjugio cum viro plures uxores in unam carnem coire possint. Ad (2) à dissidiis & rixis petitum, quasi pluralitas uxorum oblit Tranquillitati ac pacificæ cohabitationi conjugum, respondet (k) Durandus, quod id ex accidente sit, & haud raro idem etiam in simplicibus conjugiis contingat, inque contrarium plurima uxorum, quæ in talismodi conjugiis tranquille ac pacifice vixerunt, & adhuc vivunt, exempla prostent. Ad (3) regerunt, Apostolo ibi sermonem esse de conjugio pro statu illius temporis. Erat enim tempore N. T. statim sub Christianismi infinita interdicta Polygamia his, qui Christi doctrinam amplectebantur, inque eo statu ad conjugium properabant, quibus propter multa ex hujusmodi polygamia in Christianismum redundantia mala & incommoda integrum haud fuit, plures

plures unā sibi jungere uxores. Adhac dictum Pauli non ita absolute accipiendum esse existimant, quasi maritus ita per matrimonium jus sui corporis in uxorem transferat, ut nullō modō copiam corporis alteri possit facere, sed vel in oppositione ad non suam, alii viro conjunctam, vel in tantum in quantum sufficit: Ubi verò accidit, & vir pluribus quam uni sufficiat, contra jus naturæ haud est, si ipse pluribus corporis sufficiat copiam. Ad Beccmanni rationes reponi potest, & ad (1) quidem quod in conjugio non jus Aequatorium sed Rectorium obtineat, sociique in eo nec æquales, nec jura ipsorum, & inde emanantes erga se invicem præstationes, æquales sint, eoque haudquam inferre liceat; si fœmina non potest corporis sui copiam facere præterquam uni marito, etiam nec maritus poterit alteri præterquam unicæ uxori sese impertiri, cum ex conjugio unius viri cum pluribus fœminis non commixtio seminis & incertæ originis proles oriatur, atque si una fœmina pluribus jungatur maritis. Ad (2) quod amicitia non minus in conjugio composito inter plures, quam simplici inter duas personas sua consistentia gaudeat & perennitate, & experientia testis fit, quod singulæ non solùm se invicem sed & maritum mutuò amore complexæ fuerint, huncque eò studiosius & impensis colu-

coluerint, quò magis æmulatæ fuerint amo-  
ris sociam. Ad (3) à dissidiis & discordiis  
petitum jam tum responsum fuit, esse id ex  
accidenti, nec efficere posse, ut jure naturæ  
polygamia sit illicita, cum alioqui ob eadem  
incommoda etiam simplicia conjugia, ut &  
secundæ nuptiæ, quæ discordiis sæpè uber-  
rimæ sunt, clamnandæ forent, quas tamen  
nemo idcirco illicitas dixerit. Ad (4)  
quod puritati Christianismi nequaquam ob-  
sist uxorum pluralitas, quodque ex putis (1)  
præsumptionibus & possibilibus non liceat  
necessariam inferte conclusionem: cum non  
valeat, multi aut plurimi non ex pio amore,  
sed ex incontinentia & libidine plures du-  
cunt aut ducere possunt uxores, ergo omnes,  
etiam pii & sancti, ob eandem libidinem &  
pruritum pluribus delectantur foeminis. Ita-  
que non sunt necessariò castiores, qui unam  
uxorem ducunt; nec qui plures ducunt, ideo  
sunt incontinentiores, sed probabiliter &  
contingenter. Atque hæc sunt, quæ in u-  
tramque partem jactantur argumenta. *Nobis*  
hac in re tutissimum videbitur, statuere,  
quod quidem unius viri cum una foemina  
conjugium, tanquam proximè ad primæ-  
vam conjugii institutionem accedens, omni-  
um optimum atque ad quietem domesticam  
accommodatissimum sit, à qua assertione  
nec alienus Autor noster, ut tamen hinc non  
inferre

inferre liceat, polygamiam Patriarchis & sanctis  
et regibus multisque aliis gentibus olim &  
hodiernis usitatam, ut rem per se turpem &  
illicitam, iuri naturae adversari.

- (a) lib. 4. de dict. & fact. Alphonsi c. 8. (b) August. lib. 22. contra Faustum Manich. & lib. 6.  
de Civ. Dei c. 38. & Coquatus in h. l. Laymannus Theolog. Moral. lib. V. tr. 10. part. 3. c. 5.  
p. 429. Veracrus p. 2. Spec. 2. 15. conclus. 1.  
Medina lib. 4. de fact. hom. continet. con-  
trov. 1. Abulensi. in c. 19. Matth. qv. 30. Palu-  
dan. qv. 1. art. 1. Benedict. Vinclerus de Prin-  
cip. Jur. lib. 3. c. 10. Text. Synops. Jur. Gent.  
c. 3. n. 28. & seqq. Meissner. in Philos. Sebr.  
part. 1. Sect. 2. c. 5. qv. 1. Hackspanius in In-  
terp. errab. p. 187. quibus concinunt Egid.  
Hunnius, Menzerus, Haffenreffer, Osiander,  
aliique plures. (c) 2. Sam. XII, 8. (d) Deuter.  
XXI, 15. (e) Deut. XVII, 17. (f) Bonavent.  
lib. 4. d. 33. qv. 1. Heider. System. Philos. Polit.  
c. 1. p. 103. Velthuysius tr. moral. de Nat. pu-  
dor. & dign. hom. c. de conjugio. Arnulf. de  
Jur. Connub. sect. 2. n. 10. & sect. 3. & 4. Li-  
benthal. Exercit. Polit. 2. qu. 10. Menoch. de  
arb. jud. qv. cent. 2. cas. 428. n. 46. & seqq.  
Gerhard. Isag. Loc. Theolog. 28. de Conjug.  
(g) Genes. 2, 24. Matth. 19. (h) 1. Corinth.  
7, 4. (i) Præcogn. Polit. c. 8. p. 43. (k) lib. IV.  
dist. 33. qv. 1. (l) Wind. de Princip. Jur. lib.  
3. c. 10. p. 327.

§. VII.

Succedit huic alia de Repudio  
questio, quod cum per legem.

Z

Mosis

Mosis permisum fuerit, quomo-  
do id cum jure naturali conveni-  
at, disquirere operæ pretium vi-  
detur. Et quidem si ponamus,  
conjuges ultrò citroque fidem in-  
terposuisse de conservanda ad  
mortem usque societate conju-  
gali, vix est, ut extra adulterium  
id dissolvi possit. Nobis itaque  
magis arridet ea sententia, quæ  
pactum de ineundo matrimonio  
ita intelligit, ut ei stetur, donec  
aut mutuus, aut alterius dissen-  
sus intervenerit. Et de mutuo  
quidem disensu res clara est,  
cum is etiam in aliis contracti-  
bus locum habeat, per regulam  
dictantem : *nihil (a) tam naturale,*  
*quam de eo genere unumquodque dissol-*  
*vi, quod colligatum est.* De alterius  
verò disensu exemplum habe-  
mus & in (b) contractibus, qui de  
jure

jure civili innominati vocantur,  
& in desponsatione minorum,  
ubi poenitentia locum habet.  
Quà conditione ita positâ, potuit lex Hebræa foeminam quidem  
libertate repudii, quæ ei natura-  
liter competit, privare, vito  
verò in ea exercenda legem da-  
re, atque ita ei actui legem po-  
nere pro Dei beneplacito.

(a) L. nihil tam 35. ff. de Reg. Jur. (b) l. natur. ff. de præscr. verb.

Quæstioni de *Polygamia* subjungit alteram de *Repudio*, in cuius tamen decisione se parum prudenter gesit. Etsi enim ipse ultrò admittat, quod vinculum conjugiale extra casum adulterii inter conjuges propter mutuam fidei de conservanda ad mortem usque societate conjugali interpositione vix dissolvi possit, tamen pactum illud de inewendo matrimonio ita interpretandum esse existimat, ut ei stetur, usque dum vel mutuus conjugum vel alterius partis dissensus intervenerit. Sed quamvis, quod non negamus, id quodvis pactum in se requirere videatur, ut una pars ab illo discedere ne-

Z 2

queat,

queat, nisi alterius consensu, tamen longe  
disparem conditionem esse putamus pacti  
matrimonialis atque cuiuscunque alterius  
pacti, neque in potestate conjugum, illud  
consensu mutuo, extra casum adulterii &  
malitiosæ desertionis, rumpere: cum, præter-  
quam quod ruptura hac natura ac indoli con-  
jugii, quod vita individue societas est, nec ut  
alia confociationes suam naturam resolubilitatem, pro-  
fusus repugnat, etiam liberorum, quibus ex ejus-  
modi divortiorum licentia male consulitur, fieri  
periclitetur, familia & publicus civitatum  
decor convellatur atque ad omnis generis lites &  
vicia civium occasio detur. Malè ergo Autor  
illud decantatissimum in jure principium:  
nihil esse tam naturale, quam de eo genere  
quidque dissolvi, quo colligatum est: ad præ-  
sentem de divortio controversiam applicat,  
quemadmodum eodem principio in contro-  
versis illustribus & usufrequentibus passim ab-  
utitur (a) Fern. Vasquis, non semel idpro-  
pter non a (b) nobis solum sed & ab (c) Hug.  
Grotio, (d) Conringio aliisque notatus. Quod  
attinet despunctionem impuberum ac mino-  
rum, quam Autor ad firmandam suam de di-  
vortiorum licentia sententiam adfert, ea  
parum roboris in se continet, cum despon-  
satio hujusmodi, a parentibus, aut iis, qui  
eorum loco sunt, nomine impuberum fa-  
cta,

ta, ut jure naturæ non sit illicita, semper  
 (e) cum exceptione alterutrius partis de-  
 sponsatæ, cum pubescere cœperit, dissen-  
 sioñ intelligenda sit. *Illiud* adhuc notaſē  
 non omnino inutile erit, quod Autor re-  
 pudii nomine in præfenti ita usus fuerit, ut  
 divortio æquipolleat, non interim neficii,  
 quod (f) repudium hōc latius pateat, &  
 præter divortium seu separationem conju-  
 gum etiam spousalium dissolutionem am-  
 bitu suo contineat.

(a) lib. II. Controv. Illustr. c. 82. n. 3. (b) in  
 dissertat. de Princip. justæ suam utilitatem  
 querent. (c) lib. 2. de Jur. Bell. ac Pac. c. 4.  
 (d) de Finib. Imper. (e) Instit. Polit. part.  
 I. cap. 2. §. 12.

CAP.

CAP. X.  
 DE  
 OFFICIIS ERGA  
 ALIOS RELATE CON-  
 SIDERATOS.

§. I.

**N**idimus quid homo ad honestè vivendum sibi debeat ; nunc quid aliis debeat ? videamus : & hæc quidem sunt, quæ Cicero aliique officia vocant. Quid homo homini, ut tali absolute considerato debeat, (a) supra pro nostro instituto sat is explicavimus. Sed cum multæ inter homines inveniantur relationes, quarum respectu officia etiam variant, de iis particulariter aliquid differendum, ita tam en ut potiores tantum partes sectatur, simus, ne in nimiam molem

molem ex crescere opusculum.  
 Cumque de matrimonio priore  
 capite aliquatenus egerimus, con-  
 sequens esse videtur, ut jam *de*  
*mutuis inter virum & uxorem officiis*  
*tractatum instituamus, quæ in eo*  
*præcipue consistunt, ut marito*  
*jus & imperium sit in uxorem,*  
*uxor obedientiam & auxilium*  
*marito debeat; alter vero alte-*  
*rum mutuo amore prosequi te-*  
*neantur.*

(a) c. II X.

Posteaquam *Autor superioribus capitibus*  
*debita, ut vocantur Moralitatis, naturalis &*  
*pietatis & probitatis, seu ea exposuit, quæ*  
*homo cum Deo suo, tum sibi ipsi ad honestè*  
*vivendum debet, jam ad *debita naturalis iu-**  
*sticie, h. e., ea progreditur, quæ homo ad*  
*honestè vivendum alijs hominibus, ut ho-*  
*minibus, aut ut sociis debet. Quia vero de*  
*debitis ac officiis hominis erga hominem ut*  
*hominem supra c. II X. pro instituti sui mo-*  
*dulo egit, ad reliqua officia, homini cum a-*  
*llis hominibus ut sociis intercedentia digre-*  
*ditur, & primum mutua inter maritum &*

uxorem officia exponit, quæ ex mente Autoris in primis in ordine ac dispositione personarum matrimonio jungendarum consistit, vi cuius altera eatundem, maritus, ob sexus præstantiam prudentiaque eminentiam priori, altera vero, uxor ob horum omnium defectum, posteriore loco collocatur. Ut binc absurdus sit Helmquius, quando destinatam a DEO esse, ait, mulierem, ut esset caput, apex & ultima creatura, supra virum, quoque datam in adjutorium, non fecis ac princeps in adjutorium est suis ministris, nequaquam vero, ut conjugis nomen vicemq; sustineret.

## §. II.

Mariti jus in uxorem, et si imperium quoque comprehendat, unde & Sara maritum (a) Dominum vocavit, non tamen id herile aut herili simile esse, quisquam existimet, est enim longè lenius, quale capit is in reliqua membra & magis svadendô quam absolutè jubendô exerceri solet. Est (b) igitur maritus uxoris caput, nempe in rebus conjugii & in rebus familie, nam uxor

*uxor pars sit familia maritalis, ideo de  
domicilio constitvere jus est marito;  
cui etiam rationi innititur edi-  
ctum (c) Abasveri, quod per omnes  
Regni Persici Provinceias pro-  
mulgari jussit: esse viros principes  
ac majores in domibus suis, idque eum  
in finem, ut cuncte uxores, tam ma-  
jorum quam minorum, deferrent mari-  
tis suis honorem. Omnidò autem  
cavere sibi maritus debet, ne in  
uxorem durior sit, hoc enim  
Apostolus Paulus vetat dicens: Viri  
(d) diligite uxores & nolite amari esse  
ad illas. Et (e) Petrus: eobabitantes  
secundum scientiam, quasi infirmiori  
vасculа muliebri impartientes bona-  
rem.*

(a) Genef. XIIIX, 12. (b) Hug. Grot. de Jut. B. ac  
P. lib. 2. c. 5. §. 8. (c) Esther. I, 20. 21. (d)  
Epist. ad Coloss. III, 19. (e) I. Petri. III, 7.

*Ut singula conjugum jura, quæ Autor  
extremò præcedentis §. summatim comple-  
xus est, distinctè intelligantur, primum de*

jure mariti in uxorem, illiusque parte nobiliori, imperio in uxorem, agere incipit. Notat autem, quod imperium illud, de cuius naturalibus mox dicturi sumus, non despoticum ac herile sit, cuiusmodi domino in servum competit; vi cuius ille servo agenda potest praescribere, desidem & immorigerum non verbis solùm, sed & verberibus vel custodia privata coercere, domo ejicere, aut, si loco mancipii sit, divendere: sed longe lenius ac mitius atque cum singulari humanitate contemperatum, non (a) quod non & ipsi, cum opus, & uxor suo defuerit officio, jus competit eam cohortandi, objurgandi, aut etiam minus acrioribus ac plagis utendi, sed quod non tam facilè ad hæc extrema marito descendendum sit. Id quod notandum contra (b) Bodinum, &c, qui hunc secuti, (c) Hornius & (d) Henniges; qui imperio mariti etiam vitæ necisque potestatem, quam olim non (e) Romani solùm, sed & (f) Greki, (g) Galli & (h) Longobardi maritos armariunt, eisque uxores domi ad mortem condemnandi ac interficiendi potestatem dederunt, contineri arbitrantur: cum hoc jus (i) summis saltim imperiis, non summo minoribus competit, & unicuique tanta in societate concessa sit potestas, quanta ad rectam illius gubernationem & conservationem felicioremque actuum in illa & negotiorum in finem dire-

directorū satis est. Non (k) solum autem marito jus in personam & corpus uxoris datur, quod propriè impetii nomine designari solet, sed & jus & potestas in bona uxoris, cum ea, quæ ab ipsa domui marito illata, tum etiam illa, quæ ipsius labore sub directione & manu mariti acquisita sunt, utpote quæ juris in personam accessio sunt, juxta illud: accessorum sequitur suum principale. Unde verò illud imperium sit, quod marito in uxorem competit? diversi diversum sentiunt. (l) Hornius cum (m) Hennige illud ex Eva erga Deum inobedientia deducit. Sed cum hōc imperio jam ante lapsum gavisus fuit primus homo, idē secuti (n) Grotium aliosq; ex multo consensu, sexūs præstantia & ingenii dōibus, arcessim⁹ dum mas, ut naturā melior ac perfectior, fœminæ, ut naturā deteriori ac imperfectiori, in rebus conjugii imperat, quidque, quando aut quomodo agendum sit, prescribit. Quibus tamen minime contrarii videntur, quæ alias ab (o) Ofiandro ad divinam dispositionem & confessionem confugiente adferri solent, cum distinctio inter causam imperii remotam & proximam omnem tollat difficultatem.

(a) Vid. Institut. Polit. Part. I. c. 2, §. 35. (b) lib. I. de Republ. c. 3. (c) in Polit. Architecton. lib. I. c. 3. (d) Observat. in Hug. Grot. lib. 2. c. 5. §. 8. (e) Dionys. Halicarn. lib. 2. Plinius,

us, qui lib. 14. c. 13. iavenuimus; ait, inter exempla, Egnatii Mecennii uxorem, quod vi-  
num bibisset è dolio, imperfectam fuisse àma-  
rita, & hunc cædis absolutum à Romulo.  
(f) Vid. Boëclerūs Institut. Polit. lib. I. c. 2.  
(g) Cæsar lib. VI. de Bello Gallic. c. 19. (h)  
Bodin. cit. loc. (i) Beccmann. Præcognit. Po-  
lit. c. 8. p. 43. Vid. Institut. Polit. Part. I. c. 2.  
§. 30. (k) Institut. Polit. part. I. c. 2. §. 35. p. 66.  
(l) Polit. Architect. lib. I. c. 1. §. 7. (m) Ob-  
servat. in Grat. cit. l. (n) lib. de Jur. B. ac P.  
2. c. 5. §. 8. n. 1. Velshuysius tr. mor. de nat.  
pudor. & dignit. hom. (o) Annot. in Grot.  
lib. 2. c. 5. observ. ad th. 8. p. 738.

### §. III.

**D**e obedientia, quam uxores vi-  
ris debent, res etiam clara est: (a)  
Mulieres viris suis subditi sunt, sicut Da-  
mino, ait Paulus, & rationem subdit,  
quoniam vir caput est mulieris; & ite-  
rum (b) alibi: Mulieres subdita esto-  
te viris, sicut oportet in domino. Hinc  
egregie (c) Chrysostomus: meri-  
tò viro fœmina subjicitur: nam equa-  
litas honoris pugnam parit. De auxilio  
verò, quod uxor viro præstare  
debet, patet ex ipso formationis  
fine:

*fine: Est enim (d) prima fæmina in  
adjutorium viri creata. Hinc Poë-  
ta (e) Græcus:*

*Quare adjuvamen rebus uxorem  
tuis.*

*Et (f) iterum:*

*Honesta mulier est gubernaculum  
domus.*

(a) Epist. ad Ephes. c. 5, 22. (b) Epist. ad Coloss.  
c. 3, 18. (c) 1. Corinth. 2, 3. (d) Genesi 2, 20.  
(e) incert. auctor. (f) Idem.

*Obedientia, quam in Polit. Institut. in-  
ter officia & jura uxorius passiva retulimus,  
est propositum explendi mariti voluntatem,  
actusque & operas suas in rebus ad matrimo-  
nium pertinentibus juxta prescriptum ipsius  
eliciendi, nisi manifestò illud iniqvum & ju-  
ti divino aut naturali contrarium sit. De  
auxilio vero & adjutorio, quo virum non so-  
lum juvare debet laboribus, sexui sequiori  
convenientibus, sed & sanum exhilarare &  
grumque curare, in adversis consolari, in se-  
cundis socia esse, ceterisque officiis marito  
præstans, veluti reverentia, timore, fide  
thori ac debito corporis sui copiam marito eiq;  
soli faciendi, mariti vitia, si que sunt, non  
convitiis sed blanditiis emendandi, ad genus vi-  
ta moresque mariti omni studio se totam at-  
temp-*

*temperandi, permittendi bonorum suorum ad-  
ministrationem marito, idque genus aliis vi-  
deantur Instit. Polit. Part. I. c. 2. §. 37.*

§. IV.

*Amorem verò inter virum & uxo-  
rem debere esse mutuum, vel illud do-  
cet, (a) quod duo sunt in carne una.  
Quem locum explicans Apostolus  
(b) scribit: *Viri debent diligere uxo-  
res suas, ut corpora sua: qui uxorem  
suam diligit, seipsum diligit.* Nemo  
enim unquam carnem suam odio babuit.  
Et paulò post: (c) *unusquisq; uxo-  
rem suam sicut seipsum diligat, uxor  
autem timeat virum suum.* Et alibi:  
*Viri, (d) diligite uxores vestras.* In  
eundem ferè sensum loquitur &  
(e) Chrysostomus: secunda potestas est  
malier, neque ergò ipsa aequum sibi jus  
vindicat, (sub capite enim est) nec eam,  
quod subdita sibi est, contemnat mari-  
sus, corpus enim est.*

(a) Gen. 2, 24. (b) epist. ad Ephes. 5, 28. (c) ibid. v.  
33. (d) epist. ad Colossi 3, 19. (e) Ephes. 5, 4.

Sicuti

*Sicuti inter conjuges esse debet amoris fer-  
ra reciprocatio, ita quoque moderatio, cum  
amor sine carens, non sit amor, sed vanitas.  
Hinc vanum & stultiæ plenum est vivi-  
comburium mulierum Inditarum, dum nul-  
lo bono alterius sibi nocent inque proprium  
corpus sâviunt.*

## §. V.

*Nunc ad alteram speciem re-  
lationis accedamus, quæ est inter  
parentes & liberos. Parentes igitur  
babent Jus Imperii & coercitionis etiam  
in liberos. Debet autem hoc im-  
perium cum moderatione exer-  
ceri : Patres (a) nolite ad iracundiam  
provocare filios vestros, sed educate illos  
in disciplina & correptione Domini. Et  
(b) alibi : Patres nolite ad indignatio-  
nem provocare filios, ut non pusillo ani-  
mô fiant. Ita tamen imperii hu-  
jus ratio constat, ut (c) prime par-  
tes sint patris, secunda matris. Unde  
rectè (d) Augustinus : Filius ex legi-  
timis nuptiis suscepitus magis in patris  
quam*

quam in matris potestate est. Et quidem (e) prima tempore, cum liberi imperfecti sunt iudicii, omnes eorum actiones subsunt imperio parentum: Est enim naturali juri conveniens, ut is, (f) qui perfecte etatis non sit, alterius tutela regatur. Neque naturaliter alius inveniri potest, cui id regimen competit, praeter parentes. Postquam autem maturuit iudicium, ea sola actiones sub ipsorum imperio sunt, quae ad familie statum momentum aliquod afferunt. Cum autem filius ex familia excesserit omnimode sui juris sit, manente tamen semper pietatis eius reverentia debita.

(a) Epist. ad Ephes. 5, 4. (b) Epist. ad Coloss. 3, 20.

(c) Senec. Controvrs. lib. 3. contr. 19. (d) Epist. 191. (e) Aug. Grat. lib. 2. de Iur. B. ac P. c. 5. §. 2. & seqq. (f) S. 7. Institut. de Act. tit. Tut.

Altera relationis est inde oris societatis species est consociatio parentum et liberorum, quae alias a principe illius persona & fine, sebolis videlicet ex nuptiis suscepit educatione

tione, etiam (a) *naturam*, *patria* & *mo-  
nitionem* dici, & delineari solet, quod sit *so-  
cetas inter parentem & sibolem simplex, natu-  
ralis, inaequalis, regia*, ob illius sublevationem  
hujusque educationem: de cuius definitionis  
sensu ac singulis causis cum (b) alibi suffici-  
eret agimus, denud agere nolumus. Tan-  
tum de imperio parentum in liberos ejusque  
natalibus ac limitibus, quibus illud circum-  
scriptum, in praesenti occasione Autoris ali-  
qua dicturi sumus. Consistit autem illud in  
complexu ac etiis variorum iurium activo-  
rum, seu potius in facultate morali dirigendi  
liberiorum personam & bona in finem societas  
*patria præfixum*; & pro ratione personarum  
& rerum (c) varia includit iura, v. g. jus im-  
ponendi liberis nomina, certum vita genus  
prescribendi, prospiciendi de nuptiis, dispo-  
nendi de bottis, aliis eos addicendi, oppri-  
gnorandi dividendique & immorigetos  
non verbis solam, sed & verberibus, carce-  
re, cibi item potusque subtractione & asser-  
vatione coercendi, eque domo & familia pa-  
terna, cum opus fuerit, ejiciendi excluden-  
dique ab hereditate & successione in bona  
patertia, quæque sunt id genus iuta paten-  
tum activa alia. Nequaquam autem cum de  
imperio in liberos hic agimus, ejus nomine facul-  
tatem (d) prolem intra materna viscera lati-  
tantem elidendi abortumque procurandi intel-

Aa

ligia

ligimus, nisi forsan par vita & metri & sobelli insamineat periculum, & utrique, n*on* id fiat, pereundum sit; vel, quod placuit (e) Aristotel*i*, recens editam, etiam mancam & monstrosum membrumque destitutam, exponendi ab iaciendique; cum hoc etiam ex (f) parte matris inhumanum sit, & (g) necare videatur, qui quare ab*jec*it & exponit; aut, ut (h) Bodino aliisque visum, citra cognitionem forensim privato arbitratu eandem, peccati cuiusdam convictam, occidendi: et si id (i) Romanis olim (k) Persisque in usu fuerit. Cum prae*ter*quam quod finis societatis patriæ absque iustiusmodi rigore comode haberi potest, & parentum imperium, ut (l) Marthanus & Ciuis loquitur, non in atrocitate, sed pietate potius consistit, oppidò incongruum sit, parentes in propria causa actores simul, judices & executores constituere. Itaque non nimiam & intolerabilem, sed moderatam & decentem eamque in parentibus co*erc*itionem requiri mus, quæ paterni amoris limites non trans*gre*diantur, ita tamen ut in co*erc*tendis liberis primæ partes patri, ut capiti, secundæ matri de jure naturæ tribuenda sint. Unde vero imperium istud, cuius partem co*erc*itionem fecimus, ortum trahat, non eadem omnium sententia est. (m) Hobbes ex perversissimo suo principio, bello omnium in omnes, ad ius victoriarum delabitur ratus, jure naturæ dominium

minium recens nati infansis primò & origi-  
nariè ad matrem pertinere, utpote que pri-  
ma eum in sua habuit potestate, ab hac verò  
deinceps derivari in patrem, quatenus ei à  
matre atendus traditur. Sed sicuti princi-  
pium illud, bellum omnium in omnes, com-  
munitatum est, ita sponte sua corruit id, quod  
ei supersticatum est. *Ab ergo hinc cum (n)*  
*Pasendorfio ad alimentationem parentum &*  
*præsumptum liberorum consensum recur-  
sunt;* *Nonnulli cum (o) Horio ad divinam*  
*concessionem;* *Plenigè cum (p) Grotio ad*  
*generationem.* *Nes (q) salvis aliorum ju-  
diciis, dicimus, imperium parentibus in li-  
beros ex mutuo ipsorum consensu acquiri,*  
*parentum quidem expressò, liberorum verò*  
*præsumto.* *Gum enim liberi ob ejas, in*  
*quod ipsorum voluntas fecit, cognitionis*  
*carentiam per statem expressè suum consen-  
sum testari nequeant, militat pro ipsis præ-  
sumtus: præsumitur enim quod si quæsiti,*  
*cuinam sui in educando curam vellent com-  
mittere; consensum suum tunc temporis im-  
pertire potuissent, non alios quam suos pa-  
rentes nominaturi fuissent, utpote quibus*  
*ob intensissimum in liberos amorem horum*  
*salus præ ceteris semper curæ cordique est.*  
*Dum verò jus ac potestatem patriam in liberos*  
*consensui illorum mutuo tribuimus, nequa-*  
*quam hinc contradicere videmur Grotio, qui*

A a a

impe-

imperii in problem constituti titulum generationem facit; Cum ex mutuo consensu & generatione imperium in liberos acquiri non sint ex classe eorum, quæ se mutuo tollunt, sed potius ponunt, certumque ac immotum maneat, quod titulus acquirendi in liberos imperii non solum mutuis, cœli diximus, consensus, sed & generatio sit, vi cujus quod ex substantia nostra excitatur nostrum sit, imperioque ac dominio nostro subjicitur.

Ceterum de tribus illis liberorum intervallis, & quales illis temporibus liberorum actiones patriæ potestati subfint non solum (t) Grotius sed & (s) Thomæius (t) aliqui qui de patriæ potestate scripserunt, multis egerunt.

- (a) Aristoteles I. Polit. c. 3. (b) Institut. Polit. part. I. c. 3. (c) Eichelius part. I. de Jur. liberos.
- (d) Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. lib. VI. c. 2. §. 5. (e) I. Politic. c. 16. (f) Hobbes Element. Philos. de Civ. c. 9. §. 2. qui id negat.
- (g) Petr. Gregor. Thelos. Syntag. J. V. part. II. lib. 15. c. 28. n. 6. (h) de Rep. lib. 1. c. 2. Horn. Polit. lib. 1. c. 2. §. 4. (i) Simplicius ad Epict. Enchiridion. M. Seneca Excerpt. Controv. III, 3. Petr. Gregor. Syntagm. J. V. part. III. lib. 42. c. 23. n. 5. (k) vid. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 5. §. 7. (l) I. f. si. ad I. de Parricid. (m) de Civ. c. IX, 2. (n) de Jur. N. G. lib. VI. c. 2. §. 4. ac de Offic. II. 3. 2. (o) Polit. I. c. 2. §. 3. Cui respondet Pufendorf. loc. alleg. (p) de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 5. §. 1. (q) fructu hie dissent. Dn. Kulpis. (r) lib. 3.

c. 5. §. 2. & seqq. (s) disp. de patr. potest. (t)  
 Ascanius Clementius, Philippus Paschalis,  
 Petr. Etodius, nisi quod hi instituta civilitate  
 cum jure nat. circa hanc materiam ubique  
 ferè confuderint, accuratius autem hæc ipsa  
 distinxerit Jo. Eichelius peculia libell. de  
 Jure Nat. parentum in liberos & horum  
 in parentes.

### §. VI.

Quæritur hic potest: an Patris op-  
pignorandi aut etiam vendendi filii jus  
est? quod nos, necessitatibus tem-  
 pore, de jure naturæ licitum pu-  
 tamus. *Tenetur quidem pater filium*  
*alere: (a) nam qui causa est, ut*  
*homo existat, curare etiam debet,*  
*ut subsistat, quod etiam in*  
*animalibus reliquis videre est.*  
 Hinc Justinianus: (b) *ipse natura-*  
*lis stimulus parentes ad liberorum suo-*  
*rum educationemhortatur. Et alibi:*  
 (c) *ipsum filium vel filiam & deinceps*  
*alere Patri necesse est, propter ipsam nar-*  
*turam. Si tamen ipse in talem in-*  
*ciderit indigentiam, ut neque se,*

Aa 3 neque

neque liberos alere amplius possit, non iustum est, ut ab ipsis sumat, unde se suosque sufficiare valeat: (d) satius enim est ingenuitatem perire quam uitam, ut id pluribus prosequitur Auctor (e)  
Comment. de Jur. B. ac. P.

(a) lib. 3. ff. de Just. & Iur. Hugo Grav. de Juz.  
B. ac. P. lib. 2. c. 5. §. 5. (b) I. unac. §. taceat.  
(c) lib. 5. vers. filiat. C. de res. uxori acti. (c) I. fin.  
§. 5. C. de bon. (d) Jarnand, Hist. Goth. (e)  
dict. c. 5. §. 5.

Gravis est disputatio, an imperio patrio etiam potestas oppignorandi vel vendendi filium aut filiam includatur? Afferit id (a) Hugo Grav., a quaenam sequuntur (b) Conringius, (c) Zieglerus, (d) Osiander, (e) Hornius (f) aliquem. Sed nec deest auctoritas id negantium, e quibus (g) Baetkeras & (h) Feldenus. Nos ad imperii paterni rigorem respicientes, priori, utpote multo, veteri, sententia subscribimus, rati, posse, quin debere patrem, aut, quod (i) Hugo Cardinalis negat, mortuò illò, matrem, aut, ubi hæc in vivis esse desuit, etiam avum aviamque &c. extraordinario eoque summo ac inevitabili necessitatis casu, cum alia ratio ipsis se suosque alendi, tuendi id que

que genus alii officiis juvandi liberos non  
suppetat, nullumque inde pudoris vel reli-  
gionis immineat periculum. Liberos oppi-  
gnorare, vel etiam divendere, cum vita,  
qua fundamentum omnium bonorum tem-  
poralium & aeternorumque occasio est, pluris  
esse debeat ipsa libertate personali, eoque  
parentibus, cum in extremam inciderit ege-  
statem, & vel alimenta ad educandos liberos  
ipsis non amplius suppetant, vel in tanta re-  
rum egestate ipsis perentium sit, licitum  
tum sit pra. vita libertatis facere jacturam,  
liberosque vel oppignorare vel divendere.  
*Quanquam si dicendum quod res est eo in*  
casu patria potestes (k) non tam ratione for-  
ma, qua semper persona adhaeret & ab ea di-  
velli nequit, quam potius ratione effectum  
in aliud transferatur; nec filius hac trans-  
latione in perfectam servitutem tradatur,  
sed alteri soluta jus aliquod reale, dominio  
analogum, constituantur utendi servitio filii  
filiave. Atque huc forte respexisse viden-  
tur leges (l) Romanorum, sequiorum tempo-  
rum, (m) Visigothorum, (n) Thebanorum,  
Phoenicum, (o) Phrygum aliasque gentium,  
id permitentium. *An autem patre vi impe-*  
*rii possit liberos prostituere?* alia est quæstiæ.  
Quidem qui affirmativam tinentur senten-  
tiam cum primis exemplo (p) Loti inven-  
tus, qui Sodomitis, hospites ad mortem po-

scentibus; duas filias, adhuc virgines & illibatas, prostituendas obtulit. Sed cum ad turpe nulla detur obligatio, evidens est, ne quidem in extremo necessitatibus casu patrem cogere posse filias suas ad virginitatem suam pravae aliorum libidini exponendam. Exemplum *Lochi* quod attinet, alii inter quos *Chrysostomus* & *Augustinus* laudant; alii vero cum *Soto* & *Cajetano* excusant; plures vero damnant, quoniam sententiae & nos ob rationem magis allagam merito accedimus.

- (a) de Jur. P. ac 1<sup>o</sup>. lib. 2. c. 5. §. 5. (b) de Finib. c. 19. (c) Not. ad Grot. (d) Animadvers. ad Grotium. (e) Polit. I. c. 2. §. 4. (f) Ludov. Lessius de Just. & Jur. lib. 2. c. 5. dubit. 4. (g) in Hug. Grot. lib. 2. c. 5. §. 5. (h) Not. ad Grot. cit. I. (i) disp. V. sect. I. n. 4. Videac. Azorius Instut. Moral. p. 2. c. 22. (k) Kulpis Exercit. IV, in Grot. §. 3. p. 40. & 41. (l) Vid. I. 3. C. de patrib. qui fil. distr. (m) lib. 2. tit. 4. c. 12. (n) Vid. Grot. lib. 2. c. 2. §. 5. & Helianus lib. 2. (o) Apollonius epist. ad Demitianum. (p) Gen. 19. 8.

### §. VII.

**Diximus:** Parentibus etiam coercitionem in liberos competere; quid jam de iure vite & necis dicimus? Scimus quid de ea re & Laconum & Romanorum leges statuerint;

sed

sed nos de jure naturæ quæstionem instituimus, quæ homini in hominem tantum juris dedisse non videtur, præsertim post constituta judicia: potius igitur ostendit dictas leges impunitatem tantum in hac facti specie concassisse putemus.

*Quid parentibus vii quæstio ex matre consensu & generatione in liberos imperii licet?* jam (a) ante diximus, cum ostendimus, quod vita & mors liberorum non sint media ad finem societati patriæ præfixum disecta, etiamsi eam segregata & extra omnem civitatem cum (b) Hobbesio & (c) Pufendorfia consideres.

(a) §. V. (b) de Civ. c. IX. (c) de Jur. Nat. & Gent. lib. VI. c. II. §. XI. & seqq.

### §. IIX.

**Nobilis est & illa quæstio,**  
an Patrii consensus ad nuptias filii a deo  
sit necessarius, ut propter ejus defecuum  
omnino irritum fiat matrimonium?

**Quod nos, utputa nimis durum,**  
negant-

negandum putamus: Etsi enim contra officium suum faciat filius, qui in tam ardua re consensum patris non impetraverit, non tamen ideo statim irritum fit, quod de se ipse constituit: quid enim si pater requisitus consensum nulla ratione negaverit? Sed & haec latius explicantur in dicto (a) commentario.

(a) Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 5. §. 10.

*Consensum parentum ad nuptias liberorum de jure naturali, divino & civili necessarium esse, corrra Hug. Grotium & Textorem ostendimus in (a) Institutionibus Polit. An autem ita sit necessarium, ut ob ejus defectum matrimonium irritum reddatur? altioris indaginis res est, cum (b) non omnia, quae iuti naturae repugnant, eo statim irrita fiant, sed illa demum in quibus deest facultas agendi moralis, aut in quibus vitium durat in effectu. Autor secutus fratrem suum id negat; Quibus accedit (c) Dr. Pufendorfius, qui licet officio pietatis & reverentiae liberorum satis congruum esse arbitratur, ut consensum & consilium parentum hic adhibeant,*

non

non tamen statim irritum fieri ac pro nullo declarari, quod contra istud officium admissum fuit. (d) *Alii* verò ab his secedunt, mori cum aliis, tūm defectu facultatis contrahendi in liberis citra consensum parentum. Si jus (e) naturæ merum spectemus, quidve eō jure juris patribus, ut talibus, competit, vix videtur eosque illud sē extēdere, ut matrimonia absque parentum consensu inita eō possint declarari irrita, maximè (f) si jam tūm consummata fuerint. *Ait* si considerēmus, quid jus divinum aut leges ac statuta populorum hīc disposuerint, quidve patribus, ut capitibus familiarium, competit, certum est, quod leges illæ potest statem matrimonia contrahendi variis libertib⁹ circumscribere & parentum consensu destituta conjugia, perinde ut alios contractus, interdum pro nullis declarare aut rescindere, interdum contrahentes saltim certa poena adjudicare, potuerint.

- (a) Part. I. c. 2. §. 8. p. 37. Vid. Beccmannus Praecognit. Polit. c. 8. p. 37. Eichel. part. I. §. 37. 38. & part. II. §. 3. Bœcler. Comment. ad Grot. lib. 2. c. 5. §. 10. p. 163. Gerhard. de Conjug. Adrian. Pulvæus lib. de nuptiis sine parentum consensu non contrahendis. Paul. Cypr. de Jure coniubior. Zigler Not. ad Grot. lib. 2. c. 5. §. 10. Ohander ad eund. (b) Hug. Grot. cit. c. §. 10. (c) de Jur. Nat. & Gen. lib. VI. c. 8. §. 14. Vid. Ziglerum allego loco.

locd. (d) Osiander Annot. in Hug. Grot. lib. 2. c. 5. p. 763. & seqq. (e) Kulpis Exercit. IV. in Grot. p. 47. Pufendorf. de Jur. Nat. & G. cit. l. (f) Hülsemannus Breviar. Theolog. c. 21. n. 14. circa finem & ex eo Zigler. & Osiander cit. ll.

## §. IX.

*Officium liberorum erga parentes in obedientia, honore & timore suae reverentia, consistit. Et de obedientia quidem & honore audi præceptum juri naturali conveniens : (a) Filii obedite parentibus vestris in domino, hoc enim iustum est. (b) Honora Patrem tuum & matrem tuam (quod est mandatum primum in promissione) ut bene sit tibi & sis longevus supra terram. De timore vero audi ipsum Deum : Unusquisq. (c) Patrem suum & Matrem suam timeat. Obedientiae erga parentes insigne habemus exemplum in Rechabitis ; quibus eum pater Jonadab præcepisset, ne biberent vinum cunctis diebus suis, obedientes fuerunt juxta omnia, que prece-*

preceperat pater; quod adeo grā-  
tum fuit Deo, ut etiam in prae-  
mio remunere dignatus sit.

(a) Epist. ad Ephes. VI, i. 2. 3. (b) Exod. XX, 12. (c)  
Levit. XIX, 3. (d) Jerem. XXXV, 6. & seqq.

De obediētia, honore ad timore jam tunc  
supra, cūm de debitis ac officiis libertorum  
adversus patentes differuiimus, egimus. Illud  
tālē circa honorem ac timorem in præsentū  
notasse sufficiat, quod timor iste non debet  
esse (a) servitio & huiusmodi, qui cūm animi  
alienatione & odio conjunctus sit, sed filialis,  
consistens in reverentia & pudore; quodque  
præceptum divinum de honorandis parentibus  
non solum proximos & immedios parentes,  
sed & longius remotos eosque à quibus libe-  
ti mediate descendentes, veluti avum &  
aviam, abavum & abaviam, &c. quin ipsos  
magistratus, præceptores, seniores, tutores,  
& si qui sunt alii, qui paternè nobis consu-  
lunt, officiique paterni partēs ac curam in-  
se suscipiunt, includat, ita tamen, ut ne in  
suspicientias istis (b) summus omnium Pa-  
ter despiciatur aut postponatur, ut potē cū  
primus & summus ab omnibus debetur  
honor.

(a) Aristot. I. Oeconomic. c. ult. (b) Matth. X,  
37. Act. V, 29.

Alio dicitur hoc. X. ut. iudee. et  
 —. Ut vero sciamus, quā in re-  
 -honor & timor parentum consistat,  
 docent id nos optimè Mamonides  
 & Gemara Babylonica ex disciplina  
 Hebreorum his verbis c. Discri-  
 men (a) inter honorem & timorem sive  
 reverentiam Patris hujusmodi est, ut ex  
 reverentia filius non sit in loco ejus sed  
 locum ei assiduum stando occupet, nec  
 in loco ei affectu pedeat, nec sententia  
 ejus refragetur, nec eam refutet, nec  
 cum nomine suo appelleat, sive supersti-  
 tem, sive mortuum, sed in eam modum  
 loquatur, Abba seu Pater Dominus meus.  
 Honor vero in eo consistit, ut ci-  
 bum ac potum subministret fili-  
 us, uti & vestitum, ex eo scilicet  
 quod Patris est, seu ex bonis paternis,  
 quibus si careret, cogendus erat filius, si  
 ipsi bona essent, ut utrumque alterum pa-  
 rentem in quantum posset. Quod (b)  
 Iusti nostri ita effrerunt & pietatis  
 ratio

*ratio in parentes constare debet. Item;*  
 (c) *filio semper beneficis sancta persona*  
*patris videti debet. Et iterum;*  
 (d) *reverentiam debitam exhibere matre*  
*filios preses cogat. Quorum omni-*  
*um ratio à Græcis hoc modo redi-*  
*ditur:*

(e) *Numen parentes maximum præ-*  
*dentibus.*

**Item:**

*Tu tibi parentes alteros credas Deos.*  
*Nec ignota illis promissio hūic*  
*præcepto adhærens, hinc (f)*  
*illud:*

*Quisquis parentes bene coler, pater*  
*bene.*

**Et hoc:**

*Senes parentes qui souet, vivet bene,*

(a) Seldent. de Jur. Nat. & Gent. Juxt. discipl. Ebreaon lib. VII. c. 2. (b) L. i. de obseq. parent. (c) L. 9. ff. eod. tit. (d) L. congruentius, 4. C. de Patr. potestu (e) incert. Auct. (f) incert. Auct.

*Autor expositurus ex mente (a) Mai-*  
*monidis (b) aliorumque Ebreaorum discri-*  
*mēn honoris à timore, inter alia, quantum*  
*ad*

ad honorem attinet, ex (c) Seldeno nota, constitisse illum in parentis senio conseca sustentatione, h.e. subministracione cibi, potus & vestitus, ita tamen, ut in exhibendo honore primæ partes patri, secundæ matris delatae, in reverentia vero & timore potior ratio matris quam patris semper habita fuerit, adiecta ibi à Seldeno ratione, ut inde parilis utriusque dignitas cognoscetur, dum tam reverentiam quam honorem intuemur. (d) Plato adhuc alias honoris partes facit, dum sustentationi etiam largitudinem botvorum adjicit, & propter beneficia parentum in liberos illis horum hereditatem, ea que omnia à liberis deberi parentibus contendit, sine quibus ipsorum cum vita tua fama conservari & prorogari nequit. Graci (e) id vocare solebant ανταρεξειν, & ab eo temporis articulo istorum officiorum praestatio liberis incumbebat, quod defectus virium vel in parentis corpore, vel in animo, vel etiam in utroque se exserebat.

(a) Maimonid. hal. Metzahim, c. 6. Mikotz. p. 200. cept. affirm. 113. (b) Genar. Babylo. ad titul. Kidoschim c. 1. fol. 31. & Genar. Hierololym. ad tit. Bea c. 1. fol. 15. col. 3. (c) I. alleg. (d) V. de Rep. (e) Vid. Inst. Polit. part. 4. c. 2.

## §. XI.

*Est & tertia relationis species, priori omnino similis, qua consistit  
inter*

*inter tutorem & pupillum.* Cum enim saepiusculè accideret, parentes secundum ordinem mortali-tatis obire, relictis liberis, aut infantibus, aut certè pupillis atque ipso, propter lubricum æta-tis, scipios regere aut rebus suis superesse non possent, incunda fuit alia via, quā ipsis consulere-tur. Cumque secundum tritum proloquium: *Dous & natura non deficiant in necessariis, inventa est tutela, quae est vis ac potestas in capite libero ad suendam eum, qui per etatem se defendere nequit.* Neque ex ea tutela exire pupillus potest, nisi per etatem ipse se posfit defendere, quod tempus naturaliter non est definitum, atque ideo per leges positivas definiendum mansit: *Distinctio quoque inter tutelam & cu-ram de jure naturæ est incognita.*

(a) s. est autem 2. Instit. de Tuc.

Bb

Cum

Gum sepe contingat, ut liberi statim in ipsa infantia ac minorenitate suis orbentur parentibus, qui tamen seipso regere, tueri aut rebus suis superesse per etatem nequeunt, in subsidium huius orphanitatis introducta est *Tutela*, quae ex Servio Sulpicio *J.Cro.* a Cicerone ob artem & aequitatem valde laudato, delineatur quod sit vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per etatem se defendere nequit; Et quid (a) formam, incrementum modumque deferendi eam juris est civilis, qua materia verò & ortum (b) juris natura, aut, ut *J.Ett.* loquuntur, juris gentium, intellige, abusivè & impropriè; quatenus videlicet a gentibus in civitatem ob utilitatem, non tamen ex condito aut pacto tacito, recepta est. Ceterum de tutela speciebas aut modis, termino item ac tempore, quo pupillus a tutela ordinaria liberatur, ut & discrimine a cura, & variis solennitatibus, veluti inventarii confectione & similibus his iugre, non est jurisprudentia naturalis, sed civilis solum. Vid. tot. titulus XIII. lib. I. Institut. & qui in eam commentati Hoppius, Rhetius, Massius, Heigius aliquem.

(a) Heigius ad tit. XIII. lib. I. Institut. p. 70. Fr. Caldus in l. si curatorem in verb. sine curatore n. 8. Wiadler. de Princip. Jur. lib. 4. c. 9. p. 397. (b) s. impuberis autem. Institut. de Attil. tutor. Vid. Petr. Grégor. Synt. J.V. Part. 2. lib. 12. c. 1. n. 7. p. 176.

## §. XII.

## §. VII.

Officium tutorum consistit in defendenda persona pupilli & administrandis eius bonis. Personam quod attinet, (a) debet tutor consilio & opera tueri non solum patrimonium, sed & corpus & salutem pupilli, morum quoque curam habere debet. Cum (b) tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli preponatur. Tenetur & pupillum defendere, & iudicium ejus nomine suscipere. Tutoris (c) enim pricipuum est officium, ne indefensum pupillum resinguat: unde hoc (d) munus necessarium appellatur. Ad administrationem vero bonorum pertinet, quod tutor, (e) quantum ad providentiam pupillarem Domini loco haberet debet. Denique in his aliisque (f) partibus suis fungi debet non quidem precipiti festinatione, sed nec moratoria cunctatione, quin (g) & bonam fidem agnoscere protest, & (h)

*bonâ fide pecuniam erogare. Reliqua  
satis trita & obvia sunt.*

(a) l. consilio 7. ff. de Curat. fur. (b) l. cum plures  
12. §. 3. ff. de adm. tut. (c) l. tutoris 30. ff. d.  
tit. (d) l. 68. C. cod. tit. (e) l. tutor. 28. ff.  
cod. tit. (f) l. 56. §. 4. ff. de furt. (g) Lector  
7. §. 1. ff. de administr. tutel. (h) l. quotiesq;  
§. 6. ff. cod. tit. & l. 3. C. cod. tit.

*Officium ac munus tutoris pro diversitate  
objectionum, persone ac rerum, in quibus tutela  
versatur, fermè duabus partibus ac momen-  
tis absolvitur, iuritione pupilli & personae & re-  
rum, ita tamen ut (a) princeps. objectum sit  
persona, secundarium res & bona pupilli. Quia  
notam in primis tutela de jure civili à cura sed  
curatela, idque genus (b) consimilibus offi-  
ciis aliis internoscitur, cum tutela principali-  
liter (c) personæ tuendæ detur, accessoriè bo-  
nis ipsius & patrimonio universo; curatela  
autem principaliter rebus ac bonis, nec  
omnibus, sed certæ tantum bonorum ac pa-  
tronii parti detur. Quod igitur capita  
seu partes officii tutorii attinet, ea omnia  
ferè officia huc pertinent, quæ parentes suis  
debent liberis, & supra à nobis descripta  
sunt, cum tutela, ut modò monuimus, po-  
testatis patriæ vicaria sit, (d) alterumque à  
parentibus locum teneant pupillorum de-  
fensores, qui proinde, ut parentum vicarii,*

pu-

pupillos, fidei suz creditos, non solum amare, sovere, sed & procurare in bonis ut moribus, capitibus fidei, disciplinis vel artificio instituantur, nec minus alere, vestire, judicium pro iis subire, medicamenta præstare, exactissimam in bonis pupillorum diligenciam adhibere, bona fide pecuniam erogare, in vendendis fructibus & mobilibus tempus opportunum sollicitè observare, facultates & patrimonium augere, famam & mortem illorum vindicare, eoque ea omnia præstare tenentur, sine quibus ipsorum educationem naturalis, tum moralis & civilis commode procurari nequit.

(a) Petr. Gregor. Syntag. J. V. part. II. lib. XII. c. 2. n. 6. p. 178. (b) Heigius ad tit. XIII. de Tutelis. lib. I. Instit. p. 69. n. 6. & 7. (c) Vincent. Manzin. tr. de Tutela. qu. 15. n. 1. Cuacius lib. 17. observ. 7. Heigius in tit. de Cura-toribus. lib. I. Instit. p. 92. n. 20. Mynsing. ad Inst. p. 115. n. 7. (d) Gellius Noct. Attic. lib. 5. c. 13.

### §. XIII.

*Officium vero pupillorum erga tutores idem ferè est, quod adversus parentes, in quorum locum ipsi quodammodo succedunt. Debent igitur pupilli tutoribus suis obediens.*

siam, honorem & reverentiam, non  
tamen in eodem gradu, quod pa-  
rentibus, sed aliquantum mi-  
nore.

Quemadmodum, ut hactenus dictum,  
in locum parentum succedunt tutores, ea-  
demque ferè officia hi pupillis, quæ illi libe-  
ris suis, præstare tenentur; ita liberorum in  
locum pupilli, eoque ut illi parentibus ame-  
rem, obsequium, honorem, timorem idque  
genus atia, ita hi eadem suis debent tuto-  
ribus, eti gradu aliquantum minore. Quæ  
verò pupillo (a) actiones aduersus tutorem de-  
jure civili sint prodite; nec minus (b) quis  
pupillorum ex utroque sexu infantia aut puber-  
tati proximus censendus sit, de eo consulantur  
JCTi.

(a) Heigius ad Institut. p. 83. n. 4. & seqq. (b) de  
quo variant JCTi. Vrd. Menoch. de arbitrar.  
judic. caus. lib. 2. c. 57. Corasius lib. VI. Mi-  
scell. c. 23. n. 3. Accursius ab S. pupillus. In-  
stit. de inutilib. stipulat. Bartolus, Donellus,  
& ex iis Petr. Heig. comment. ad Institut. lib. 3.  
tit. 20. de inut. stipul. p. 333. n. 9.

#### §. XIV.

Quarta & ultima, de u-  
turi.

qui fiat; (a) supra attimus, cum de libertate amittenda egimus: quare his amplius non immorabitur, hoc tantum adiecto; quod (b) servi plerumque aut sunt per captivitatem, aut nascuntur ex auxiliis nostris, & quod (c) omne id, quod servus acquirit, domino acquirit.

(a) Supra c. VII. (b) I. servorum. s. 5. i. ff. de statu hom. (c) I. s. 5. i. ff. de his, qui sunt sui vel alieni juris.

De relatione inter herum & servum & orta inde consociatione δεσποτικη̄, herili seu dominica, ut & variis titulis, veluti titulō matui consensus, captivitatis, nativitatis, delicti, donationis, emtionis venditionis id que genus aliis servitutem constituendi modis horumque jure sufficienter egimus in (a) *Instit. Polit.* ubi quoque praeter legalem servitutem etiam naturalem dari pluribus ex (b) *Aristotele contra (c) Vasquium & (d) Gil- kenium* aliosque Jctos monstravimus. Illud saltim, quod extremo hujus g. monitum, vel verbō tete sufficiat, quod servus ut ini- qui strument volun- ini morale ita (e) suā agat olun' otum à volun- ini , eoque quicquid.

quid in servitate acquirat, non sibi sed domino acquirat, nihilque habeat, quod ut suum retinere possit contra dominum; cum (f) ad quemcunque ipsa persona plebe pertinet, ad eundem etiam pertinere necessum sit ea omnia, quae per istam personam proveniunt, exceptis iis, quae ipsi dominus peculiariter ad usum vel administrationem, veluti cibaria, vestimenta, &c. assignavit, aut etiam alias ante servitutem ex suis operis sibi quæsivit, aut per modum peculii habuit.

(a) Part. I. c. 4. (b) I. Polit. c. 3. (c) Controvers. Illustr. lib. I. c. 9. n. 3. (d) comment. in Aristot. lib. I. Polit. c. 5. n. 14. & seqq. Hug. Grot. lib. I. c. V. §. 3. (f) Pufendorf. de Jure N. & G. lib. VI. c. 3. §. 7. p. 844.

## §. XV.

*Officium Dominorum in servos vix potest aliquibus cancellis circumscribi, cum nihil ferè in servum non liceat.* Sed notandum tamen, (a) dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse operari, nec cuicunque dominum jus suum detrabi, sed dominorum interesse, ne auxilium contra servitiam ius denegetur,

Vnde

Vnde & Apostolus asperitatem & duritiem omnem dominorum prohibet, dum vult (b) remitti minas & considerari, & dominorum & servorum dominum esse in cœlis, & apud eum non esse acceptionem personarum.

(a) l. 2. ff. eod. tit. (b) Ephes. VI, 9.

Quamvis jure civili Romano veteri servi (a) animalibus quadrupedibus & equipari, pro mortuis & talibus habiti, in (b) quos nulla cadere posset injuria, nisi quid atrocius inque contumeliam domini in illos designatum fuerit, & tandem nihil non (c) dominis in illos licuerit aut justum fuerit, tamen cum (d) servi & que ut alii humanâ naturâ coque juribus humanis gaudeant, quæ nullâ fictione juris ab ipsis tolli possunt; & servitus non toti vitæ humanæ adæquata sit, sed tantum statui ejus privato; evidens est dominos nec in servos savire, nec jus vitæ ac necis in illos sibi arrogare posse, cum (e) jus hoc extra sphæram hujus societatis sit, nec ipsa sæviendi causa, sed ob necessitates & commoda privata utriusque, & domini & servi, illius quidem primariò & per se, hujus secundariò & ex accidenti, constituta sit, & negotia finem huic societati præfixum attinentia

nentia commode expediri possunt, scopusque illius non sit servum perdere, sed conservare & ad assequendam felicitatem civilem, cuius ille ex se nullatenus capax est, dirigere. Quocirca domini munus haud est in servi corpus sevire aut interimere, sed potius dirigere cum in operis negotiis servilibus, praebere ipsi alimenta, amictum, medicamenta, humanitatem, tutelam, doctrinam & directionem in iis, que facienda servo incumbunt. De quibus omnibus latè in (f) *Instit. Politic.*, ubi quoque de miserrima *Servorum* cum (g) ap. Romanos tum (h) apud alios populos conditione ac limitibus, quibus iura veteris servitutis primum, ab (i) Augusto Cæsare, hinc ab Adriano circumscripta, ac postea à Constantino M. (k) penitus sublata fuerunt, idque genus consimilibus aliis egimus.

- (a) Vid. Heig. ad Tit. IX. lib. IV. *Instit.* p. 497.
- (b) Idem ad tit. 3. de Injuriis. p. 422. (c) See nec, lib. de Clementia, c. 18. & lib. de Benef. c. 22, Donatus ad Terent. in Andria act. 2. scen. 1. Vid. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 3. c. 7, §. 3. n. 1. (d) Beermann. *Præcognit. Polit.* c. XI. de Servitute. p. 57. (e) Vid. *Instit. Polit.* part. I. c. 4. §. 19. p. 103. (f) part. II. c. 4. §§. 25. & 26. p. 108. (g) Kipping. *Institut. Polit.* lib. 2. c. 12. §. 32. (h) Grotius de Jur. B. ac P. lib. 2. f. 5. §. 28. (i) Vid. Plutarch. in Vitis Ilustr. Dio Cassius lib. 55. historiar. (k) Euseb. lib. 3. de Vita Constant. M. Wilbelm. *Fornefius* lib. I. Select. c. 23.

## §. XVI.

## §. XVI.

*De officio servorum erga dominos*  
*plura possent afferri, sed quis*  
*apud nos servitus est incognitus,*  
*pauca tantum delibabimus. Sic*  
*ergo hac de re loquitur Paulus*  
*Apostolus; (a) Servi obedite per omnia*  
*dominis carnalibus, non ad oculum ser-*  
*vientes, quasi hominibus placentes, sed*  
*in simplicitate cordis, timentes Deum,*  
*quocunque facitis, Domino operamini*  
*& non hominibus. Et alibi jubet*  
*servos (b) dominis suis subditos esse, in*  
*omnibus placentes, non contradicentes,*  
*non fraudulentes, sed in omnibus bo-*  
*nam fidem ostendentes. Et (c) Pe-*  
*trus testatur, id intelligendum non*  
*tantum de dominis bonis & modestis,*  
*sed etiam de discotis, id est, de duri-*  
*oribus & asperioribus.*

(a) Epist. ad Coloss. c. 3, 22, 23. (b) Epist. ad Tim. 2, 9, & 10. (c) L. Petr. 2, 18.

Juribus

*Juribus servorum passivis, hoc est, offi-  
ciis ac debitibus illorum erga dominos continen-  
tium cum alia, tum in primis fides ac integri-  
tas, velocitas in expedientis negotiis, amor,  
reverentia & timor, patientia in audiendis  
domini mandatis, frugalitas in victu, tac-  
tum, obligatio ad ferendam aquam ani-  
mō pñnam, quorum pleraque in imagine  
quondam ab Apelle expressa leguntur, de  
quo fertur, quod ita servum depinxerit,  
ut aures habuerit asininas, nares suillas,  
manus omni instrumentorum genere re-  
fertas, humeros patulos, macilentum  
ventrem, pedes cervinos, la-  
bia duobus seris oc-  
clusa, &c.*

CAP.

## CAP. XI.

DE

HOMICIDIO ET  
CORPORIS LÆSIONE.

## §. I.

**A**bsolvimus primum de bone-  
state vite preceptum. Nunc  
ad secundum, de altero non  
ledendo, accingimur,  
quod cum latè admodum patet,  
distincione aliquâ opus est. Sci-  
endum itaq; *lesionem*, de qua hîc  
agere instituimus, consistere aut in  
factis, aut in verbis. De factis, ut-  
pote quæ gravius nocent, primo  
agemus, eaque versantur vel circa  
alierius vitam, ut sunt homicidia,  
aut circa partem corporis, ut sunt  
adulteria, aut circa bona alierius,  
ut sunt furta aliaq; damna il-  
lata.

*Hucusq;*

ad honorem attinet, ex (c) Seldenio nota, constitisse illum in parentis senio confessi sustentatione, h.e. subministracione cibi, potus & vestitus, ita tamen, ut in exhibendo honore primæ partes patri, secundæ matris delatae, in reverentia verò & timore potior ratio matris quam patris semper habita fuerit, adiecta ibi à Seldenio ratione, ut inde parilis utriusque dignitas cognoscetur, dum tam reverentiam quam honorem intuemur. (d) Plato adhuc alias honoris partes facit, dum sustentationi etiam largitudinem bonorum adjicit, & propter beneficium parentum in liberos illis horum hereditatem, ea que omnia à liberis debet parentibus contendit, sine quibus ipsorum cum vita tua fama conservari & prorogari nequit. Graci (e) id vocare solebant αναλεγειν, & ab eo temporis articulo istorum officiorum præstatio liberis incumbebat, quod defectus virtutum vel in parentis corpore, vel in animo, vel etiam in utroque se excerebat.

(a) Maimonid. hal. Mezahim, c. 5. Mikotz. p. 277. affirmit. 113. (b) Gemar. Babyl. ad titul. Kidoschim c. 1. fol. 31. & Gemar. Hierololym. ad tit. Bea c. 1. fol. 15. col. 3. (c) I. alleg. (d) V. de Rep. (e) Vid. Inst. Polit. part. 4. c. 2.

## §. XI.

*Est & tertia relationis species, priori omnino similis, qua consistit inter*

*inter tutorem & pupillum.* Cum enim saepiusculè accideret, parentes secundum ordinem mortali-tatis obire, relictis liberis, aut infantibus, aut certè pupillis atque ipsi, propter lubricum æta-tis, seipso regere aut rebus suis superesse non possent, incunda fuit alia via, quâ ipsis consulere-tur. Cumque secundum tritum proloquium: *Deus & natura non deficiant in necessariis, inventa est tutela, que est vis ac potestas in capite libero ad suendam eum, qui per etatem se defendere nequit.* Neque ex ea tutela exire pupillus potest, nisi per ætatem ipse se possit defen-dere, quod tempus naturaliter non est definitum, atque ideo per leges positivas definiendum mansit: *Distinctio quoque inter tutelam & cu-ram de jure nature est incognita.*

(a) S. est autem 2. Instit. de Tut.

Bb

Cum

Gum sèpè contingat, ut liberi statim in ipsa infantia ac minorenitate suis orbentur parentibus, qui tamen seipso regere, tuendū aut rebus suis supetesse per statem nequeunt, in subsidium huius orphanitatis introducta est Tutela, quæ ex Servio Sulpicio J.Cro, à Cicerone ob artem & aequitatem valde laudato, delineatur quod sit vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per etatem se defendere nequit; Et quæ (a) formam, incrementum modumque deferendi eam juris est ciuilis, quia materialiter verò & ortum (b) juris naturae, aut, ut J.Cro. loquuntur, juris gentium, intellige, abusivè & impropriè; quatenus videlicet à gentibus in civitatem ob utilitatem, non tamen ex condicione aut pacto tacito, recepta est. Ceterum de tutelle speciebas aut modis, termino item ac tempore, quō pupillus à tutela ordinariè liberatur, ut & discrimine à cura, & variis solennitatibus, veluti inventarii confectione & similibus his tagis, non est jurisprudentia naturalis, sed ciuilis solum. Vid. tot. titulus XIII. lib. I. Instit. & qui in eum commentati Hoppius, Rhetius, Marzius, Heigius aliique.

(a) Heigius ad tit. XIII. lib. I. Instit. p. 70. Fr. Caldus in I. si curatorem in verb. sine curatore n. 8. Wiadler. de Princip. Jur. lib. 4. c. 9. p. 397. (b) S. impuberis auctor. Instit. de Att. tutor. Vid. Petr. Gregor. Synt. J. V. Part. 2. lib. 12. c. 1. n. 7. p. 176.

## §. XII.

## §. VII.

Officium tutorum consistit in defen-  
ienda persona pupilli & administrandis  
eius bonis. Personam quod attinet,  
(a) debet tutor consilio & opera tueri non  
solum patrimonium, sed & corpus & sa-  
lutem pupilli, morum quoque cu-  
ram habere debet. Cum (b) tutor  
non rebus duntaxat, sed etiam moribus  
pupilli praeponatur. Tenetur & pu-  
pillum defendere, & judicium  
eius nomine suscipere. Tutoris (c)  
enim praeipuum est officium, ne indefen-  
sum pupillum relinquit: unde hot(d)  
munus necessarium appellatur. Ad  
administrationem vero bonorum  
pertinet, quod tutor, (e) quant-  
um ad providentiam pupillarem Domi-  
ni loco haberi debet. Denique in his  
aliisque (f) partibus suis fungi debet  
non quidem praeceps festinatione, sed  
nece moratoria cunctationes quin(g) &  
bonam fidem agnoscere potest, & (h)

Bb 2

bona

*bonâ fide pecuniam erogare. Reliqua  
satis trita & obvia sunt.*

(a) l. consilio 7. ff. de Curat. fur. (b) l. cum plures  
12. §. 3. ff. de adm. tut. (c) l. tutoris 30. ff. d.  
tit. (d) l. 68. C. cod. tit. (e) l. tutor. 28. ff.  
cod. tit. (f) l. 56. §. 4. ff. de furt. (g) l. tutor  
7. §. 1. ff. de administr. tutel. (h) l. quoties 9.  
§. 6. ff. cod. tit. & l. 3. C. cod. tit.

*Officium ac munus tutoris pro diversitate  
objectorum, persone ac rerum, in quibus tutela  
versatur, fermè duabus partibus ac momen-  
tis absolvitur, curatione pupilli & persona & re-  
rum, ita tamen ut (a) princeps. objectum sit  
persona, secundarium res & bona pupilli. Quæ  
notæ in primis tutela de jure civili à cura sedi  
curatela, idque genus (b) consimilibus offi-  
ciis aliis internoscitur, cum tutela principali-  
liter (c) personæ tuendæ detur, accessoriè bonis  
ipsius & patrimonio universo; curatela  
autem principaliter rebus ac bonis, nec  
omnibus, sed certæ tantum bonorum ac pa-  
tronii parti detur. Quod igitur capita-  
seu partes officii tutorii attinet, ea omnia  
ferè officia huc pertinent, quæ parentes suis  
debent liberis, & supra à nobis descripta  
sunt, cum tutela, ut modò monuimus, po-  
testatis patriæ vicaria sit, (d) alterumque à  
parentibus locum teneant pupillorum de-  
fensores, qui proinde, ut parentum vicarii,*

pū-

pupillos, fidei suz creditos, non solum amare, fovere, sed & procurare in bonis ut moribus, capitibus fidei, disciplinis vel artificio insituantur, nec minus alere, vestire, judicium pro iis subire, medicamenta praestare, exactissimam in bonis pupillorum diligentiam adhibere, bona fide pecuniam erogare, in vendendis fructibus & mobilibus tempus opportunum felicitate observare, facultates & patrimonium augere, famam & mortem illorum vindicare, eoque ea omnia praestare tenentur, sine quibus ipsorum educatione naturalis, tum moralis & civilis commode procurari nequit.

- (a) Petr. Gregor. Syntag. J. V. part. II. lib. XII. c. 2. n. 6. p. 178. (b) Heigius ad tit. XIII. de Tutelis. lib. I. Instit. p. 69. n. 6. & 7. (c) Vincent. Manzin. tr. de Tutela. qu. 15. n. 1. Cuacius lib. 17. observ. 7. Heigius in tit. de Cuzatoribus. lib. I. Instit. p. 92. n. 20. Mynsiog. ad Inst. p. 115. n. 7. (d) Gellius Noct. Attic. lib. 5. c. 13.

### §. XIII.

*Officium vero pupillorum erga tutores idem ferè est, quod adversus parentes, in quorum locum ipsi quoddammodo succedunt. Debent igitur pupilli tutoribus suis obediri.*

Bb 3                   tiam.

tiam, honorem & reverentiam, non tamen in eodem gradu, quod parentibus, sed aliquantum minore.

Quemadmodum, ut hactenus dictum, in locum parentum succedunt tutores, eaque tamenque ferè officia hi pupilli, quæ illi libertatis suis, præstare tenentur, ita liberorum in locum pupilli, eoque ut illi parentibus amorem, obsequium, honorem, timorem idque genus alia, ita hi eadem suis debent tutribus, et si gradu aliquantum minore. Quæ vero pupillo (a) actiones aduersus tutorem de jure civili sint proditæ; nec minus (b) quia pupillorum ex utroque sexu infantia aut pubertati proximus censendus sit, de eo consulantur Icti.

(a) Heigius ad Inst. p. 83. n. 4. & seqq. (b) de quo vagant Icti. Vid. Menoch. de arbitrar. iudic. caus. lib. 2. c. 57. Corasius lib. VI. Miscell. c. 23. n. 3. Accursius abh. 5. pupillus. Inst. de inutilib. stipulat. Bartolus, Donellus, & ex iis Petr. Heig. comment. ad Inst. lib. 3. tit. 20. de inut. stipul. p. 333. n. 2.

#### §. XIV.

Quarta est ultima, de qua hic attuli sumus, est relatio inter dominum & servum. Quomodo servus quis

quis fiat; (a) supra attigimus, eum de libertate amittenda egimus: quare his amplius non immorabitur, hoc tantum adjecto; quod (b) servi plerumque aut sunt per captivitatem, aut nascentur ex auxiliis nostris, & quod (c) omne id, quod servus acquirit, domino acquirit.

(a) Supra c. VII. (b) I. servorum. s. §. 1. ff. de statu hom. (c) I. i. §. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni juris.

De relatione inter herum & servum & orta inde consociatione δεσποτικῆς, herili seu dominica, ut & variis titulis, veluti titulū matui consensus, captivitatis, nativitatis, delicti, donationis, emtionis venditionis idque genus aliis servitutem constituendi modis horumque jure sufficienter egimus in (a) *Instit. Politi.* ubi quoque præter legalem servitutem etiam naturalem dari pluribus ex (b) *Aristotele contra (c) Vasquium & (d) Gilkenium* aliosque Jctos monstravimus. Illud saltim, quod extremò hujas s. monitum, vel verbō tetegeisse sufficiat, quod servus ut instrumentum domini morale ita (e) suā agat voluntate, ut ea voluntas in totum à voluntate & nutu domini pendeat, eoque quicq;

quid in servitate acquirat, non sibi sed domino acquirat, nihilque habeat, quod ut suum retinere possit contra dominum; cum (f) ad quemcunque ipsa persona plebe per-  
tinet, ad eundem etiam pertinere necessum sit ea omnia, quae per istam personam pro-  
veniunt, exceptis iis, quae ipsi dominus peculiarter ad usum vel administrationem,  
veluti cibaria, vestimenta, &c. assignavit,  
aut etiam alias ante servitutem ex suis ope-  
ris sibi quæsivit, aut per modum peculii ha-  
buit.

(a) Part. I. c. 4. (b) I. Polit. c. 3. (c) Controvers. Illustr. lib. I. c. 9. n. 3. (d) comment. in Ari-  
stot. lib. I. Polit. c. 5. n. 14. & seqq. Hug. Grot.  
lib. I. c. V. §. 3. (f) Pufendorf. de Jure N. &  
G. lib. VI. c. 3. §. 7. p. 844.

## §. XV.

*Officium Dominorum in servos vix  
potest aliquibus cancellis circum-  
scribi, cum nihil ferè in servum  
non liceat. Sed notandum ta-  
men, (a) dominorum quidem potesta-  
tem in servos suos illibatam esse oper-  
tere, nec cuicunque hominum jus suum  
detrahi, sed dominorum interesse, ne  
auxilium contra sevitiam ius depegetur,*

Vnde

Vnde & Apostolus asperitatem &  
duritiem omnem dominorum  
prohibet, dum vult (b) remitti mi-  
nas & considerari, & dominorum & ser-  
vorum dominum esse in caelis, & apud  
eum non esse asceptionem personarum.

(a) l. 2. ff. eod. tit. (b) Ephes. VI, 9.

Quamvis jure civili Romano veteri ser-  
vi (a) animalibus quadrupedibus æquipara-  
ti, pro mortuis & talibus habiti, in (b) quos  
nulla cadere possit injuria, nisi quid atrocius  
inque contumeliam domini in illos designas-  
tum fuerit, & tandem nihil non (c) dominis  
in illos licuerit aut justum fuerit, tamen  
cum (d) servi æque ut alii humanâ naturâ  
eoque juribus humanis gaudeant, quæ nul-  
lă fictione juris ab ipsis tolli possunt; & ser-  
vitus non toti vitæ humanæ adæquata sit,  
sed tantum statui ejus privato; evidens est  
dominos nec in servos savire, nec jus vitæ  
ac necis in illos sibi arrogare posse, cum (e)  
jus hoc extra sphæram hujus societatis sit,  
nec ipsa saviendi causa, sed ob necessitates  
& commoda privata utriusque, & domini &  
servi, illius quidem primariò & per se, hujus  
secundariò & ex accidenti, constituta sit, &  
negotia finem huic societati præfixum atti-  
nentia

nentia commode expediri possint, scopusque illius non sit servum perdere, sed conservare & ad assequendam felicitatem civilem, cuius ille ex se nullatenus capax est, dirigere. *Quocirca domini munus haud est ius servi corpus sevire aut interimere, sed potius dirigere eum in operis & negotiis servilibus, praebere ipsi alimenta, amictum, medicamenta, humanitatem, tutelam, doctrinam & directionem in iis, quae facienda servo incumbunt.* De quibus omnibus latet in (f) *Instit. Politic.*, ubi quoque de miserrima *Servorum* cum (g) ap. *Romanos* tum (h) apud alios populos conditione ac limitibus, quibus iura veteris servitutis primum, ab (i) Augusto Cæsare, hinc ab Adriano circumscripta, ac postea à Constantino M. (k) penitus sublata fuerunt, idque genus consimilibus aliis egimus.

- (a) Vid. Heig. ad Tit. IX. lib. IV. *Instit.* p. 497.
- (b) Idem ad tit. 3. de Injuriis. p. 422. (c) Se nec. lib. de Clementia. c. 18. & lib. de Benef. c. 22. Donatus ad Terent. in Andria act. 2. scen. 1. Vid. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 3. c. 7, §. 3. n. 1. (d) Beermann. *Præcognit. Polit.* c. XI. de Servitute. p. 57. (e) Vid. *Instit. Polit.* part. I. c. 4. §. 19. p. 105. (f) part. II. c. 4. §. 25. & 26. p. 108. (g) Kipping. *Institut. Polit.* lib. 2. c. 12. §. 32. (h) Grotius de Jur. B. ac P. lib. 2. f. 5. §. 28. (i) Vid. Plutarch. in Vitis Illustr. Dio Cassius lib. 55. historiar. (k) Euseb. lib. 3. de Vita Constant. M. Wilhelm. Fornefius lib. I. Select. q. 27.

## §. XVI.

## §. XVI.

De officio servorum erga dominos  
plura possent afferri, sed quia  
apud nos servitus est ineognita,  
pauca tantum delibabimus. Sic  
ergo hac de re loquitur Paulus  
Apostolus; (a) servi obedite per omnia  
dominis carnalibus, non ad oculum ser-  
vientes, quasi hominibus placentes, sed  
in simplicitate cordis, timentes Deum;  
quodcumque facitis, Domino operamini  
& non hominibus. Et alibi jubet  
servos (b) dominis suis subditos esse, in  
omnibus placentes, non contradicentes,  
non fraudulentes, sed in omnibus bo-  
nam fidem ostendentes. Et (c) Pe-  
trus testatur, id intelligendum non  
tantum de dominis bonis & modestis,  
sed etiam de discoloribus, id est, de duri-  
oribus & asperioribus.

(a) Epist. ad Coloss. c. 3, 22. 23. (b) Epist. ad Tit.  
2, 9. & 10. (c) I. Petr. 2, 18.

Juribus

*Juribus servorum passus, hoc est, affi-  
ciis ac debitis illorum erga dominos continen-  
tum alia, tum in primis fides ac integri-  
tas, velocitas in expedientiis negotiis, amor  
reverentia & timor, patientia in audiendio  
domini mandatis, frugalitas in victu, faci-  
tum, & obligatio ad ferendam aquam ani-  
mō pānam, quorum pleraque in imagine  
quondam ab Apelle expressa leguntur, de  
quo fertur, quod ita servum depinxerit,  
ut aures habuerit asininas, nares suillas,  
manus omni instrumentorum genere re-  
fertas, humeros patulos, macilentum  
ventrem, pedes cervinos, fa-  
bia duobus seris oc-  
clusa, &c.*

CAP.

## CAP. XI.

DE

HOMICIDIO ET  
CORPORIS LÆSIONE.

## §. I.

**A**bsolvimus primum de bone-  
state vite praeceptum. Nunc  
ad secundum, de altero non  
ledendo, accingimur,  
quod cum late admodum pateat,  
distinctio aliquâ opus est. Sci-  
endum itaque lesionem, de qua hîc  
agere instituimus, consistere aut in  
factis, aut in verbis. De factis, ut-  
pote quæ grayius nocent, primo  
agemus, eaque versantur vel circa  
alicerius vitam, ut sunt homicidia,  
aut circa partem corporis, ut sunt  
adulteria, aut circa bona alicerius,  
ut sunt furta aliaque damna il-  
lata.

Hucusq;

Hucusque *Autor* in expohendo primo, de honeste vivendo, praecepro occupatus fuit. Jam ad alterum, de non ledendo, quo omnis injuriosa laesio interdicta, prae creditur. Si ghanter dico: *injuriosa*: Neque enim pertandum, ac si in universum omnis lefio etiam ea, quæ casu fit, hic prohibita sit, sed injuriosa seu ea solam, quæ dolo malo destinatoque consilio fit, & in oppositione cum (a) ad eam laesionem, quæ casu & citra propositum fit & a roxua vocatur, tum ad istam, quæ culpa datur & non minus ac illa citra propositum quidem, non tamen absque negligentia fit, & aquaetua dicitur adiuncta seu iurie nomine venire sollet, & nihil aliud quam voluntaria iurio & immitteri ex destinata malitia illa a laesio est, seu: hujusmodi laesio, quæ ex proerefi & destinato consilio alicui iurio & non lassentia matutum infertur, sive id fiat exceptione boni cuiusdam, quod iam posidebat, sive inflictione alicujus mali. Cum natura cuiuslibet homini tantum juris tribuerit, ne ab altero circa suum meritum ipsi mali quid infieratur. Cum vero (b) *Inuria duplex* sit, alia *Realis*, in factis, alia *Verbalis*, in verbis consistens, illaque vel concernat alterius vitam, vel partem corporis, vel denique alterius bona; ideo licet in iuriis verbalibus, de quibus infra, hic de realibus illisque solam, quibus ante- rius

*rius petitur ac auferitur vita, veluti sunt homicidia, differit.*

(a) Vid. Institut. Moral. Part. II. c. XV. s. v.

(b) Labeo & ex eo Viplanus l. in princip. II. de Injuriis. Molina de Just. & Jur. tom. 4. tr. 3. disput. 40. n. 2. p. 741. & 742. Pet. Gregr. Syntag. J. V. part. 3. lib. 38. c. 3. n. 15. & Iustit. Mor. loc. cit. s. VI.

§. II. 15) Neque longe arcessenda est causa, cur ab his abstingere natura nos velit, adversantur enim ea omnia humanæ societati, ad quam conservandam hominem adspirare debere, res apertissima est, ideoque ab omnibus iis evendum, quibus illa societas ul latenus turbari potest, & (a) cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est, bonum homini insidiari nefas esse. Accedit, quod omnia hæc delicta directe adversantur charitati & primo isti principio, negative concepto: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne*

ne feceris; aut, ut in Concilio Apo-  
stolorum quidem Codices legunt:  
(b) *Quae vobis fieri nolitis, alii ne fece-  
ritis.* Quam sententiam Impera-  
tor Alexander Severus, à Chri-  
stianis forte acceptam, ita ama-  
vit, ut in (c) Palatio & in publicis  
operibus eam præscripsi jussit.  
In eundem sensum & olim dictum:  
(d) *Quod ab alio videris fieri ibi, vide  
ne tu aliquando alteri facias.*

(a) L. de vit. s. de Justit. & Iust. (b) Act. s. XV,  
29: (c) Lamprid. in vit. Sever. (d) Tob. 4,15.

Differit hic de lesionum injuriosarum ut-  
fit & in communi malitia, quæ omnium faci-  
t se ingerit oculis. Agit enim, quis alterum  
injuria vel per se & immediate, vel per alios  
& mediatè afficit, non contra societatem hu-  
manam solum, eam in suis membris turbando,  
sed & charitatem, quam homo homini natura-  
liter debet, ipsiusque immerentem spotiat bo-  
vis ipsi à Deo concessis, sive ea sint corporis  
sive fortunæ sive alterius ordinis bona. Quò  
respexisse videtur (a) Maximus Tyrius, cum  
adixit definivit τὴν ἀγαθὴν ἀρετὴν, inju-  
riam esse boni alicujus ereptionem.

(a) Dissert. 2. utrum referenda sit iuritia?

§. III.

Proprius nunc accedendo ad præceptum, quod Hebræi de homicidio vocant, ipsa nos vox docet, hominis eadem hic prohiberi: cuius delicti iniustitia vel inde eluceat, quod DEVS privetur principe creatura, à se ad similitudinem sui condita; Res publica civi; familia vel capite; vel membris; deinde quod occidens sumat jus in vitam alterius, in quam jus nullum habet, & quæ etiam in statu compunctionis bonorum propria tuisque fuit; quodque occiso eripiat summam Dei Beneficium, quod ei restituere neutquam potest,

*Malitia & gravitas homicidii fatis eius conspicuta. Præterquam enim quod homicidia in præcipua juris naturalis capita: ne occides; diliges proximum; quod ubi hoc alerti, impingit, etiam injuriam gravissimam adversus Deum committit, tollendo contra ipsius voluntatem principem creaturam.*

Se ad sui similitudinem conditam , ac dissol-  
vendo eam animæ & corporis conjunctionem  
unionemque , quam ipse instituit ; Rempu-  
blicam insuper cive ; familiam membrō aut  
capite spoliat , interdumque reus sit vita non  
solum ejus , quem sustulit , sed & omnium  
eorum , qui ex eo nasci potuissent . Et hinc  
dictum à Deo ad (a) Cainum fraticidam in  
plurali , רָמִי קֹוֵל vox sanguinum clamat fra-  
tris tui ad me de terra , non autem vox sangu-  
inis , ut habet vulgata versio .

(a) Genes. IV , Vid. Petr. Gregorius Synt. J. V.  
Part. III. lib. 36. c. 15.

#### §. IV.

Cum cedem dicimus , satis in-  
telligi potest , nos hic de vita pri-  
vatiōne , id est , de morte inferenda  
agere , quæ si re ipsa non sequitur ,  
consequens est , præceptum hoc  
prohibitivum locum non habere .  
Constat autem in Decalogo duo-  
bus his tantum verbis : Non occides :  
quæ verba sola si quis putet to-  
tam naturæ legem circa hoc ne-  
gotium complecti , næ is , meō  
quidem

quidem judicio gravissimè errat.  
 Lex enim naturæ nunquam scripto fuit comprehensa, sed tantum mentibus infixa; qui igitur naturæ vocem audire vult, is præceptum hoc cum omnibus suis conditionibus, ampliationibus, limitationibus & circumstantiis, ut & ante monuimus, sumere debet, quarum præcipuas nos, per modum ampliationis & exceptionis infra proponemus.

*Ut homicidium revera commissum esse dicatur, requiritur mors viteque hominis privatio, sive jam illa gladio, sive veneno, sive fustè, sive jactu, sive casim, sive punctum, sive mutilatione membra, sive immediatae sive mediate per aliun contigerit. Ut vero interdictum istud de non occidendo, Decalogo insertum, vim habeat obligatissimam, non nuda verba, cui supra diximus, sed totius legis natura ac mens cum omnibus suis ampliationibus, limitationibus, ac circumstantiis aceturate attendenda commodoque ac sanò sensu interpretanda est. Videlicet, Ne*

occides, intellige, (a) te aut alium hominem, innocentem, privatè autoritate, dolosè. Et circa casum necessaria defensionis periculive amittende vitæ. Neque enim ad homicidium satis est, si quis interficerit hominem, cum occiso hominis latius pateat ipso homicidiō, & omnē quidem homicidium cædes hominis sit, non tamen contra, ut ex occisione aggressoris & carnificis evidens est, nisi scilicet ea ipsa sub iis, quias diximus, conditionibus contigerit. Ut (b) hinc absurdī sint, quotquot ex eo, quod objectum, ex quo moralitas objectiva dicta, homo videlicet ut hic, non res mala sed indifferens sit, eandem in dubium vacant aut prorsus negant; cum objecti nomine hic non simpliciter illa res, circa quam cædes aut homicidium versatur, sed simul, qui eam afficit, modus, h. e. & res & id, quod rei accidit, intelligenda sint. Verbō: objectum principale non in se & præcisè secundum esse suum absolutum, sed sub certo modo ac qualitate, h. e. omnibus ac singulis, quibus vescitum, meatus seu circumstantiis consideratum.

(a) Vid. Grot. lib. I. c. 2. §. 5. n. 2. August. de Civit. Dei. c. XX. (b) Vid. Institut. Moral. Parte I. c. 2. §. 8.

### §. V.

Continet igitur hoc præceptum non modo homicidium delibe-

liberatum , quod fere quatuor  
mōdis committitur . (1.) ex pro-  
posito , id est , ex prævia animi  
deliberatione , interficiendi ali-  
quem jam ante concepta . (2.) Ex  
insidiis , quando aliquis exspectat  
alium animō occidendi positus in  
locō , qui ab ipso verosimiliter  
prævideri non potest , cumque ex  
improviso aggreditur & interficit .  
(3.) Proditorie , quando quis ali-  
um occidit nulla præcedente ini-  
micitia ejusve signis . (4.) Per As-  
sassinium , quando (a) id fit per  
conductos homines , mercede in-  
terveniente . Verum etiam ho-  
micideum simplex , quod iis qua-  
litatibus caret , utpote cum ho-  
mo per iracundiam aut aliam  
mentis perturbationem homini  
vitam eripit .

(a) Clar. §. homicidium N. 8. 9. 10. II.

Bene natat, quod precepto, de non occidendo, homicidium cum deliberatum & ex destinato consilio, tum indeliberatum & simplex, veluti ex ebrietate, iracundia aut alia concitatori mentis affectu, profectum includatur, nisi quod simplicis homicidii termino hic paulo aliter, atque vulgo in Scholis Moralistarum fieri solet, utatur, utpote qui homicidium in simplex & qualificatum dividentes, illius nomine eadem simplicem & vulgarem hominis privati inque nullo officio constituti, hujus eadem patris patriar, confessionarii, cognati, aut intra moenia aule principes, ut & in itinere & via regia factam, &c. intelligunt. Cum (a) persona rum occisorum, in qua constitutæ sunt, dignitas ut & nexus inter eas, & locus, quem interfector occupavit, ad facti moralis speciem illiusque aggravationem non parum faciat, mutumque intersit, an quis patrem, parentes suos aliosque cognatos, an alium nullum propinquitatis nexu sibi devinatum interemerit? in aula principis an extra eam? in itinere & in via regia, an alibi? Facit autem Autor noster hujus homicidii deliberati quatuor species, interque eos ultimò loco illam, quā per assassinum aut assassinos, b.c. homines ad id mercede conductos, aliquem donare occidimus. Erant (b) autem Assassini, ita à Turciis dicti, quoddam genus Persarum ab illis

illis ad interimendos alios, præcipue viros e Christianis principes, missi, & ab Arsacida, factionis illius principe; aliò nomine Arsacida dicti: Hi conjuratione factâ in exitium ac necem Christianorum ex Perside tempore sacri belli in Mahumetistas seu Turcas prodere, & idiomata Christianorum mirificè edoti, proditoriè se illis inferuere, proceresque illorum, nemine id suspicante, è medio sustulerunt. Hos *assassinos* (c) Concilium Lugdunense anathemate excommunicavit, eosque, qui illis se socios præberent opemque ferrent aut domini reciperent, depositione ab omni gradu, officio, ordine & honore ecclesiastico, dignos iudicavit. Quibus haec disimiles esse videntur hodierni Bandite in Italia.

(a) Vid. Instit. Moral. p. I. c. 3. (b) Nicetas Choniates initio lib. 2. Matth. Parisius in an. cl. CL, & cl. CCCLVII. Guiliel. Tyrius lib. XX. c. 31. Jacob. à Vitriaco Histor. Orient. c. XIV. Henric. Spelmanus in Glossar. Guilielm. Watsonius ad Matth. Parisium. Vossius lib. 2. de Vitiis sermon. c. 2. 176. Paulus Aemilius lib. 5. de gest. Franc. in Ludov. Jun. & lib. 7. in D. Ludovic. vita. Polyd. Vergil. lib. 16; histor. Anglic. (c) c. 1. de homicid. 6. Vid. Petr. Gregor. Part. III. lib. 35. c. 5. n. 2. & Part. III. lib. 36. c. 15. n. 36. 17.

### §. VI.

*Mortem utique naturalem interuenire*

Cc 4

nire

pire debere, satis declarat vel sola vox  
 oedis vel occisionis: quid igitur sta-  
 tuemus de conatu proximo ad infi-  
 rendam cedem, quatenus is pecca-  
 tum involvat? Nos distinguen-  
 dum putamus, an nullus inde effectus  
 sit secutus, an non; si effectus inde ali-  
 quis sit secutus, utputa si ille, qui  
 alium occidere conatus est, eum  
 aliquo modo læserit, non qui  
 dem in verum homicidii crimen  
 incidit, peccat tamen in eam spe-  
 ciem læsionis, quæ ex eo actu se-  
 gyuta est, de qua postea; sin ve-  
 rá nullus omnino effectus aut laeso inde  
 processerit; (a) in judicio quidem  
 civili poenam forte effugiet, quia  
 (b) illuc cogitationis poenam nemo  
 patitur: In foro autem DEI & con-  
 scientiae nihilominus reus est,  
 non quidem perpetrati sed atten-  
 tati criminis, animus enim est  
 qui

qui peccavit occidere volendo,  
atque ideo à legis naturalis vin-  
cute non est immunis, juxta (c)  
filius:

*Has patitur pœnas peccandi sola vo-  
luntas.*

*Nam seclusus intra se tacitum qui cogi-  
tare non possit tae ullum.*

*Facti crimen habet.*

Hinc Seneca: (d) *Latro est, etiam  
antequam manus inquiet, quia ad oc-  
cidendum iam armata est, & habet spa-  
tiandi & interficiendi voluntatem.* Et  
Philo: (e) *Homicidas existimari o-  
portet, non eos solum, qui vitam adi-  
munt, sed etiam eos, qui omnia faciunt  
palam aut clam, ut quenquam interfi-  
mant, etiam si facinus nondum commis-  
serint.*

(a) *Clar. in dict. S. N. 74. & S. fin. qu. 92.* (b)  
I. cogitationis. 18, ff. de poenis. (c) *Juv. S. 2.  
tyr. 13.* (d) *Senec. de benef. lib. 5, c. 14.* (e)  
*Phil. lib. 1, de special. leg.*

Quæstionem hic instituit de conatu ad  
inferendam et adem proximo, an & ille peccatum  
invol-

involvat & nomine homicidii dignus sit? Distinguvit autem inter conatum mere internum & immanentem, quem nullus actus & effectus externas secutus est, & alias agendi intentio dicitur, & inter conatum istum qui cum actu externo aliquo in delictum tendenti conjunctus est. Si prius, de jure civili ob ejusmodi conatum seu quod quis nudè intendérat cædem, in foro quidem civili poenam cum ordinariam tum extraordinariam forte effugiet, eò (a) quod naturæ humanae congruum haud sit, ut ex actibus mere internis, etiamsi forte casu aliquo, puta per confessionem subsecutam ad aliorum notitiam pervenerint, jus aut obligatio inter homines nascatur, tamen non obstante, quod minus in foro poli & conscientiæ ob ejusmodi conatum quis reus fieri posse, non quidem perpetrati sed attentati criminis; Si posterius & in actu externum conatus iste, ut Soarius loquitur, influxerit, & alterum occidere conatus eum aliquò modò lacererit aut vulneraverit, tum etsi verum homicidii crimen non incurrat, incidere tamen in illam læsionis speciem, quæ ex eo actu secuta est, tenerique de vulnerato, dummodo vulneratio ista non lethals fuerit & mortifera. Sed ut quæ circa conatus interni moralitatem in foro conscientiæ & poli tractatus ex Autore prodiximus, eò clariora reddantur,

adver-

advertisendum, quod hujus punibilitatis (b) fundamentum sit intrinseca conatus interni malitia, que partim ex illius habitudine ad objectum est finem malum, partim ex efficacia eius, quam ille in inveniendis actionibus externis intercedit habet et exserit, evidens est: cum cuius actus objectum & finis malus est, ille ipse non posse non malus esse. Nec juvat secus sentientes quae contra conatus aliorumq; actuum internalium et immanentium moralitatem coque punibilitatem ab ipsis adferri solent, quasi videlicet moralitas, b. e. bonitas et malitia non solum in sola actionibus exterioribus residat, sed et conatu hujusmodi interno, quamdiu ille non in aliquem actum externum sinat et intra voluntatem subsistat, nulli injuria aut damnum inferatur. Cum falsissimum sit, quod moralitas (c) unicè in actu externo consistat, sicuti & illud, quod ex conatu interno nulla reipubl. aut membris illius pericula aut incommoda esse possint: cum non solum actus externi moralitas ab actu interno pendeat, & viciosus ille ac peccatum esse non posse, nisi prius vitium fuerit in voluntate, sed & non levia inde in rem publicam redundant incommoda & damna, si membra illius pravis & dishonestis velicitur cogitationibus coque viri boni esse desinant. Et positō vel maxime nulla reip. ex istis conatibus exoriri incommoda, non tamen

quām ab hōrum negatione illicō ad morali-  
tatis actuum illorum negationem licet argu-  
mentari, cum multum differant actuum ma-  
litia ab eorundem in alios redundantē in-  
commode, utpote quod illius non nisi acci-  
dentalē consequens est. Illud adhuc monu-  
isse non omnino inutile fuerit, quod conatus,  
sēu factū videtur ab Autore, non sit confun-  
dens cum cogitatione, cum ille actus volan-  
taris; hic intellectus sit, et si uterque in foro  
conscientiae & divino ut malus ita punibilis  
sit.

(a) Hugo Grotius de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 2. §. 18. (b)  
Instit. Moral. part. I. c. 6. §. 17. p. 259. (c)  
Thom. I. 2. qu. 20. art. 1. Georg. de Rhodes  
tom. I. tr. 5. disp. 4. qu. 2. sect. 2. §. 1. Valentia  
in I. 2. Thom. disput. 2. quæst. 15. punct. 1.  
assert. 3.

## §. VII.

Homicidium cum dicimus, pa-  
sam est, nos hic non de cæde ali-  
eujus animalis agere, sed de cæde  
*hominis*, atque ita exponenda ver-  
ba Decalogi, quorum ea mens  
est, licet verbis destituamur; ho-  
minis autem adpellatione etiam  
infantes veniunt, & fœtus, qui in  
utero

utero est, dum modo infans sit  
formatus: ideoque de homicidio  
etiam tenetur, qui infantem occideret,  
aut abortum mulieris procuraverit.  
Si tamen foetus conceptus, vivus  
ex utero matris extrahi non potest  
est sine certo puerperæ discrimi-  
ne, potius matri viventi, quam  
proli nondum natæ parcendum  
est, ex ea lege, quæ aliquando  
minus malum, sub ratione boni  
considerat. Sed neque tunc ab-  
ortivum poculum apud mora-  
tiores gentes dari consuevit, nisi  
ex autoritate publica, ad id im-  
petrata, & tunc hæc occisionis  
species in aliam classem incidit,  
de qua statim dabitur dicendi  
locus.

(a) I. si quis aliquid. 35. §. qui abortionis. 5. ff. de  
pœn. Sylvester Sunm. in verbo homicid.  
in pr.

Quid nomine hominis, ad quem homi-  
nidium extrinsecè terminatur, bio intellige-  
tur?

ur? exponit: Nimisrum non *adulescos* solum sed & *infantes*, quin ipsum *fœtum* in utero adhuc latitantem, dummodo perfecta corporis delineatione constet, hoc est, formatus & quoque animatus sit, quod secundum (a) Hippocratem fieri solet die septuagesimo; cum ex ipsis mente quinque & triginta foles partum ferment, septuaginta moveant, decem & ducenti perficiant. Quanquam (b) aliis hic aliter videatur, ac quinque & quadraginta vel etiam quinquaginta ad formam, sex & septuaginta aut etiam centum ad primum saltum, decem & ducenti, vel, iuxta alios, etiam trecenti dies ad perfectionem & exitum requirantur. Itaque siue fœtum hujusmodi animatum ipsa mater siue alia persona dolô malô, venenô aut consimili modô aliò, necaverit, quod (c) Eusebie Constantii Cœsari uxoris fecisse dicitur, quae Helene, Juliani Cœsari uxori, quotiescumque conceperisset poculum ad necandum fœtum porrexit, de homicidio tenerur, extatque eam in rem cum (d) aliorum tunc *Wifegorum* constitutio: Quæ mulieri pregnanti poculum dederit ad necandum infantem, vel ad faciendum abortum, occidatur. Mulier, que abortum facere requisiuit, si ancilla est, ducenta flagella suscipiat; si ingenua, carcere dignitate persone, Et cui jusserrimus servitare, tradatur. Dispar autem est ratio, si fœtus

animatus vivus ex utero matris extrahi siue certo vitæ puerperæ discrimine non potest, cum enim ad servandam matris vitam, huic potius quam proli' nondum natæ consulendum est, eoque magis, si publica ad id accedat auctoritas.

(a) lib. de nutricatu dicitave. (b) Vid. Petr. Gre-

gor. J.V. part. III. lib. 36. c. 15. n. 17. & seqq.

(c) Ammianus Marcellinus lib. XVI. (d)

Gallorum in Constitutione: sur le fait des femmes grosses annô 1556. (e) l. i. de excusant. homin. part. lib. 6. Cod. Visigoth. tit. 3.

### §. IIX.

*Quæri h̄c jam potest, quid de iis iudicandum sit, qui infantes recens natos exponunt? Nos e- andem distinctionem, quam su- pra adhibuimus, etiam h̄c repe- tendam censemus, nempe si in- fans expositus obierit, expositi- nis auctorem esse homicidii re- um: nam qui occasionem & cau- sam mortis dedit, ille & mortem inflixisse videtur. Et nihil in- terest occidat quis, an causam mortis*

mortis præbeat; Sin vtrò mors non sit secuta, pertinet hoc ad aliud genus peccati, quod mox explicabimus, neque eò minus tamen quis in legem naturæ committit.

(a) I. nihil interest. 15. ff. ad leg. Cornel. de Sicar.

Agit hic de expositione liberorum, quā videlicet (a) parentes recens natam sobolem ex cura, b. e. alimentatione & protectione suā dimittunt, aliorum permittentes misericordia; quam non iniquam esse ex parte matris (b) Hobbes male ex originaria illius in sobolem potestate his deducit verbis: manifestum est eum, qui modò nascitur, prius esse in potestate matris, quam cuiusque alterius, ita ut illum vel educare vel exponere suo arbitrio & jure possit. Sed cum hæc prolis expositio, ex quacunque tandem causa contingat, pugnet cum amore ac officio parentum & (c) vicina admodum sit; occidere & subfida vita denegare, ideo matres, quæ illam jubent, (d) parricidii, quique ejus in exponendo administrari fuere homicidii pœna digni (e) Thebanorum aliorumque populorum legibus habentur, sive jam motu fuerit secura, sive minus. Quo tamen nequaquam pertinere putamus,

sumus; quando mater sobolem nutrici alemandat  
committit, eti<sup>m</sup> Favorinus apud (f) Gellium  
eam traditionem expositioni equiparare fo-  
llet, cum natura praece<sup>s</sup>e non requiratur ut  
mater immediata & per se proli educandis  
operam nayet, propriisque uberibus eam  
lactet, sed sufficere potest, ut eadem per pa-  
ctum praecepit affi committatur, et si fatius  
& consultius sit, si ipsa regens nate soboli  
ubera praebeat.

(a) Vid. Institut. Polit. Part. I. c. 3. §. 18. (b) Ap-  
parent. Philol. de Cive c. 9. S. 2. (c) I. necare  
debet dignus. (d) I. 2. de infantia exposit. C. lib.  
8. tit. 52. l. nec filium. de patr. potest. C. (e)  
Hellenius lib. 2. var. histor. c. 7. (f) Noct. At-  
tic. lib. 2. x. 2. Quod est enim, inquit, hoc  
contra naturam imperfectum & dimidiatum  
matris genus peperisse ac statim abjectum  
aluisse in utero sanguine suo nescio quid  
quod non videtur? Inoh alere autem hunc  
suo lacte vix qd videatur viventem, jam ho-  
minem, jam matris officia implorantem? Et  
postea. Prater hac autem, quis illud etiam  
negligere aspernarique possit, quod que pars  
tus suos deserunt ablegantque a se & aliis  
nutriendos dedunt, vinculum illud coagu-  
lumque animi & amoris, quod parentes cum  
filii natura consociat, interseindunt, aut  
certe quidem diluunt, deteruntque &c.  
Vid. Petr. Gregor. Syntag. J. V. part. II. lib.  
XI. c. 10. p. 172.

## §. IX.

**Idem dicendum & in eo casu.**

Dd

quò aliquis hominem occidi alteri manu  
debet, cum ad id mandatum mors, se-  
puncta est, hunc enim Eu (ad mandans  
id mandatarius pariter aliquis) certe  
fendi sunt. (b) Mandator enim è eius  
pro homicida habetur. Et is (c) commis-  
seret, cujus mandato de hacten com-  
mitti probatur. Etenim & in hac  
materia verum, quod quis (d) per  
etiam facit, ipse facere videatur. Et  
Ratio est, (e) quia pars referre vi-  
tium est, suis manibus quis faciat, an  
vero per alium. Sed non propter ea  
immunis est, qui mandato alte-  
ritus cædem perpetravos! (f) non  
enim excusatus est, qui jaffu: alicujus  
occidit.

(a) Sylvest. Summ. in dict. verbo homicidium n. 7.

(b) dict. l. 15, §. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar.

(c) C. mulieres 6. §. 1. de sentent. excomm.

ibique gloss. (d) l. ita autem s. §. 3. ff. de ad-

ministr. tutel. l. si quis. 7. §. fin. ff. de jurisd.

omn. jud. (e) l. i. §. 12. ff. de vi & vi armat.

l. 152. §. 1. ff. de reg. jur. (f) d. l. i. §. 13.

Non solum in homicidium quis imme-  
diatè, sed etiam mediatè de per alium man-  
dandō

vitando illud iniurie deque illo participare  
potest, qua de re in superioribus & late in  
(a) *Institut. Moralib.* egimus. Habemus hu-  
ius rei illustrissima exempla in sacris, ubi (b)  
*David Uriam*, (c) *Herodes infantes bimulos*  
*Bethlehemitarum occidisse dicuntur.* Non  
solum autem mandando, sed & operi feren-  
do, celando, innoe dissuadendo, recipiendo,  
idque genys modis aliis, aliquis de homici-  
dio tenetur.

(a) *Part. I. c. 6. §. 21.* (b) *II. Samuel. XI, 15.*

(c) *Matth. II, 15.*

### §. X.

Recte & hoc examinare, an  
sub precepto non occidendi comprehen-  
dantur & iti, qui fibi ipsi violentas  
manus inferant? quod nos & (a)  
supra asseruimus, & hic (b) asse-  
rere non dubitamus. Egregium  
hac de re locum, quamvis satis  
magnum adscribere operæ pre-  
tium duxi, quia omnia ferè effu-  
gia præcidit: (c) *Hoc dicimus, hoc*  
*asserimus, hoc modis omnibus approba-*  
*mus, neminem spontaneam mortem sibi*

Dd 2                    infer-

*Inferne debere, velut fugiendo mortalia temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter sua peccata praecrita, propter que magis hoc vitâ opus est, ut possint pœnitendo sanari. Neminem velut desiderio vita melioris, qua post mortem speratur, quia reos sue mortis melior post mortem vita non suscipit.*

(a) c. 7. §. 2. & 4. (b) Sylv. Summ. verbô hominidium n. i. (c) Augustinus de Civit. DEI, cap. 26.

Præcepto: de non occidendo: non solum alterius, sed & sui ipsius cedem prohiberi, & nostri Theologi, & superioribus temporibus S. Ecclesiæ Doctores ostenderunt. E multis prodeat (a) Antistitum Antistes, egregius (ut eum alicubi hoc elogio ornat C. Barthius) Augustinus: de homine, ait, intelligimus, quod dictam: Non occides; non alterum, ergo net se: neque enim qui se occidit, aliud quam hominem occidit. Et mox: Si falsi testimonio non minus reus est, qui de seipso falsum facetur, quam si adversus proximum hoc faceret: cum ipso præcepto, quod falsum testimonium prohibetur,

betur, aduersus proximum prohibetur, posse quem non recte intelligentibus videri non esse probabilem, ut aduersus seipsum quisquam falsus dectis assistat: quanto magis intelligendum est, non licere homini seipsum occidere, cum in eo quod scriptum est: **NON OCCIDES**, nibil deinde additum, nullus, nec ipse utique, cui precipitur, intelligatur exceptus; Et (b) Lactantius: Si homicida nefarius est, qui hominis truncor est, eidem sceleri obstrictus est, qui se necat, quia hominem necat, cum tamen, ne occidas, lex moneat, doceat, prohibeat. Ceterum de foeditate huius delicti videantur quæ antea notavimus supra ad b. 7. §. 4.

(a) I. de Civit. DEL cap. 20. (b) Institut. lib. 3a cap. 15.

### §. XI.

Et hæc quidem pro ampliatione impropriè dicta sufficiant: nunc ad ea, que exceptionem sapere videntur, descendamus, quæ quatuor ferè capitibus constant. Horum primum est: *nisi homicidium fac omnino casualiter sive involuntariè*. Cum enim animus & propositum delicta constituant, conse-

Dd 3      quens

quens est, contra legem naturae  
non peccare cum, qui nullatenus  
voluntatem occidendi habuit. (a)  
Peccatum enim non est, nisi quatenus  
voluntarium. Et casus est causa pre-  
ter intentionem agentis, atque ita ni-  
hil habet voluntarii; Sed ut quid  
propriè dicatur *casuale*, oportet  
duo haec concurrant: (1.) ut (c)  
quis operam dedit rei ligazæ. (2.)  
ut eam, quam debet, adhibeat  
diligentiam. Qvibus conditio-  
nibus positis de casu fortuito ne-  
mo tenetur. E contra vero, qui  
operam dat rei illicitæ, etiamsi  
adhibeat omnem diligentiam, utique  
de casu fortuito tenebitur.

(a) Augustinus contra Faustum. (b) Aristoteles  
Eth. Physic. 2. (c) Sylvest. Suprad. in verb. hominum  
cid. Sec. part. in princ.

• Ne præceptum illud, ne occides, ita  
universaliter & irrestricte de quacunque ho-  
minis cæde intelligatur, hunc quasdam ex-  
cepio-

ceptiones & casus subjungit, in quibus occi-  
dens hominem ab omni homicidii culpa im-  
munis manet. (1) Si occisio fortuito & casu  
facta. (2) a Deo, vite domino, injuncta. (3) a  
magistratu ciuilis, & (4) uitanda mortis neces-  
itate admissa. Dicitur prima exceptione hic, de  
ceteris postea. Vocamus autem homicidia  
casualia ea, que non ex proposito & destinata  
animi malitia, sed casu contingunt; veluti si  
findens ligna a tergo stantem ita percuteret,  
ut moreretur, aut venator feram occisus  
hominem interimeret. Ut vero hæc homici-  
dia culpæ uidentur, multa concurrere necessum  
est. (1) ut omnis in interfactori occidendi ani-  
mus absuerit & intentio. (2) operam dederit  
rei non illicite, & (3) eam, quæ providi utun-  
tur, diligenter adhibuerit, si hinc ab homici-  
dii culpâ immunis haud est chirurgus aut  
ab eo missus, qui hominem imperite secat,  
at moriatur; nam quamvis omnis in eo de-  
fuerit occidente*ns* dissentio, resque etiam hinc  
te operam navagerit, quia tandem casu mali-  
pa aliqua, imperitia videlicet, præcessit, mer-  
rito ipsi id, quod ex hac sectione improvida  
fecutum, imputari potest, & cum affectare  
nemo debet, in quo intelligit vel intellige-  
re debet, ignorantiam aut infirmitatem su-  
am aliq[ue] periculosam. Benè (b) Plato: si ser-  
vus vel serva aliena rei offecerit, sive imperitia,  
sive immoderatio aliquo usq[ue] id fecerit, nec qui

D d 4      damnum

*domnum passus est, causam præbuerit, dominus ejus satisfaciat, aut servum servamque illi, qui damnum passus est, iradat. Et si vero, cœū dictum, ex casu fortuito agenti, ubi nulla admixta culpa est, nihil imputari queat, nec etiam reparatio damni illi locum inveniat, tamen si (c) dives pauperem per casum fortuitum læsit aut etiam interfecit; liberalitati ipsius ac æquitati naturali omnino congruum fuerit, ut vel ipsum læsum, vel hujus extem & fiberos aliquod beneficium soletur.*

(a) I. idem juris. I. 8. §. milionem. (b) de LL. lib. XI. (c) Pufendorf, de Jur. Nat. & Gent. lib. 3. c. I. §. 8. p. 259.

## S. XII.

*Altera limitationis species est: nisi quis a D<sup>E</sup>O ad id expressum babnerit mandatum. Cum enim D<sup>E</sup>US auctor vita, summum in omnes homines vitæ necisque habeat imperium, potest ille (quemadmodum fame, peste & alio mortali tatis genere homines e vita collere) ita & Angelis suis aut etiam certis hominibus mandare, ut aliquos aut aliquem e medio*

collant: cuius mandati (a) in Abrahamo exemplum est, qui Iesus à Deo Isaäcum, filium unigenitum immolare, omnia, quæ in ipso erant, fecit, ut ejus voluntas impleretur, atque eo (b) facto benedictionem Dei consecutus est. Est & aliud exemplum in Levitis, qui mandato Dei per Mosen ipsis patefacto, ex Israëlis, qui in adorando vitulo aureo peccaverant, triginta millia hominum occiderunt, quas (c) consecrasse manus suas Domino, ut ipsis detur benedictio, Moses pronuntiavit.

(a) Genes. 22, 2. (b) c. eod. v. 22. (c) Exod. 33, v. 29.

*Homicidii nec simplicis, nec qualificati nomine digna est cædes hominis; qua jubente Deo fit, cum eo in casu una è præcipuis circumstantiis, essentiam homicidii constituentibus, deficiat, atque ad cædem hominis, ut Vetus homicidium dicatur, inter alia & hoc requiriatur, ut privata autoritate vita alteri eripiat. Itaq; si (a) quem Deus occidi præcipiat,*

ut Abram filium Isaacum, aut Luriciis Nrae-  
litas, qui in adorando vitulo aureo peccave-  
rant, non licitum fuit homicidium, quæ vox  
vitium includit, & semper cedens hominis dei-  
finatam & innocentis, privatâ auctoritate ci-  
tra casum extrema necessitatis periculumve a-  
mittende vita, factam designat, sed non erit  
homicidium, quod vita supremo domino au-  
tore fit. Ut hinc gravissime hallucineatur,  
qui hic Deum in jure naturæ dispensasse exi-  
stimat: cum eð in casu nec dispensatio, nec  
alii iuriis naturalis mutatio contigeret, sed  
potissima actus, quem homicidium voca-  
mus, circumstantia mutata fuerit, quo de-  
latae in (b) superioribus.

(a) Vid. Hug. Grot. lib. I. c. x. §. 10. n. 6. (b) c. 3:  
§. 8. & seqq.

### C. XIII.

Tertia limitatio hæc est: nisi  
quis à magistratu occidendi aliquem vel  
aliquos acceperit auctoritatem. Magi-  
stratum cum dico, summam in Re-  
publica potestatem intelligo, aut  
cum, eosque quibus potestas vi-  
tae & necis in cives à summa po-  
testate mandata est. Dari talem  
reipu-

reipublicæ, aut qui ei præfunt po-  
 testatèm, patet ex iis, quæ (a) su-  
 pra de jure circa publica disputa-  
 vimus: quibus addi debent ~~ca~~  
 (b) quæ auctor de Jure Bellii ac Pacis  
 ad extra materiam pertinentia,  
 fuscus congesit. Nos tantum (c)  
 unum locum Paati Apostoli hic alio  
 gabimus, in quo dei potestatibus  
 sublimioribus agens, sic loquitur:  
*Non sine causa gladium portat. Dei  
 enim minister est, vindicx in iram ei, qui  
 malum egit: quâ potestate posítâ  
 addendum est, Magistratum ea  
 licet uti posse in poenam, vel per  
 modum belli, vel per modum me-  
 dicinae. In poenam (d) posse fa-  
 cinorosos à magistratu morte pu-  
 niri. & justè bellum geri ad-  
 versus eos, qui in rem publicam  
 sunt injurii, patet ex superioribus  
 quibus consequens est, eos, qui  
 talibus*

talibus ministeriis inserviunt, nequaquam in ius naturae peccare. Potest & magistratus medicis facultatem facere occidendi hominis, qui sanari nequit, & a cuius vita contagium metuitur, & abigendi foetus, ut puerpera servetur, item amputandi membra, ne pars sincera trahatur.

(a) c. VI. s. 13. (b) Hug. Grotius de Jūt. B. & P. lib. I. c. 14. s. 3. & passim. (c) Epist. ad Rom. 13. 4. & 5. (d) Sylv. Suam. in dict. verb. homicid. n. 2. §. tertium.

Nec minus ab homicidio immunes sunt non solum summi, sed etiam inferiores & minores potestares, sed & omnes illi, qui ab his occidendi jus & auctoritatem acceperint, sive sint milites, sive carnicices, sive alterius ordinis homines. Et quidem de summis potestib[us], quin ipsis summum ius vita & necis competat; dubitamus nulli, si modò (a) cogitemus, quod hominum improbitas in conturbanda pace & tranquillitate publica nunquam offenda sit; & semper extra aut intracivitatem reperiuntur, qui eam inquietare bonumque publicum subiecte conantur, ad quos proinde

inde coercendos magistratus, tanquam custodes tranquillitatis publicæ, erit, eos ferre persequi & vi, si opus, bellicâ ac armis adversus exterros, aut judiciali adversus subditos uti, & deperditz malitiz homines, tanquam venenata & noxia animalia è vita & generis humani consortio tollere. Atque hoc pertinet locus (b) Pauli: *Hortor ergo ante omnia, ut fiant deprecationes, preces, supplicationes, gratiarum actiones pro quibus vis hominibus: pro regibus & quibusvis in eminentia constitutis, ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate ac sanctitate, nam id bonum gratumque est apud Deum Sacerdotem nostrum, qui omnes homines vult salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.* Ex quo loco inter alia & hoc edocemur, DEO gratum & acceptum esse, ut Reges Christiani alii Christianis vitam tranquillam ac quietam præsentent, quod quomodo fieri soleat, nemo melius exposuit (c) Paulo: *Dei minister est tuo hono & quod si feceris quod malum est, metue, non enim frustra gladium gerit: Nam Dei minister est, vindex ad iram ei, qui quod malum est fecerit.* Quod de Regibus & supereminentibus potestatibus dictum, id quoque de inferioribus & subordinatis potestatibus intellectum volumus, utpote quæ (d) personas publicæ potestatis gerentes ex delegata sibi potestate secundum leges sceleratissimos

terfimos morte puniunt. Neque hinc exceptum  
dimus milites ea lege contracti , ut injuriam  
ab hoste illatam vindicent , eumque & in  
persona & rebus laudent ; ut & carnifices alii  
que ministri publici , ad id à summâ potestate  
aut summâ minore constituti , ut quod ipsis  
decremmandatum ex officio suo prompte ex-  
equantur , gladiumque & virgam in immori-  
geros , nullo ex populo repugnante aut id im-  
pediente , stringant ; neque enim homicidi-  
um committunt qui ministerium debent ju-  
benti magistratu. Ut hinc graviter peccent  
illi , qui damnatos suppicio vel è manibus li-  
titorum eripere , pergentes ad supplicium reti-  
nere ac defendere , aut carnificem , primo ita  
à hece aberrantem faxis telisque petere , inque  
ipsa carnificina obruere conantur , sicuti uno  
die Lubeca quinque carnifices in carnificina  
ita à populo obrutos & extinctos esse , tradit  
(e) Justinus Goblerius , & ex eo (f) Petr. Gre-  
gorius. Impedium enim mortis merita sup-  
plicium justitiæque cursum sufflaminant.  
Quocirca ut huic temeritati populi obviam  
iretur , Carol. V. Imperator , in constitutione  
de capitalibus suppliciis sapienter decrevit ,  
& sub capitulis pena prohibuit , ne quis ulla  
ex parte carnificem in carnificina remoretur ,  
his verbis : (g) fractib post sententiam defini-  
tivam bacillò judicis , quumque lictor reum ad  
locum supplicii trahit , prætor palam ac publice  
exclamet

exclamari denunciarique, ad eorum magistrum  
et que potestatis nomina sub capitali pena sube-  
ri faciat, licetorem nulla ex parte remorari  
impeditur, etiam si ratus in eventu fuerit, nulla  
sit violencia in manu iniici.

(a) Vid. Institut. Morali Part. II. c. XV. s. 12. b.  
seqq. (b) I. Timoth. II. 12. 3. (c) Röm. XIII.  
4. (d) Augustinus lib. I. de Civit. DEI. c. XI.  
Cessantes 23. qu. 3. (e) In Histor. Lubetens.  
Syntagma. Jur. Univ. Part. III. lib. XXXI.  
c. 38. n. 3. (g) art. XCVII. II. c. 11. 16. 17.

e. Dicitur i. oïrello. f. 10. 11. 12. 13. 14.

### S. XIV.

**Qvarta limitatio esto: nisi quis**  
**vitam suam defendens cum moderamine**  
**inculpata tutelæ aggressorem occide-**  
**rit.** Cujus hæc est ratio, quod  
vitæ defensio naturaliter unicui-  
que concessa est, ut pluribus (a)  
supra demonstravimus, neque ul-  
li privato jus est in vitam alterius,  
quare si quis in nostram vitam  
attentet, (b) jure is à nobis potest  
interfici. Sed in primis nota-  
dum id fieri debere cum moder-  
amine inculpata tutelæ, neque ejus  
mode-

moderamini si limites excedendos,  
 qui nisi exacte obseruentur, inci-  
 dit quis in dolum aut culpam, at-  
 que ita se peccato obnoxium red-  
 dit. *Consistit autem (c) moderamen-*  
*boc in causa, modo ac tempore.* *Causa*  
*moderamini est* iusta offensio in-  
 sultantis, neque enim potest ju-  
 sta esse offensio insultanti, nisi  
 præcedat iusta offensio. *Modus*  
*verò defensionis in eo consistit,*  
*ut propulsatio proportionem ha-*  
*beat ad offensionem seu pericu-*  
*lum mortis imminens. Nec enim*  
*defensio, quocunq; modo fiat,*  
*julta est, sed requiritur, ut eodem*  
*môdô, quô infertur, repellatur.*  
*Ratione verò temporis* defensio fieri  
 debet in continent, h. e. in ipsa  
 concertatione, ne videlicet quis  
 alium ex intervallo, & cum jam  
 ad extraneos actus discessum est,  
 reperi-

repercutere præsumat. **Quibus omnibus rite observatis, qui ita se defendit, homicidii reus non est.**

(a) C. VII. §. 3. (b) Sylvest. Symm. in verbo bellum. (c) Gloss. in l. i. Cod. unde is. ibique Barth. n. 7. Jul. Clar. dicto §. homicidium.

*Nec minus ab homicidio excusat, qui se, in certissimo vite differimine constitutum, tueretur cum moderamine inculpata tutela adversus aggressorem, etiam cum hujus imperfectione. Quid vero sit tutela inculpata, quam latè sese porrigat, quod ejus moderamen, quæ singula hujus momenta, idque genus alia, multis egimus cum in (a) Institut. Moral. tum in differt. de hoc argumento. Saltim de Moralitate hujus tutelæ in præsenti attinet dicere, eamque non inquam esse cum ex primis tum ex secundis naturæ Stoicorum ostendere. Cum enim (b) prima naturæ homini, ut aliis animalibus, vitæ membrorumque conservationem commendent, ipse que, simul atque nascitur, sibi concilietur, non ad se conservandum solum atque ad suum statum, & ad ea, quæ conservantia sunt ejus status, diligenda, sed & ad pellenda contraria, seu ea, quæ vitæ interitum videntur adferre, evidens est, quod inter prima natu-*

Ee

ræ

re nihil sit, quod huic tutelæ aut bello pri-  
 vato repugnēt, sed potius omnia ei faveant,  
 cum animantibus singulis, eoque etiam ho-  
 mini, ut eximio animanti, vires ideo con-  
 cessa sint à natura, ut sibi tuendis juvandis  
 que sufficient; sed nec post (c) hæc cognita  
 quæ seqvuntur illisque multò digniora sunt,  
 secunda naturæ, ei tutelæ adversantur, ut  
 pote quæ non omnem vim sed injustam in-  
 hibent, eamque solum, quâ jus alterius tol-  
 litur. Cum enim nemini jus sit in alterius  
 vitam, nisi ad id instrutus sit à magistratu,  
 aut etiam Deo, cui jus dominii plenisimum  
 ut in res nostras, ita & in vitam competit,  
 ideo quotiescumque vita hominis in certis-  
 sum discrimen vocatur, & alia ratio expe-  
 diendæ salutis non suppedit, toties ipsi jus est  
 quovis modō attentatum periculum abs se  
 repellendi & vim injustè sibi illatam vi justâ  
 vindicandi. An autem etiam in sensu ajente  
 hæc tutela justa sit? nec minus an præter hoc,  
 quod jure naturæ non iniqua sit, etiam nec cha-  
 ritiati Christianæ & scitis religionis Christianæ  
 contraria sit? altioris indaginis res est. Quod  
 igitur primam attinet questionem, alii eam  
 affirmant, alii negant. Sed utrumque men-  
 dosè admodum & falsò. Cum fieri possit,  
 ut in quibusdam casibüs tutela hæc jure na-  
 turæ præcepta ac debita sit, ut sine peccato  
 omitti nequeat; in aliquibus indebita; in  
 ple-

plerisque vero permitta & jure natura non  
injusta. Primi casus exemplum est in su-  
mis imperantibus, viatorum praesidibus, mil-  
itibus, ducibus bellicis aliquique, quorum  
munus est ab aliis vim abarcere, quorum  
que interitum tot hominum salutem everti  
necessum est. Hi omnes, nisi velint se pec-  
cato obnoxios reddere, non possunt vi officii  
aut etiam juramenti, quo reipublica ob-  
stricti sunt, vitam suam injustis invasoribus,  
eis parcendo, prodere. Alterius exemplum  
est in ipsis subditis vere talibus, quibus et-  
iam in praesertim vita discrimen addu-  
ctis, principem tamen suum invasorem &  
patriz patrem occidere nefas esse, Hugo  
Grotius & nos ex fine reipublica aliusque de-  
monstravimus. Tereti denique exemplum  
esse potest in unoquilibet, quem proprium  
duntaxat vita periculum in sui defensionem  
rapit, qui que an superstes sit, aliorum haud  
multum interest. Hunc enim ad defensio-  
nem sui quocunque modo expediendam te-  
neri, aut omissione illius peccatum incur-  
rere negamus, praesertim ubi invasoris vita  
multis est utilis, & praeterea probabiliter ab  
eo, qui invaditur, praevidetur, aggressorem  
cæde non solum temporalis & hujus, sed &  
eterna vita periculum incurrere. Et quam-  
vis ita hujusmodi imminentis periculi ma-  
gnitudine constituto sape non suppetat con-

B e z filium

filium aut ratiocinandi copia, ut merita personarum ita, ut decet, accurate ponderare posset, & ejus periculi, in quod quis seipsum conjicit, & ex quo etiam, si desisteret, facile liberari posset, nulla habenda sit ratio, tamen ut ejusmodi defensio in obligatione sit, & inter ea connumeranda sit, que sine peccato omitti nequeunt, vero nullatenus videtur simile. Quod alteram questionem concernit, an homini Christiano, qua tali, cum se apud Deum in statu gratiae constitutum esse videt, incumbat, est ipse potius pereat, quam ut alter, si occidatur, periculum aeternae damnationis incurat? prater Gersonem, Augustinum de Ancona, Richardum de S. Victore, Accursum aliquosque afferit (d) magni nominis Theologus Rostochiensis, Henric. Mullerus, qui sententiam suam partim dictis Scripturæ Sacrae, partim exemplis, partim rationibus ex lumine naturæ percisis, partim etiam Doctorum & S. Patrum testimentiis comprobat. Inter dicta Scripturae S. quibus sibi placet, Celestinus Vir, fermè princeps est illud, quod Job. 3, 16. habebetur. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere. Quod tamen ipfi nequaquam patrocinatur. Quamvis enim vi illius dicti quilibet Christianorum sit obligatus non ad adeunda vita pericula solùm, sed & ad profundendam vitam pro

pro fratribus, ad exemplum Christi, non quidem quā specialem mortis rationem, satisfaciendō pro peccatis, cum id omnino impossibile sit, & frater fratrem redimere nequeat; sed exemplum illius certā ratione sequendo, ut si fratri æterna morte pereundū sit, potius mori debeamus, quam ut ipse æterno pereat exitio; tamen an hæc indistinctè ad unumquemque, cuius vita spiritualis periclitatur, etiam ad inustum invasorem, extendenda sint, ut invasionis lege charitatis potius occidi malit, quam ut invasor æternum pereat, meritò ambigo, cum nullum aggressori alterum invadendi jus sit, & per seipsum si velit, neque amplius suæ nequitiae inusta que invasioni immoretur, citra alterius temporalis vitæ jacturam salvare æternoque eripi possit exitio. Non igitur indistinctè & absque ullo personarum discrimine vitam nostram temporalem & hīc & alias in Evangelio pro proximi vita æterna profundere jubemus, sed tum demum, cum vita nostra profusio alteri ad suam spiritualem & æternam est necessaria, & absque illa hæc haberi tuerique nequeat, id quod ad præsentem casum, quō aggressor vitam meam aut alterius citra omne jus & fas in præfentissimum discrimen vocat, transferri nequit. Ad cetera laudati Viri dicta, quæ habentur non solum Matth. VII, 12. Omnia

quacunque vultis ut faciant vobis homines, et  
vobis facite illis: & Matth. XXII, 39. quod jube-  
mur proximum diligere ut nos ipsos, sed & ex-  
empla Mosis et Pauli, quorum interque pro-  
fratribus eorumque salute, ille quidem ex  
libro vita deleri, hic anathema fieri voluit  
& rationes ex lumine naturae petit, ut sa-  
tis monia S. Patrum aliorumque, quæ lauda-  
tus Vir opinioni sua, frimandæ aut illustran-  
dæ adducit, responsum fuit in differt, de Mo-  
ralitate tutele inculpata. c. III. §. V. & seqq.

(a) Part. I., c. X. §. 17. (b) Hug. Grotius de Jur.  
B. ac P. lib. I. c. 2. §. 1. n. 1. (c) Idem. cit. I.  
n. 2. Vid. diss. de Moralit. robel. inculp. c. 1.  
§. 1. n. 15. 3. (d) In Theologischer Erörterung zwey  
Fragen: (1.) Ob ein Christ in gewissen Fällen  
für sein Rechtest das Leben zu lassen schuldig  
sey. (2.) Ob ein Christ von einem Tyrannen  
bold überfallen & lieber tödten soll / oder sich  
tödten lassen? Diss. cit. I. n. 2. §. XV.

Restat nunc etiam aliquid di-  
camus de secunda hujus capituli  
parte, nempe de corporis humani le-  
sione: sed id pauxillum erit, quia  
ista pars iisdem fere, quib⁹ prior,  
innititur fundamentis. Cum enim  
uni-

unicuique homini tam licita sit  
conservatio membrorum & inte-  
gritatis totius corporis, quam  
ipsius vita; sequitur inde, ean-  
dem in utroq; casu esse juris di-  
spositionem, id est que utrobiq;  
peccari in jus naturæ, & utrobi-  
que easdem dari ampliationes &  
limitationes, ut à nobis hic vo-  
cantur. Qvod igitur de delicto  
deliberato & simplicè supra di-  
ctum est, etiam hue applicari de-  
bet; distinctio quoque de effe-  
ctu secuto aut non secuto, etiam  
hic locum habet. Item quæ de  
expositione infantum, de man-  
dato, de sæviendo in corpus pro-  
prium, tractabamus, etiam ad  
amputationem membra & læsi-  
onem per vulnera porrigi debet.  
Denique potest etiam dari ca-  
fualis læsio, (a) posset & dari

Ec 4 man-

mandatum divinum. Certè mandatum magistratus in poenam locum quotidie habet in amputacione membra & laesione corporali ; & aliquatenus etiam , quæ de moderamine inculpatæ tunc diximus, huc pertinent : quem enim licet occidere , cum & licet laedere , dummodo utrobius sit præsentaneum vitæ periculum.

(a) Exod. XXI, 24. & seqq.

Verissimum est , quod laesio corporis humani membrorumque mutilatio iisdem ferè , quibus cædes hominis , fundamentis nitatur , eoque cuncta , quæ circa illam partem dicta sunt , mutatis mutandis ad membra mutilationem accommodari queant : cum natura unicuique hominum ut vitæ ita & membrorum , (a) præcipue nobiliorum eorumque , quæ restitu nequeunt , aut periculum mortis post se trahunt , integratem adeò tenero sensu commendaverit , ut non posse non omnibus modis ipsam tueri . Hinc si quis nam aut aliud nobilius corporis membrum mihi auferre vellet , justissima cum adversus illum

illum esset defensio, non tantum quod talium non detur restitutio, sed quod qui tale quid mihi intentat meus hostis sit, qui quantum in se mihi adversus ipsum in infinitum dat licentiam. Et si licitum est membrum aliquod corporis abscindere, ut sua partibus ceteris sanitas constet & incolumitas, quidni etiam in earundem incolumitatem licitum erit hominem, mutilationem membra inferre volentem, secare & occidere, eo maxime in casu, quod invaso liquidò constare nequit, intra quos limites illa statura, & num membrum minus dignum an princeps sit aggressurus? De cetera quæ supra de homicidio casuali & voluntario, deliberato & indeliberato seu simplici, mediato & immediato; ut & de conatu aliisque attata sunt; et omnia ad mutilationem membra corporisque humani lassionem facile possunt porrigi, utpote quæ & deliberata ac simplex, casualis & voluntaria, mediata & immediata &c. esse potest; Sicut & illa, quæ de moderamine inculpatæ tutelle diximus, aliquatenus lassioni corporis aptari possunt, ita ut quæ servandi membra causa sit occisio, non nisi cum procedere videatur, cum periculum mutilationis & lassionis corporalis sit praesens, nec aliter nisi cade aut lassione alterius, averti nequeat;

quod

quod si verò medium suppetat, quō à tali  
ausu objectione gladii vel consimilis alteri-  
us armorum generis aggressor deterreri pos-  
sit, periculumque aliter, quam occidente in-  
vasoris depelli, iusta tum erit illa defen-  
sio, nec inculpatæ tutelæ, sed homicidii no-  
mine censenda.

(a) Hug. Grot. lib. II. c. I. s. 6. Windlerus de  
Princip. Jur. lib. 4. c. 10. p. 408. & seqq. Ba-  
clerus Comment. in Grot. lib. 2. c. 1. s. 6.  
Pufendorfius de Jur. Nat. & Gent. lib. II.  
c. V. s. 10. Textor Synops. Jur. Gent. c. V.  
num. 13.



## CAP. XII.

# ADVULTERIO, IN- CESTV ET SCORTA- TIQNE.

### §. I.

Comprehendit hoc caput  
materiam legis quartæ,  
earum quas Noachidis  
datas

datas Hebræi tradunt, quæ vocatur: *de revelatione turpitudinum,*  
*sive, de turpitudine ex concubitu.* Ejus species primaria est *Adulterium*, quod  
*naturâ turpe* (a) *Ulpianus* vocat: hinc illud (b) *Isidori*: *quid in omnibus peccatis adulterio gravius?* Etymologiam vocabuli si querimus, hæc nobis se probat maximè, quod *adulter & adultera* dicuntur, (c) qui & ille ad alteram & hac ad alterum se conferunt.

(a) I. probrum 41. ff. de Verb. Signif. (b) C. quid in omnibus 16. cœuf. 32. qu. 7. (c) Fest. voce adulter.

Naturæ de ea leſione, que petit alterius vitam; Nunc de illa, qua circa partem corporis versatur; Cujus species primaria & princeps est *adulterium*; ita dictum, quod est, ut Festus notat, ille ad alteram & hac ad alterum se conferant. *Esse autem Adulterium inter gravissima peccata, vel ex sanctimonia & indissolubilitate matrimonii evidens est:* cum quod sanctius & arctius ligatum est conjugium, eò scelerius ac detestabilius habetur, quod illud polluitur & tollitur, crimen.

§. II.

Adulterium aut est simplex aut duplex: Et simplex quidem aut ex parte agentis turpitudinem suam trahit, cum maritus cum soluta se poluit; aut ex parte patientis, cum solitus cum maritata: Hujus peccati magnitudo communiter consideratur ea censit, quod per id dissolvitur unitas carnis per matrimonium introducta, maculatur thorax legitimus, violatur sanctissima societas, spoliatur coniux eo jure, quod in conjugis corpus habet, temeratur fides solenniter data Et committitur nefaria alieni feminis commixtio. Atque ita peccatum hoc ex pluribus peccatis conflatum est: habet enim admixtam perfidiam, perjurium, furtum et scortationem. Et perfidiam quidem, quia qui hoc committit fidem datam frangit, fidem vero non perfunctorie datam, sed solenniter atque ita quasi jure-

jurejurandō vallatam , quod in  
perjurium cadit. Furtum autem,  
quia comparem suam debitō a-  
mōte & complexibus fraudat;  
dēnique & scortationem involvit,  
quæ & ipsa suam turpitudinem  
habet , ut infra latius patebit.  
*Est etiam bac res tristissimi eventus, quia*  
*ex adulteriis non tantum rixas & odia,*  
*sed etiam familiarum eversiones & re-*  
*gnorum excidia pullulasse constat.* His  
**omnibus accedit in secunda simplicis**  
**adulterii specie, quod uxor pudicitiam**  
**suam prosternit, alienos marito liberos**  
**subdit, qua falsi est species & totam fa-**  
**miliam incerta prote confundit & debo-**  
**nesciat: In duplice vero adulterio bac**  
**omnia duplicantur, cum ex utraque par-**  
**e equalis accedat vicesitas.**

Adulterium, quod in communī & ut sic  
est usus rei venereæ seu voluntarius coitus  
personæ conjugatae cum alia non sua, est ge-  
minum, simplex vel compositum seu qualifica-  
tum: quorum illud est, cum solutus & per-  
fona

sona innupta cum conjugata & maritata, aut contra ligatus & persona conjugata cum innupta seu soluta rem habet; *Hoc* verò cum ligatus itidem cum ligata & nupta concubabit. *Committitur* (a) ergò adulterium non à duobus conjugatis solum, quod alias perfectum, duplicatum, qualificatum & adulterium ~~est~~ <sup>est</sup> *τέλος*, Germanis die Ober- oder Überhuse *recepit* dicitur, sed etiam à conjugato cum non conjugata, aut conjugata cum non conjugato & soluto, quod ad dignotionem illius, ceu diximus, vulgo adulterii simplicis nomine solet insigniri. *Utrumque* autem *Adulterium* intrinseca suā gaudet turpitudine. Et quidem (b) quod *simplex* ex parte agentis & mariti attinet, temeratur hoc coitu damnatō fides foeminae à marito non perfundoriè, sed solenniter data & quasi jurejurando vallata, & eō jure uxoris, quod ipsi in mariti corpus competit, privatur, debitoque amore & complexibus spoliatur, eoque ut rectè notat. *Autor* crimen & perfidii & perjurii & furti incurrit. *Ex parte* vero patientis si committitur adulterium, uxoris suam pudicitiam fidei prostruit, alienos marito liberos & heredes subdit, totam familiam incertam prole confundit jusque potestatis maritalis lacerat. In duplicato denique hæc omnia concurrunt & duplicantur eoque majorem vitiositatem & turpitudinem ei inexistere necessum est.

Grave

**G**raue itaque crimen est, maritum concubere cum soluta; gravissim, uxorem cum soluto. omnium gravissimum, maritum cum alterius uxore. Illud adhuc (d) notandum quod lex Julia de adulterii verbō quoque stupri promiscuè pro adulterio utatur, cum tamen constet, stuprum propriè ac pressè acceptum in virginem viduamve seu quamlibet aliam mulierem, quæ corpore quæstum non facit, committi, adulterium vero in personam nuptam.

(a) Molina de Just. & Jur. tom. IV. disp. 89. n. 1. p. 1036. Valent. in 2. 2. Thon. disp. 9. qu. 3. p. 3. p. 2228. (b) Vid. Institut. Moral. part. II. c. X. §. XI. p. 418. (c) Molina cit. disp. (d) Goraf. de Jur. Civil. in art. redig. part. 4. c. 3. p. 382.

### §. III.

Falluntur igitur quamplurimum, qui adulterium in solas foeminas maritatas cadere putant. Aliter Isidorus, cuius hæc verba: Non mæchaberis, id est, ne quisquam preter matrimonii sui fæderis aliis miscetur ad explendam libidinem. Nam specialiter adulterium facit, qui preter suam ad alteram accedit.

*dis.* Rationem reddit (b) Ambro-  
fus, ita scribens: Nec viro licet,  
quod mulieri non licet. Eadem à Viro,  
qua ab uxore debetur castimonia: quic-  
quid in ea, que non sit legitima uxor,  
commisum fuerit, adulterii criminis  
damnantur.

(a) C. non mœchaberis 32. qu. 5. (b) Nemo blan-  
diatur. 33. qu. 4.

Non defant ex JCrū, qui coitum ma-  
riticum soluta non pro adulterio, sed sal-  
tim pro simplici fornicatione venditant,  
permoti cum aliis, tum in primis hōc, quod  
coitu isto nulla thori fiat violatio, quam ta-  
men adulterio essentialē & perpetuam esse,  
nemo non agnoscit. Sed si cogitemus, quod  
conjugium sit indissolubile vinculum, quod  
que istiusmodi coitu fides conjugalis, quam  
mutuo maritus & uxor, remuntiando juri  
suō in corpus dēdēre, æquè frangatur tho-  
rusque violetur, atque si uxorata coēat cum  
soluta, evidens est, non minus adulterii no-  
mine censi coitum mariti cum soluta, at-  
que ligata & uxorata cum soluto & non con-  
jugato.

Hoc peccatum adeò detestabile est, ut vix ullam admittat extempionem, ideoq; non tantum ipse actus, sed etiam copias legibus humanis quandoq; punitur. Sic legimus *Cn. Sergio Silo*, promissorum matrifamiliae nummorum gratia diem dictum, cumq; hoc uno criminе damnatum. (a)

Non enim factum tunt, sed animus in questionem deducit: plusq; voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit. Sed quicquid de legibus humanis sit, certè illum, qui animum adulterandi habuit, in legem naturæ peccasse dubium non est, quod & (b) *Triphoninus* agnovit, scribens: *Adulterum pli- quâ significatione ex animi propositione cuiusq; sola, quem diti posse, etiam cum, qui nunquam alienam matremfamilias corruperit, siquidem ejus mentis sit, ut*

Ef

occas-

occasione datâ id facturus sit. Et Seneca: Non immeritò in numerum peccantium refertur, qui pudicitiam timori præstítit; non sibi. Quin & ipse Magister amorum sic canens:

*Ut jam servaris bene corpus, adultera mens est.*

*Omnibus exclusis intus adulter erit.* Non mirum igitur & (c) Christum, præcepta sua etiam ad animum extendisse: *Ego verò dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæcbatus est eam in corde suo.* Qvem locum respiciens, ait Lactantius. Non tantum adulterium esse vitandum præcipit Deus, sed etiam cogitationem, ne quis aspicias alienam, & animam concupiscas.

(a) Valer. Maxianus lib. 6. c. 1. §. 8., (b) L. Fugitivus 225. ff. de verb. signif. (c) Matth. 7, 29.

Circa Conatum Adulterii eadem, que supra in doctrina de homicidio, distinctio adhibenda est. Si enim conatus iste adulterandi inefficax intra animum tantum subsisterit, neque

neque ad ullum actum externum transierit, in foro humano puniri nequit, eò quod nemo nemothetarum aut judicum de cogitationibus pravis ac internis voluntatis & mentis motibus judicare valeat, nisi per actus aliquos externos proruperint; etsi qui ejus voluntatis aut mentis fuerit, culpam & reatum, jure naturali aut divino debitum, haudquaquam effugiet. Quò (a) Christus respiciens: *qui viderit, ait, mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est in corde suo.* Quod si vero efficax fuerit conatus, & per externum aliquem actum, v.g. impudicum & columbarum osculum, quod (b) Aristophani *nataγλωττομα* dicitur, ad motionem manuum in sinum, pecunie oblationem, quod solò nomine (c) à Metello Celere, ita jubente populo, Cneo Sergio Silo dies dictus; injectio nem manuum in locum verendorum, idque genus alias *suspiciones* & *indicia adulterii*; ex consensu Moralistarum veri adulterii nomine dignus habetur, & poenam adulterii legibus civilibus determinatam incurrit. Vid. (d) leges Salice Longobardorum, Bojariorum, Insubrum aliorumque.

(a) cit. l. (b) in Nubibus. (c) lib. 6. c. 1. (d) Petr. Gregor. Syntagm. J. C. part. III. lib. 36. c. 12. p. 684)

§. V.

**Quæri potest, an etiam in sponsa  
Ef a aliena**

atene committatur adulterium? Et id quidem admittunt (a) Juris-consulti, quibus & nos accedi-  
mus, ut nimirum de Jure naturæ  
etiam in sponsa alterius adulte-  
rium sit, sine distinctione, an ea  
sit despontata per verba de præ-  
fenti, aut de futuro: hanc enim  
distinctionem jus naturale non  
agnoscit. Hoc vero necessariò  
requiritur, ut ille, qui talem spon-  
sam corrumpit, conditionis ejus  
gnarus sit, atque ita despontatam  
esse certo sciat, tunc enim cer-  
tam spem matrimonii proximè  
secuturi violans, pro eo est, ac si  
maritatem vitiasset.

(a) Gloss. in C. discretionem. 6. in verbo. reatum  
Clarus §. adulterium. 9.

Adulterii crimen etiam ad sponsas exten-  
ditur, ut non solum matrimonium violare non  
liceat, sed nec (a) spem matrimonii: Ubi ta-  
men ne ulterius quam par est hoc crimen,  
porrigatur, premissâ distinctione inter sponsa-  
lia

lia de præsenti & de futuro , secuti gravissimos (b) Doctores dicimus , coitum soluti cum sponsa aliena , quacum sponsalia de præsentu facta , omnino verum ac propriè dictum adulterium esse , & (c) sponsalia illa à vero conjugio reipsa non differre ; non item coitum cum sponsa , quacum sponsalia de futuro facta , cum hujusmodi sponsalia non sint (d) matrimonium , sed obligatio solum ad illud contrahendum , vi cuius quis ad impletum , dandum aut præstandum aliquid adstringitur : Et sicuti in aliis (e) obligationibus cautiones & pignora intercedere debent , ita etiam in pactis sponsaliis aut matrimonialibus . Quocirca (f) si ex alieno semine sponsa priori modō despensata uterum gestare , aut alias coitum cum aliquo celebasse deprehensa fuerit , poena adulterii punita fuit , ut cum ex aliorum populorum , tum maximè (g) Longobardorum legibus evidens est , apud quos si sponsa adulterata fuerit & non potuerit se ab hoc crimine purgare , & duodecim proximis dissolvantur sponsalia , & illa puniatur pœna adulterii . Debet autem concubens certus esse de persona , quod alteri sit despensata , aliis non adulterii sed simplicis solum fornicationis crimen incurrit . An autem etiam coitus cum propria uxore , quam per errorem concubens credidit esse alienam , buc pertinet ? alia est quæstio ? Et

Ff 3                  sunt

tant qui id affirmant, alii verò negant. ¶  
 dicendum quod res est, coitus iste pro vero adulterio haberi nequit: cum desit princeps & potissima adulterii circumstantia, nempe uxor non sua seu aliena. Et quamvis quod ipsi urgent, adfuerit proæresis & intentio adulterandi, non tamen (b) hæc sola sufficit.

- (a) I. si uxor. I. 13. §. divus, & §. 6 minor de adul. P. I. propter violatam, C. eccl. Pet. Gregor. Synt. J. V. Part. III. c. 36. n. 2. (b) Covarruv. in 40 Decret. p. r. c. 1. n. 14. Molina de Just. & Jur. disp. 93. n. 8. p. 1064. Vid. Institut. Moral. part. II. c. X. §. 12. (c) Pet. Gregor. Syne. J. V. Part. II. lib. 8. c. 2. n. u.. (d) Idem part. II. lib. 8. c. 6. in princip. (e) Paulus I. 3. de Action. lib. 44. P. tit. 7. (f) I. si constante, sol. matri. P. Harmenop. lib. 4. tit. 1. (g) lib. 2. & 3. de Sponsalib. lib. 2. legam Longobard. (h) Vid. Institut. Mor. cit. 1.

## §. VI

Sed cum adulterium contra naturam statuimus, quomodo id conciliabimus cum legibus multarum gentium, quas inter & Lacedæmonii numerantur, qui adulteria permisisse dicuntur? Nos ad difficultatem hanc enodandam

dam primò dicimus, hanc permissionem tantum fuisse facti, non quod benè fieri judicarent, sed quod tantum huic facto pœnam non imposuerunt, atque proinde id iis impune fuit. Secundò, quod ubi promiscuæ sunt uxores, illuc nec proprium sic matrimonium, & per consequens nec verum illuc sit matrimonium. Denique & gentes, aliquibus bene moratas, per tales leges non posse conveyellere jus naturale, sed id nihilominus sartum testum manere ejusque nexum, etiam invitatis iis gentibus durare.

(a) *Huic enim juri qui non parebit, ipse fugiet, & naturam hominis aspernabitur, atque hoc ipsò luet maximas pœnas, etiam cetera supplicia effugerit.*

(a) Cicero lib. 3. de Rep. apud Lactant. divin. Institut. lib. VI. c. 8.

Hac de re jam tum in superioribus egi-  
mus, cum diximus, permissiones adulterio-  
rum, latrociniorum, furtorum & id genus  
aliorum actuum, non nisi nudi facti esse,  
impunitatem sciam sine jure agendi indu-  
cantes coque jus naturale non convellere.

(a) Cap. III. §. VI.

§. VII.

Denique hotandum, adulteri-  
um nullè pactò posse honestari, atque  
ideo nullam ex iis, quas supra  
attulimus, quasi exceptionibus à  
delicto, hic locum habere. Ne-  
que enim Deus adulterium, ut-  
pote rem omnino probrosam,  
imperare potest, hoc enim im-  
plicaret contradictionem: ne-  
que magistratus id juris habet,  
cum nec belli, nec poenæ hinc ullam  
haberi queat ratio: neque ulli-  
us rei, immo nec vita tutela tanti  
momenti est, ut adulterium cō-  
prætextu colorari possit: neque  
casus fortuitus ullam excusatio-  
nem,

**nem, cum hoc delictum nullum habeat licitum principium & moderamen admittit.**

Adeò detestabile est hoc crimen adulterii, ut nec in casu conservandæ vitæ, nec Dei aut magistratus jubentis auctoritate, marito aut etiam soluto cum alia non sua coire liceat, eoque nulla restrictio aut exceptio, quæ in homicidio furto idque genus crimibus aliis locum habet, hic obtinetur. Huic dogmati contrariari videtur (a) Hobbes, qui, quid in civile adulterium, furtum aut homicidium sit, unicè ex lege civili definendum esse, his docet verbis: *Etsi lege natura furtum, homicidium, adulterium atque injuria omnes prohibeantur; quid tamen in civile fursum, quid adulterium, quid denique injuria appellanda sit, id non naturali logo sed civili determinandum esse.* Non enim quamvis ablationem rei, quam aliis possidet, sed rei alienam tantum furtum esse. Ast quid nostrum, quid alienum sit, legis civilis questionem esse. Sic non quamvis occisionem hominis esse homicidium, sed ejus tantum, quam vetat occidi lex civilis. Sic et illum duntaxat concubitum esse adulterium, quem lex civilis pro tali declarat, &c. Ast stante hac hypothesi, quod non nisi ille concubitus pro adulterio habendus sit, quem

lex

lex civilis aut voluntas summi imperantis pro tali declaravit, sponte sua sequitur, adulterium, quod jubente magistratu civili sit, non esse adulterium, sed alium aliquem coitum licitum, eoque ex mente Hobbesii haud peccasse apud Spartanos fenem invalidum, maritum, & uxorem ipsius; quando ob impotentiem illius huic impregnanda robustus aliquis juvenis ex legibus illius urbis substitutus est; cum tamen quid adulterium sit, nec ex legibus civilibus, nec etiam ex divinis, ut quidem, (b) Pufendorfo, actuum turpitudinem unicè ex voluntatis divinae beneplacito deducenti, videtur, sed ex circumstantijs, aequi huic essentialibus, petendum sit.

(a) Element. de Civ. c. VI. s. 16. &c. XIV. s. 9.  
10. (b) de Jur. Nat. & Gent. lib. IIX. c. 1.  
s. 3. p. 1021.

### S. IIX.

Nunc ad Incestum veniamus, qui etiam quam maxime juri naturali adversatur, sed quibus id casibus locum habeat, operae pretium est disquirere: est enim quidam incestus naturali lege; est & aliis jure civili tantum prohibitus. Prior species à J. C. is vocatur juris gentium &

**& committitur** (1.) **cum** (a) **qui ex gradu** ascendentium vel descendencium uxorem duxerit. Inter ascendentes & descendentes autem etiam comprehendimus eos easque, qui quæve ulli eorum matrimonio juncti fuerunt. (2.) vero, cum illici si sunt concubitus inter Fratres & Sorores, consanguineos aut uterinos: nam & in hoc primo transversarium gradu incestum juris gentium cum (b) aliis vocamus. Non item concubitum cum eorum demortuorum conjugibus: ipse enim Deus in lege Hebræa hanc conjunctionem non tantum probavit, sed etiam expresso precepto Fratri injunxit, ut (c) praefuncti sine liberis Fratris uxorem sibi, liberorum querendorum causa, in matrimonium sumeret. Ideoqve & hunc postremum

mum casum & alios ulteriorum graduum à juris naturalis præcepto eximendos putamus. *Civilem* verò *incestum* non tangimus, utpote ab instituto nostro alienum.

(a) L. fin. ff. de rit. nupt. (b) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 5. §. 12. (c) Genes. 38, 2. Deuteronom. 25, 1.

Agit hinc de *Incestu*, & quot modis ille committatur, exponit. Est autem *Incestus* in communi & ut sic nihil aliud quam coitus voluntarius personarum in eo gradu & linea propinquitatis se attinentium, qua lege, sive naturali, sive positiva, prohibetur; diciturque ita secundum (a) *Nonum*, quod coitus ille non castus & legitimus sit; aut potius juxta (b) *Origelum Politianum* & (c) *Lilium Gregor. Gyraldum*, quod cestio seu cingulatio Veneris, quod nuptiae legitime inaugurarantur, personas incestuosas extornari non possint. Est autem *Incestus*, ut bene notatum *Autori*, pro ratione legis aut juris, cum interminantis, duplex: alius juris naturalis, alius positiivi & civilis. Non de hoc sed de illo solùm *Autori* in præsenti propositura est agere; estque ex mente Doctorum pro ratione geminae propinquitatis

**tis duplex:** vel Consanguinitatis vel Affinitatis.  
**quorum bic** est coitus voluntarius personarum se in genere ac gradu adfinitatis prohibito attingentium, veluti Herodis cum Herodiade; ille coitus voluntarius personarum in gradu vel linea consanguinitatis seu ejus propinquitatis, in qua una persona ab altera vel utraque ab una tertia per carnalem generationem descendit, se attinentium, subdividiturque pro ratione linea Consanguinitatis Rectae & Collateralis in Incestum Consanguinitatis Rectum & Collateralem; quorum ille committitur a personis in gradu & linea recta ascendentium & descendientium constitutis, veluti a patre & filia, avo & nepte, madre aut etiam noverca & filio, avia & nepote, & ultra; Hic a personis in linea collaterali sibi invicem conjunctis, v. g. fratribus & sororibus, consangvineis aut uterinis.

(a) Vid. Petr. Gregor. Syntag. J. V. part. II. c. XI. n. 2. (b) Miscell. c. XI. (c) de Deis Gentium Syntagma. 13. & in Cytherea.

### §. IX.

**Ratio, cur bac duo incestus genera cum jure naturae pugnare statamus, clara est: & primo quidem, qvod nihil foedius sit, quam ut foemi-**

na

na ejus semen, ex quo ipsa concepta est, iterum recipiat, aut ut vir eum ipsum, ex qvo infans prodiit, uterum suo facto polluat. Denique ut vel hic vel illa fratres sororesque sibi aut procreet aut pariat, atqve ita tollatur omnis ea reverentia, qvam liberi parentibus debent. Hinc egregiè

(a) *Sapiens Iudeus*: Maximum nefas Patris mortui cubile, quod, tanquam res sacra, intactum sit oportuit, contemnere, neque senectutis, neque materni nominis verecundia tangi; eandem ejusdem esse filium & maritum, eandem ejusdem matrem & uxorem. Quæ ratio etiam, ut ex hoc loco patet, in affinitate locum habet: unde

& (b) *Papinianus*, novercam privigno, & nurum socero nubentes, jure gentium incestum committere testatur. Et in specie conjunctionem novercae cum privigno (c) *Apostolus Paulus* vocat

vocat talem fornicationem; quae nec inter gentes est. In altero vero casu turpitudo hinc elucefecit, qvod qui ex eodem semine sati aut ex eodem utero nati sunt, ut per naturam arctissima cognatione juncti, mutuos amplexus exhorrescere debeant, qvod vel maxime in Germanis locum habet, ubi utraqve haec ratio concurrit, ideoqve etiam magis stringit, unde & fratum, & sororum nuptias, moribus nimirum gentium, prohiberi, Jurisconsulti, Pomponius & Paulus, fatentur.

(d) *Libertinus libertinam matrem aut sororem uxorem ducere non potest, quia ioc jas moribus, non legibus introducitur est.* Qvod ipsum etiam ad serviles nuptias porrigitur, ut ius naturalis esse sciamus, additò ioc elogiò: (e) *Quoniam in contrabene-*

trahendis nuptiis naturale ius & pudor  
inspiciendus est. Unde & utramque  
hanc incestus speciem in Barba-  
ris damnat (f) *Tragœdia Greca*:

*Tale est omne barbaricum genus,  
Mater jungatur filio, nata pater,  
Frater Sorori.*

Hæ rationes in aliis conjunctio-  
nibus cum non æquè claræ ap-  
pareant, uti cuique eas perspica-  
cius investiganti patebit, non mi-  
rum, si eas cum jure naturali di-  
rectè pugnare negemus.

- (a) *Vid. de spec. legi* (b) *I. final. ff. de cond.  
sine cauf.* (c) *I. Corinth. V, 1.* (d) *I. liber-  
tinus. 8. ff. de rit. nupt.* (e) *I. adoptivus. 14.  
5. 3. ff. ead.* (f) *Euripides Andromach.*

*Quod in linea Consanguinitatis Recta-  
tè Ascendente, quam Descendente coicus pa-  
rentum cuiuscunque gradus cum liberis, jure  
naturali & positivo melioribusq; gentium con-  
suetudinibus, in infinitum sit prohibitus, dubi-  
tamus nulli; quamvis de causa hujusprohi-  
biti concubitus non constet: nam quam (a)  
Cicero & (b) Plutarchus, qui que hos sequun-  
tur*

tur (c) *Augustinus*, (d) *Brysonianus* (e) *alii*,  
 afferunt, quasi scilicet stante hoc coitu &  
 nuptiis inter personas in linea consanguini-  
 tatis recta, charitatis & amicitiae, quæ maxi-  
 mum in republica bonum, amplitudo in an-  
 gustum redigeretur ; ea omnino nulla est,  
 eò (f) quod minus utile, non statim sit illici-  
 tur, huicque qualicunque utilitati, ex dif-  
 fusa amicitia ortæ, alia major adversari pos-  
 sit utilitas. Itaque (g) *Thomas* cumque eo  
 (h) *Grotius* urgent reverentia, quam liberi  
 naturaliter suis debent parentibus, imminu-  
 tionem, quæ tamen & ipsa insufficiens & in-  
 valida esse videtur cum preceptum naturale  
 de reverentia necessitudine pro certo statu-  
 ale sit, liberosque eatenus & tamdiu obli-  
 get, quatenus & quamdiu tales sunt. Que-  
 irca *alii* non invenientes causam hujus tur-  
 itudinis à priori, quam illi adiisque ejusma-  
 i coitibus inesse volunt, non nisi à posterio-  
 ri, vel (i) ex observatione moratorum gen-  
 ium, vel (k) ex varii generis calamitatibus  
 misericordiarum cumulo gravique Dei vindic-  
 a, vel (l) etiam ex prohibitione divina pe-  
 ntam esse existimant ; Quamvis, quod us-  
 tum probandi modum attinet, (m) non  
 in merito ille in dubium vocari posset, cum  
 ter vetita inibi etiam habeatur coitus fra-  
 is cum sorore, quem tamen, sive natura &  
 crinsecetur turpem esse, ut concludamus, haud

Gg per-

per exigua prohibemur ratione, de qua cum  
alibi cum in Politicis Institutionibus egi-  
mus.

- (a) V. de Fin. (b) Quest. Roman. tog. (c) de  
Civit. Del lib. 15. c. 16. (d) homil. 34. in I. ad  
Corinth. (e) Tiraquellus lib. VII. corinub.  
n. 45. Anton. 2. p. summae tit. V. c. 5. (f) Grot.  
lib. 2. de Jur. B. ac P. c. V. §. 12. n. 1. (g) 2.2.  
quest. 14. art. 9. & in suppl. part. 3. qu. 54.  
art. 3. consol. (h) Grotius cit. l. n. 2. (i) Kul-  
pis Colleg. Grot. exercit. 4. Tiraquellus cit. l.  
(k) Philo de secularibus legibus. c. contra  
mœchos. & Homerus Odyss. A. vers. 265. &  
seqq. de Oedipodis, Lal filii, matrem Epica-  
stam, et ex ignorantia, in uxorem ducentis  
gravissimis peccatis loquentes. (l) Levit. 18.  
(m) Vid. Grot. de Jur. B. ac Pac. lib. 2. c. V.  
§. 14. n. 2.

### §. X.

*Effectus hujus prohibitionis naturalis  
in predictis duabus incestus spe-  
ciebus non tantum in eo consistit,  
ut hominem reddat peccati re-  
um, sed etiam (a) ut ipsum ma-  
trimonium (de hoc enim solo  
propriè h̄ic agimus) reddat irri-  
tum, propter (b) perpetuam vitii  
inhærentis causam : esse enim  
hanc etiam juris naturalis vim (c)*

*supra*

*Supra demonstravimus. Si vero concubitus hi extra matrimonium exerceantur, aut si & aliud delictum secum trahant, puta adulterii, tunc & eō nomine specialiter turpitudinem habent; idēque licet ratione sanguinis aut affinitatis nulla forte inde naturalis nascatur obligatio, tamen ex alio capite, puta adulterii, vel flagitiosae scortationis in aliud genus peccati incidunt.*

(a) L. si stipulor. 35, ff. de V. Q. (b) Hug. Grac. dict. c. V. §. 12. & 14. (c) Cap. IV. §. 3.

*Distinguit hic inter incestuosum conjugium & inter incestuosum coitum extra conjugium commissum; illiusque in linea recta consanguinitatis inter parentes & liberos, aut etiam in collaterali inter fratres & sorores hunc effectum & vim esse existimat, ut personas non solam culpabiles & peccati reos, sed & ob perpetuam vitii inherentis causam conjugium illarum proflus inutile & irritum reddat; Quod si vero incestuosus ille coitus inter prædictas personas extra matrimonium*

Gg 2 nium

Si omni exerceatur, aut etiam cum adulterio  
mixtus & conjunctus sit, veluti fuit. (a). Tba-  
mara coitus cum Iuda, cuius filio superstite Se-  
la ipse despōnsata erat, tunc non incestus so-  
lami sed & adulterii insuper ac violatae fidei  
calpion incorruptionem ostendit.

(a) Vid. Ande. Rivetus in c. 38. Genes. Exercit.  
53. p. 745.

**Qværi hic solet, quomodo species  
predicte ipcessus contra praecepta natu-  
re committi dicantur, cum tamen eas  
sub primis mundi incunabulis licitas fu-  
isse manifestum sit? Sed nimurum  
lex hæc inter eas est, qvæ pro  
certo statu obligant, de qvibus  
& (a) supra egimus. Primis enim  
temporibus, cum alii non essent  
homines, ad propagandum hu-  
manum genus necessariæ fuerunt  
fratrum & sororum copulationes:  
ea verò necessitas succedente  
tempore, & multiplicatio jam sa-  
tis mundo, cessavit, atque tunc**

(b)

b) primum lex haec naturae vim  
obligandi sortita est.

(a) c. 2. §. 11. & c. 3. §. 9. (b) Hug. Grotius dicit.  
c. V. §. 13. circa fin.

Sed sicuti conjunctio inter fratres &  
fratres, quantum jus naturae attinet, nec  
primis mundi incunabulis, nec nunc & ho-  
dienam illicita est, ut multis in (a) Institut.  
Polit. alibi que monstravimus, ita nec eō  
dem jure incestus nomine venire potest.

(a) PET. I. c. 2. §. 26. p. 51. & seqq.

### §. XII.

Ceterum circa alias Incessus spe-  
cies, dubium oritur, cur eas à probi-  
tione naturali segregemus, cum DE-  
us ipse de his ita loquitur: (a)  
Ne pollutamini in omnibus his, quibus  
contaminata sunt universa gentes, quas  
ego ejiciam ante conspectum vestrum,  
quibus polluta est terra: cuius ego feci:  
lera visitabo, ne evomat habitatores  
suos. Nodum hunc fecat (b)  
Auctor de Jur. B. ac P. dicens, illic loca  
locutionem generalem restringi ad pre-

Gg 3. ciphra.

cipiæ capita, ut sunt adulteria, incestus  
inter ascendentēs & descendētes, atq;  
alia flagitia gravissima illuc enumerata,  
ubi & latius haec prosequuntur,

(a) Levit. 18, 24. & 25. (b) Hugo Grotius dict.

ad leg. 6, 14. p. 2. multorum iuris etiam

Cum ex Consanguinitate gradibus nullum  
nisi in linea recta inter ascendentēs & descendētes  
tutus est, gradus jure naturae interdi-  
stum esse, hactenus contra Autorem proba-  
verimus, dubium hīc haud contemnendum  
oritur, ecur in prohibitione hujus & cete-  
rarum conjunctionum incestus factum. Levit.  
XIX. expressarum hec generalis & magna  
cum emphasi toties reiterata subjungatur  
sanctio. Ne polluamini in omnibus his, qui-  
bus contaminata sunt universæ gentes quas  
vobis advenientibus dispello. Et mox; Ne fo-  
cite ullam ex istis rebus abominandis, nam o-  
mnes istas fecerunt indigenæ terre istius, que  
vobis exposita est, unde polluta est terra. Nam  
si (b) Chananæ eorumque finitimi populi  
comprehendō nuptias non solum in linea con-  
sanguinitatis recta, sed & collateralē reliqui-  
que inibi prohibitis gradibus peccarunt, se-  
quitur, ut lex aliqua præcesserit, qua cum  
non fuerit positiva civilis, restat ut aut me-  
rè naturalis, aut divina quidem, non tamen  
parti-

particularis, s̄tios Judæos, sed universaliſ & communis, omnes obligans homines, fuerit. Sed enim ad hæc ipſa potest regeri, (c) quod legiūtio illa universaliſ: ne polluamini, &c. non de singulis ejus capitis partibus, sed de præceptiis ſolūm ut de Sodomia, bestialitate, coitio liberorum cum parentibus, adulterio, id & que genus aliis conſimilibus sceleribus intelligendum ſit, cum compertum ſit, (d) Jacobum duas ſorores, Eream & Rachēlem, & Abramum, Moſis patrem, Jacobedam, amicam ſuam, h.e. patris ſui Koabit filiam in coniugio habuisse, quod fieri non potuiflet; ſi nuptiaz illaz jure naturæ fuiffent prohibitz. Reſinquitur ergo, ut connubia ſocorum cum fratribus, & ceteraz incestuofa nuptiaz extra eas, quæ inter parentes & liberos intercedunt, non jure naturæ, ſed ſaltim divino poſitivo interdictaz ſint. Nec juvat (e) ſecile ſentientes, quare hic comminiscuntur, diſpenſatio divina. Cum in iis, quæ jure naturæ prohibita ſunt, nulla, ne ex parte Dei quidem, locum habere poſit diſpenſatio aut alia legiſ mutatio, ut (f) ſupra multis demonſtravimus.

(a) Vid. Levit. XIIIX, 24. 25. 42. (b) Zigel. & Oſſander in Hug. Grotii lib. 2. c. 9. §. 14. Rius verus in Genet. c. 19. exercit. 127. p. 628. (c) Hug. Grot. cit. l. (d) Vid. Seldenus de Jur. Nat. & Gent. lib. V. c. 9. qui quoque Amraini genealogiam illic exhibet. Grot. cit.

cit. I. n. s. (e) Vid. Rivetus, Ziglerus, Oſander cit. loc. (f) C. III, §. IIX.

## §. XIII. part 1.

Restaret hic aliquid etiam afferre de prodigiosa Veneris, sed cum hoc peccatum revera & aperte sit, quemadmodum etiam vocatur contra naturam, ubi (a) amor queritur, nec videtur; nos unō id verbō attigit contenti, ab accurata hujus peccati examinatione supercedebimus, quod longè melius vitatur nesciendo, (b) ubi scelus est id, quod non proficit scire. Hinc & (c) Apostolus, qui in occasione fuit ab ipsis, turpe est & dicere.

(a) L. cum vir. 31. C. ad l. Jul. de Adult. (b) dīs. l. 31. (c) Paulus ad Ephes. V, 12.

Prodigiosa Venus, quæ inter luxuriaz species omnium gravissimæ est, & non semel ab ipso etiam (a) Spiritu S. notata, pro vanitate objecti & exercendi eam modo, ex mente (b) Thome, Moralistarum principis, aliorumque committi solet, vel sine concubitu, provocando elicendoque semen humanum vel

in seipso vel in alio, & Moralistis Pollutio sive  
 Mollities & Scholiasti ad 1, Thucydidis ua-  
 lacia, eamque committentes ab (c) Augu-  
 stino, Petronio, Ausonio aliisque, de quibus (d)  
 Hugo Grotius, molles, pathici, & uulnaro di-  
 cuntur; vel cum concubita, concubendo aut  
 cum alterius speciei supposita bestia aut demo-  
 ne dicunturque bestialitas; aut cum persona e-  
 jusdem specie, sed ejusdem sexus, veluti concu-  
 bitus cum masculis, & Sodomia dicitur eam-  
 que exercentes (e) Phedro & Martiali Triba-  
 da, Tertulliano sc̄trices vocantur; aut deni-  
 que cum persona ejusdem speciei diversig, etiam  
 sexus, sed non servato naturali concubendi  
 modo, sive quoad corporis partem, sive ali-  
 ter, de quo concubandi modo prepostero &  
 non naturali preter (f) Cajetanum, (g) San-  
 chez, (h) Sylvesterum pluribus egere (i) Anton.  
 Diana & (k) Leonard, Leffius. Illud adhuc  
 hic notari velim, quod, Sodomitis olim ho-  
 dieque Italis usitatisimum vitium, Sodomia,  
 quæ ceu dictum, coitus maris cum mare est;  
 & à Casa Episcopo Beneventano, in gratiam  
 Alexandri, (l) Pontificis Romani, huic vitio  
 deditissimi, peculiari scripto tanquam opus  
 divinum commendatam, male confundatur  
 cum bestialitate, à qua tamen cum aliis tum  
 in primis objecto differt; sed & istud, quod  
 prodigiosa Venus, eò quod aliò modè quam  
 quem actus Venerei naturalis conditio ex-  
 git,

git, & natura omnia animalia docuit, exerceri solet, etiam alio nomine *luxuria* & *vitium contra naturam* dicatur.

- (a) Rom. I, 27. (b) 2. 2. qu. 154. art. II. (c) de Civit. Dei. lib. VI. (d) Comment. in c. 6. v. 10. I. ad Corinth. (e) Idem commentat. in v. 16. c. I. ad Rom. (f) ad Thom. cit. qu. 154. art. I. respons. ad 4. q. 8. 1. de modo & cit. art. II. ad 4. (g) lib. 9. de matrimon. disp. 16. (h) verb. debitum. qu. 4. (i) tom. 2. tr. 6. de Sacrament. Matrimon. (k) de Just. & Jur. lib. 4. c. 3. (l) ut testatur Job. Lætus Compend. histor. suæ fact. & prof.

## XIV.

Succedat itaque disquisitio de Scortatione sive Venere vaga, quæ cum meretricibus exercetur, & hanc quidem etiam contra naturalis legis prohibitionem esse statuimus. Cum enim castitas mortuusque pudor & verecundia naturæ ejusque auctori DEO quam maximè placent & consentanea sint, conseqvens est, ut scortatio, utputa iis omnibus repugnans, legge naturali sit prohibita: præsertim

Seruum cum dicatur (a) fædissima,  
eorum nequitia, qua pudorem suum alienis libidinibus prosternameat. Et ratio  
est, (b) qvia omne peccatum, quod  
cunque fecerit homo, extra corpus est,  
qui autem fornicatur, in suum corpus  
peccat. Accedit, (c) quod qui adba-  
ret meretrici, unum corpus efficitur,  
atque ita (d) membra nostra facimus  
nembris meretricis, qvæ ipsa cum sit  
propudium & probri plena, quo-  
modo potest non de honestate  
scipsum, qvi se cum ea conglu-  
tinat.

(a) I. Scđissimam 20. C. ad I. Julianum de Adulteriis. (b)

I. Corinth. VI, 18. (c) dict. t. VI, 16. (d) Ibid. v. 15.

Sed cum de hac questione iam tum supre  
c. 9. I. Scđissimam 20. pro instituti nostri modulor  
egimus, ideo supersedentes hoc labore illud  
saltem adhuc addimus, quod altius (a) bic Ven-  
ereus; (b) quatenus ad conjunctionem mere-  
triciorum restrictus, à fornicibus seu locis viibus  
extra moenia urbis Romæ, in quibus meretrices  
degentes quæsum suum exercebant, fornicatio  
cunque

enique exercentes fornicatores & fornicatrices, (c) à Martiali verò Submænianæ dictæ fuderint:

*Conviva. Zoili quicquid potest esse  
Submænianas cœpet inter uxores.*

(a) Rer. Gregor. Syntag. J. V. part. II. lib. X. c. 2.  
n. 39. p. 134. (b) Gelas. Papa in c. lex illa §.  
cum ergo 38. qn. 1. (c) 15. IX.

§. XV.  
*Verum est, hanc legem natu-  
ræ apud multas gentes fuisse pe-  
nitus obliteratam etiam apud  
Romanos, unde hoc apud (a)  
Poëtam, de lupanati ex senten-  
tia Catonis agentem:*

*Huc, equum est, juvenes descendere.  
Sed reprehendimus hic quod & (b)  
supra monuimus, ab unius atque  
alterius gentis deviatione à lege  
non posse concludi, eam revera-  
non obligasse, præsertim cum  
ipsa honesti ratio in contrarium  
militet: Certè hujus legis obli-  
gatio apud Judæos fuit agnita:*

**Ita enim corum lex loquitur : (c)**

**Non erit meretrix de filiis Israël, nec  
scortator de filiis Israël, qvæ etiam  
ad Christianos transiit, non ex  
novæ legis præscripto, sed ex  
restauratione veteris, & homi-  
nibus congenitæ.** Hinc recte  
Apostolus : *Hac est voluntas Dei, san-  
ctificatio vestra, ut abstineatis vos à for-  
nicatione, ut sciat unusquisq; vestrūm  
vas suum possidere in sanctificatione ē  
bonore, non in passione desiderii, ut gone-  
tes, que ignorant DEUM.*

(a) Horatius. (b) supra c. 3. §. 6. (c) Deuteronomio, c. 23. (d) I. ad Thessalon. IV, 3.

Verissimum est, quod olim multis gen-  
tibus scortatio simplex non illicita fuerit,  
(a) quin cultum Numinis in eo aliquæ po-  
suerint, ut de Babyloniis memorat (b) Stra-  
to ; *Omnibus, ait, Babyloniorum mulieribus  
mos est ex quodam oraculo apud quoddam Ve-  
neria fannum cum hospite corpus misericordia  
Cum comitatu ē cultu plurimo ad illud veni-  
unt : qualibet fannicula coronatur. Qui vero  
ad eam admittitur, posse super ejus genibus  
argento,*

argento, quantum convenire videtur, cum es-  
longe à fano abducta rem habet. Id argen-  
tum Veneri sacrum est; Et de Corinthe (c)  
Idem: fanum Veneris Corinthi ita fuit locuples,  
ut plures quam mille habuerit sacerorum fami-  
lias meretrices, quas deae viri mulieresque dedi-  
caverant. Nec dissimilia de regionis Ta-  
tanice Tebeth incolis refert (d) M. Paulus  
Venetus: Nullus, ait, vir ibi ducit uxorem vir-  
ginem, sed si quam ducere instituit, necesse est,  
ut prius à multis viris sit cognita: ajunt enī  
mulierem nos esse conjugio aptam, nisi prius  
fuerit stuprata. Unde quando viatores &  
advena aliunde venientes hanc transeunt regio-  
nem & quietis gratia tabernacula sua ponunt,  
mulieres ejus loci babentes filias nubiles, ducunt  
illas ad peregrinos, aliquando virginis, quandog-  
erinta aut plures juxta numerum advena-  
rum, rogantes eos, ut quilibet unam è virginis  
bus sibi associet atque concubitu ejus fruatur,  
quamdia illuc manserint. Illi igitur matro-  
narum precibus ricti, deligunt sibi ex puellis  
quas volunt & matrimonio aptiores reddunt.  
Et quum recedere volunt, nullam fecundum abduc-  
ture permittuntur, sed parentibus fideliter restin-  
nunt. Exigit etiam puella ab eo, qui eam de-  
poravit, jocale aliquod sive manuscalam, quod  
ostendere posset seu argumentum sue defloratio-  
nis. Et qua à plurimis viris fait amata atq;  
corrupta, & multa habuerit talia jocalia, que  
osten-

affendat prolis, bac nobilior habetur, faciliusq;  
& honoriscentius maritari potest. Et quando  
honorifice vult incedere, suspendit ad collum  
omnium amatorum insignia: quatuor, pluri-  
bus fuit grata, tanto honore digna judicatur.  
Quamvis autem his aliisque populis, malis  
moribus corruptis, id in usu fuerit, non ta-  
men ab unius atque alterius, aut plurium  
gentium deviatione à lege naturæ, statim  
inferri potest, quod actus hujusmodi non  
moraliter turpis, aut quod gentes illæ eâ le-  
ge non obligatæ fuerint ad hos idque genus  
alios actus moraliter malos omittendos.  
Cum sufficiat, quod pleriq; gentibus hujusmo-  
di totius exodus, & meretrices nunc (e) infa-  
miæ notatae, nunc (f) undis submersæ, idque ge-  
mus (g) alio mortis genere affectæ fuerint.

(a) Georg. Calixtus Epitom. Thœol. Moral. de LL.  
p. 49. (b) lib. IIX. (c) Herodotus lib. I. (d)  
lib. 2. c. 37. (e) Vid. Demosthenes orat. cont.  
Androt. Libanius in arg. orat. (f) Heraclides  
lib. de Polit. in Polit. Corinth. (g) ut in Pál-  
maria, teste Petr. Martyre in lib. novi orbis de  
insul. nupt. repert. Vid. Petr. Gregur. J. V.  
Part. II, lib. X. c. 2.

### §. XVI.

Plura ad hanc materiam de  
concubitu illicito possent in me-  
dium adduci, utputa de rapto Vir-  
ginum,

ginam, de stupro violento, & alia id genus, de qvibus nos jam verba non faciemus, qvia corum peccatorum natura ex iis, qvæ hactenus differuimus, facile potest cognosci, & qvia ea omnia apud JCTos suis locis satis accuratè tractata reperire est.

De Moralitate raptus virginum & stupri violentie illiusque à platio discrimine sufficienter egimus in *Institutionibus Moral. Part. II.* c. X. s. 15. 16. & seqq. quo brevitatis causa B. L. remittimus. Illud saltim adhuc annotare non omnino inutile fuerit, quod Raptus non solum virginis & foemine adhuc illicitæ, ut quidem contendit *Autor*, sed & corruptæ & defloratæ violenta abductio sit, sive jam ipsi (a) foeminæ, sive parenti, sive utrique illa abductione vis inferatur, modò fornicandi vel cohabitandi causa contigerit; quamvis (b) majori conjuncta cum malitia sit illa abductio, que contra utriusque & foeminæ & parentum voluntatem facta fuit. An autem turpiter viventis & meretricis abductio violenta raptus nomine venire possit? dissentiant Doctores; (c) Paulus Caffrensis & (d) Bal-

10, & ~~a~~ (d) *Baldus* distingventes inter nuptam & in-  
nuptam, non hujus sed illius solum abdu-  
ctionem raptus nomine dignam judicant.  
conm Sed (e) *Accursus* cumque secutus (f) *Cyprianus*  
, qut potius ad adulterium quam raptum referre  
acile malunt, rati hunc non meretricum, sed ho-  
nestarum personarum esse.

omni accur. (a) *Gelasius*. cap. lex illa, in princ. & §. raptus  
qu. 1. (b) *Thom.* 2. 2. qu. 154. art. 7. *Valentia*  
l. cit. 2232. (c) *Conf.* 272. (d) in l. consentia,  
quomodo & quand. jud. C. per text. §. 1. de  
restit. (e) gloss. in l. unic. in verbo, honesta-  
rum. (f) ibid. de raptu virg. C. Vid. *Petr. Gre-  
gor. Syntagma. J. V. part. III. lib. 36. cap. 8.*  
n. 9. p. 676.



## CAP. XIII.

DE

# FVRTO ET DA- MNO INJVRIA FATO.

§. I.



Unc ordo nos deduxit  
ad ea documenta, qua boni-  
nibus circa bona inferuntur,  
in quibus preceptum de furto

Hh præci-

præcipuum locum obtinet. Quod & ipsum juris naturalis esse, nos docent veteres, qui (a) furtum naturâ turpe & lege naturali prohibitū, exsertis verbis pronuntiant, idque definiunt *conrectationem fraudulosa-  
m lucrificiendi gratia, vel ipsius rei,  
vel etiam usus ejus possessionis ve-*  
Etymologiam etiam addunt à Græco sermone, qui Φῶεγες ad-  
pellat fures, à ferendo, i.e. auferendo  
sic dictos.

(a) L. probrum 41. ff. de V. S. (b) L. I. §. 2. ff. de furt. (c) S. furtum II. Instit. de oblig. quæ ex delict.

Hucusque de *Injuriis*, quæ hominibus circa partem corporis inferuntur, veluti *Adulterio, Incestu* idque genus aliis egimus. Se-  
quitur ut de iis differamus, quibus petuntur hominum bona & facultates, inter quæ *Fur-  
tum*, quod septimo Decalogi præcepto: *Non  
furtum facies*: interdicitur, & Philosophis  
describitur *conrectatio rei alienæ invitò pos-  
sessore facta*, *extra casum' extremæ necessitatis*;  
aut *Jesu*: *conrectatio fraudulosa lucrifa-  
ciendi*

tierendi causa, vel ipsius rei aliena, vel etiam  
ipsius ejus possessionis.

## §. II.

Neque longè quaerenda est ratio, cur hoc præceptum prohibiti-  
vum de furto legi naturali at-  
tribuatur: nam non tantum hoc  
inter prima præcepta, omnibus  
Noachidis à Deo data, Hebrei  
numerant, sed etiam Philosophi  
testantur, (a) justitiam in eo sitam  
esse, ut abstineatur alienis. Et aliis:  
lex (b) altera & ipsa sua natura sancta  
atque divina ea est, quæ semper & ubi-  
que alienis abstinere jubet. Et in ean-  
dem sententiam (c) Poëta Gracis:  
*Spernenda, si non jure veniat, co-  
pia est.*

*Communis atber hominibus, tellus  
quoque,*

*In qua ampliare cuique sic fas est  
domum,*

*Ut ab alienis rebus, ac vi temperet.*

Cumqve supra à nobis stabilitum

It hoc juris naturalis principium:  
 quod tibi fieri non vis, alteri non feceris,  
 nullib[us] hoc clariss elucefcit, quam  
 in hac materia furti. Nemo enim  
 pati potest, bona sua invito sibi  
 eripi, ideoq[ue] id nec alii facien-  
 dum esse, per se novit. Nihil  
 etiam magis perturbat huma-  
 nam, in qua vivimus, societatem,  
 quam cum quis dominio aut pos-  
 sessione rei suæ privatur.

(a) Porphy. de non usu animal. (b) Julianus.  
 (c) Euripides Helen.

Furtum naturā turpe esse, ex iis, que  
 ab Autore allata, satis conspicuum est. Equi-  
 dem apud (a) Lacedæmonios & (b) Samios,  
 vitiis caruit, astutè & plura furari; quin  
 apud Agyptios non solum non vitiosum fuit,  
 alterius auferre bona, sed & peculiariis de-  
 furibus lex viguit, vi cuius is, cui res abla-  
 ta erat, quarta multabatur parte & furi da-  
 batur, quemadmodum id notat (c) Diodo-  
 rus Siculus: cuius integra de hac lege verba  
 non pigrabor adducere: Lex defuribus apud  
 Agyptios jubebat eos, qui furari volabant, no-  
 men

men suum apud principem sacerdotum scribere, atque è vestigio furtum apud eum deferre. Similiter quibus res furto erupta erat, apud eundem rei sublatæ tempus diem & lopram scribere tenebantur. Hoc modo facile invento furta qui rem amisisset quartam multabatur parte, quæ daretur furi. Satisque latior legis esse duxit, cum impossibile esset furto prohiberi, potius alius cuius portionis quam totius rei amisse homines jacturam pati. Sed quamvis his & (d) multis aliis populis, malis moribut infectis, ita vñum fuerit, non tamen id propter furari vitio caruit aut probrosum esse definit, cum quid naturam justum inustumve sit, non in his, qui morbo distortoque animo sunt & omnem cum naturalem tum divinum pudenrem penitus excusserunt, spectandum sit. Quanto metius (e) Scythæ, qui nullum scelus furto gravius duxerunt; Et (f) Minos, qui fures omnes insecuratus maxime mati & captoque gravissimè affecit supplicio.

- (a) Isocrates Orat. II. in Panathenaico. Gellius Noct. Attic. lib. II. cap. finalis Heraclides de Polit. in Polit. Lædelæmon. (b) Phœarch. in Problem. circa finem. (c) lib. 2. Biblioth. c. 3. Cælius Rhodiginus lib. 3. c. 13. Gellius lib. II. Noct. Att. c. 18. (d) Sigismund. Banq. ab Herberstein de rebus Moscovit. Cælius Rhodig. lib. VI. c. 5. & 6. & lib. X. c. 1. (e) Justini ex Trogo lib. 2. (f) Thucidides lib. I. histor.

Sed objici hic solet, communionem bonorum ab ipsa natura institutam, atque ita furtum contra legem naturae non committi. Cui objectioni ut obvictur, notandum primo, hanc communionem suisse juris tantum concessivi atque ita mutabilitati obnoxiam: deinde repetendum hic, quod supra posuimus c. 2. §. 5. non omnia ejus juris præcepta directè & immediatè à natura emanare, sed quædam ex iis fundari in aliqua hypothesi facti humani: sic adulterium presupponit nuptias, Et prohibito furti bonorum divisionem, quæ positâ, statim meum & tuum introducitur, quod postea non misceri omnium hominum interest. Præterea nec hoc constat, durante communione bonorum,

rum, nullum furtum locum habere potuisse; quin vero contrarium ejus vel inde apparet, quod homini licuit tam arborum quam terrae fructus in suos suorumque usus legere & decerpere, quos ita lectos & decerptos unusquisque suos faciebat occupando, atque ita jure retentionis servare sibi poterat, neque alteri cedere tenebatur, quod si quis eum iis interverteret, is revera furto se aligabat.

Sed hanc communidem rerum primavam fictitiam esse, multis supra demonstravimus ex S. Codice.

#### §. IV.

Videamus jam varias furti species, ut ejus naturam eò melius investigemus. Et primò quidem furtum aliud est *simplex*, aliud *cum violentia conjunctum*. *Simplex* appell-

Hh 4 lo,

lo, quod clanculum & sine armis  
fit; & hoc iterum aut retinet no-  
men generale, ut in illis quæ astu-  
furiipiuntur, aut in propriam spe-  
ciem transit, atque ita peculare  
nomen fortitur. Ad quam clas-  
sem pertinent hæ (a) quatuor spe-  
cies: (1.) (b) *Sacrilegium*, quod est  
furtum rei sacræ. (2.) (c) *Peculatorius*,  
quod propriæ in rei aut pecuni-  
am publicam cadit. (3.) (d) *Plagium*,  
qui sciebat dolo malo liberum ho-  
minem emit, vel vendidit, & (4.)  
(e) *Abigeatus*, qui pecora ex pascu-  
is vel ex armentis subtrahunt.  
Ad alteram verò classem furti,  
quod cum violentia conjunctum  
est, spectat *Rapina*, quæ est vio-  
lenta ablatio rei mobilis facta  
dolo malo, animo lucrificiendi.  
Quæ & ipsa varias comprehendit  
sub se species: Nimirum (1.) (f)

*Efra-*

**Effractores**, qui domos & horrea  
furandi causa effringunt aut pa-  
rietes perfodiunt: (2.) **Latrones**,  
qui ferro obsident latera viatum  
spoliantque obvios: (3.) **Predones**,  
qui praedas agunt & vi aperta ho-  
mines adoriuntur: (4.) **Piratas**,  
qui mari grassantur & nava-  
ges infestant, & (5.) **Explicatores**, qui  
viatoribus noctu pallia & uestes  
diripiunt, & fures atrociores dicun-  
tur. **Hos omnes furum nomine  
venire manifestum est.**

(a) Summ. Sylvest. de furis. N. I. (b) In Sacrif. 6. ff. ad leg. Jul. poc. (c) I. i. ff. dict. tit. (d) I. i. 3. 4. ff. de leg. Fab. de plag. (e) I. i. S. i. ff. de abig. (f) I. i. S. 2. & I. 2. ff. de effract. (g) dict. I. i. S. i.

**Varia dantur furti genera: cum prae-**  
**terquam quod (a) Ictis furum in manifestum**  
**& non manifestum, in oblatum & conceptum**  
**dispescitur, etiam alia principalis & maxime**  
**necessaria furti partitio se offert, qua illud**  
**in simplex & violentum & utrumque iterum in**  
**suis species solet dividi; illud quidem in sa-**  
**cride-**

exilegium, Peculatum, Plagium & Abigeatum;  
 hoc in Effractionem, Latrocipium, Depradationem,  
 Piratica, Expilationem, &c. Vocant autem (b) Crim  
 manifestum illud, quod nullam aliam probationem  
 indiget, ut cum fur in ipso actu furandi, hoc  
 est, in flagranti criminis, vel cum re furtiva  
 deprehensus est, etiamsi postea rem furtivam  
 abiecisse visus; Non manifestum vero, ad  
 quod convincendum alia aliqua probationem  
 opus est, ut cum fur nec deprehensus fuit in  
 actu furandi, neque cum furto, antequam  
 in aedes suas intulit, vel aliqui quo desti-  
 navit. Oblatum ipsis dicitur, cum res fur-  
 tiva alicui a fure vel alio aliquo, qui a fure  
 emit aut accepit, ita datur, ut apud ipsum  
 furem concepti seu inveniri non posse, seu  
 cum res apud alium quam furem delata in-  
 venta est, ut apud eum potius, quam furem  
 aut alium, qui dedit, conciperetur, hoc est,  
 inveniretur; cum conceptere hic ex (c) men-  
 Pauli nihil aliud sit quam invenire; Conceptum  
 vero, cum res furtiva apud aliquem,  
 qui fur non est, testibus presentibus conce-  
 pta, h. e. quaesita & inventa est. Ubi tamen  
 notetur, quod haec posterior furti divisio, pra-  
 terquam quod non est (d) principalis aut di-  
 visio generis in suas species, oblatumque ac  
 conceptum, & inde emergentes actiones fur-  
 to jam commissio supervenient, etiam res  
 ipsa dudum in desuetudinem abiit, & (e)  
 per-

perscrutatio ista aut requisitio rei furtivæ in  
 domo aliena sublata fuit, *cum inhumanum*  
 & rei familiaris grave visum, arcana domus,  
 ipso dominio adiunq; invitò, perscrutari, & vel rei  
 familiaris vilitatem detegere, vel dixitias alio-  
 rum invidia exponere. *Cum itaque hoc an-*  
*tiquissimum juris civilis inventum dudum*  
*exoleverit, & actiones ex furto eum oblati*  
*cum concepto olim datae ab usu communia*  
*prosersus recesserint, lictis illis hæc vice po-*  
*tius de furta simplici & violento & utriusque*  
*variis speciebus aut quasi, earumque à se invi-*  
*cem discrimine cum Autore erimus. solliciti.*  
 Vocab autem ille cum Moralistis simplex si-  
 bud, quod clanculum & sine vi ac armis fit, il-  
 libusque quatuor tecenset species, Sacrilegium,  
 Peculatum, Plagium, quod Græcis audienti-  
 bus dicitur, & Abigeatam, non quod non  
 alia adhuc occurrant, cum detur (f) crimen  
 fællionatus v. g. in pignoribus, & pro auro  
 supponendò mercibus, eas supprimendo aut  
 alio modo imposturam faciendo; itemque  
 (g) repetundarum pecuniaram, cum magistra-  
 tus & judices, legati, curatores, advocati  
 aliaque in officio publico constituta personæ,  
 ut officio suo defint, pecunia & mune-  
 ribus contumpluntur &c. sed quod hæ fer-  
 me principes & præcipuz furti simplicis spe-  
 cies sint. Quod itaque primam speciem, Sa-  
 crilegium concernit, et si (h) Lucas de Penna  
 alijque

atque, qui votem, *sacrum*, etiam ad sancta  
 et religiosa & in universum ad ea omnia, qua  
 aliquo modō ad cultum, autoritatem & pro  
 videntiam Dei pertinent, porrigit, *variae*  
*Sacrilegii species facient*, & *Sacrilegium com  
 mitti arbitrentur*, non solum cum res sacris  
 uisibus destinatae compilantur, sed & cum  
 res religiosa, aut etiam non sacra, è sacro  
 tamen loco auferuntur, aut mandata ac  
 præcepta principum negliguntur vel violan  
 tur, propriè tamen *Sacrilegi* sunt, qui pe  
 cunias aut res Ecclesiaz auferunt & sacra pu  
 blica violent, & *Sacrilegium* factorum non  
 nisi publicorum compilatio; nam qui pri  
 vata sacra vel ædicularis incustoditas tentant,  
 illos *Sacrilegorum* nomine indignos judicat  
 (i) *Paulus ad Cor.*: Altera furti simplicis, ceu  
 diximus, species est *Peculatorius*, qui propriè in  
 xem aut pecuniam publicam cadit, & hujus  
 modi crimen est, quò pecunia aut alia res pu  
 blica ab eo, ad cuius periculum non pertinet,  
 surripitur: uoce tamen publici hic non in  
 (k) sensu legis *Juliaz* accipientes, quò publi  
 ca dicebatur pecunia, qua tantum populi  
 Romani, non aliarum civitatum erat, sed  
 potius, ut *Trajanus* & *Adrianus* in Constitu  
 tionibus suis, Legi *Juliaz* adjectis, hâc di  
 stione usū sunt, quatenus publicum idem  
 est ac quod ad populum aliquem aut civi  
 tam pertinet, & *peculatorius* nihil aliud  
 quam

quam violationem rei aut pecuniae non solius civitatis Romanæ, sed cujusque alterius designat, sive (l) jam id fiat eam summovenendo, sive intercipiendo, sive in tem suam vertendō, sive addendō ei aliquid, quod ea sit deterior, ut in falsa moneta, sive falsum mandatum ipfi publicano ac quaestori exhibendō, ut ab ipso auferat pecuniam, sive in tabulis publicis quid delendō aut inducendō, sive prædam ab hostibus captam non in publicum ærarium deferendō, quod factum à (m) L. Scipione & (n) Vero, vel consimili aliò modō utilitatì publicæ damnum inferendō. Quod non male referas (o) crimen de residuis, quod quis pecuniam publicam non quidem aufert, sed saltim voluntate publica sibi in usum aliquem delegatam vel retinet, vel in alios usus, quam ad quos destinata erat, impendit, quod vitium ordinariè a propriè (p) in collectoribus vectigalium, Quæstoribus, Receptoribus & Thesaurariis, ut & Curatoribus reipubl. obtinet, quamvis (q) peculatu aliquantum inferior & minor fit, utpote cum pecunia illa non ut in peculatu à domino studio furandi extorqueatur, sed tantum ex iusta causa & voluntate domini ante possestia retineatur, nec in usum à domino intentum consumatur. Tertia species furti species Autori dicitur Plagium, quod (r) sive à plagiis, h. c. vulneribus & dolore,

Iore, qui infligitur parentibus aut dominis ex abductione liberorum vel servorum; sive (s) à plagiis seu retibus, quibus abducti ducebantur; sive (t) ἀπὸ τῆς πλαγίας, ab oblio quo seu dolo, quod obliquis artibus & dolo in servitutem homines trahantur, (u) sive aliunde dictum fuerit, est (x) *Feldeno* furtum hominis; Sed cum etiam *Raptus* abducio hominis sit, à quo tamen plagium & objecto & fine differt, licet hāc *Feldeni* definitione, ut nimis generali, ut & Autoris nostri, ut paulo arciori, (y) plagium per abductionem hominis, sive liberi, sive servi, in captivitatem, ad retinendum eum in mancipium, vel ad alteri vendendum, vel donandum, vel cum alio permutandum, &c. delineamus. Consentit nobiscum (z) *Leonardus Lessius*, qui per abductionem hominis ad vendendum vel ad retinendum in mancipium (quam proprie plagium vocat) describit, & contradistinguit illi, quæ saltim sit ad fruendum, & hanc Raptum appellari contendit. Vocatur Græcè αὐδροπόδισμος, & plagiarius αὐδροπόδης ἀπὸ τῆς αὐδροπόδου, quod (aa) non tantum servum, sed captum quemlibet, & servituti mancipatum designat; inde non solum αὐδροπόδα ἐλέγεται, sed & αὐδροπόδα δῆλα, h.e. & liberi & servi compedibus constricti apud Xenopontem aliosque leguntur. Quod denique ultimam simplicis furii speciem attinget,

simet, Abigeatum, non nullis per furtum animalium delineari solet. Sed cum furtum latius pateat abigeatu, & omnis abigeatus furtum animalium, non tamen contra omnem furtum animalium abigeatus sit, ideo rectius alii (bb) per furtum, quo quis dolo malo pecora, v. g. eqvos, vaccas, &c. ex pascuis, armentis aut stabulis subtrahit, definitunt. Dicò: ex pascuis, armentis, &c. Ex quo inferatur, (cc) furis potius quam abigei nomen mereri, qui boves aberrantes, vel eqvum in solitudine relictum abduxit nec domino restituit. Illud hic tenendum (dd) quod quantitate & numero abactorum minorum solum pecorum abigeatus in primis internoscatur a furto; Si enim ex minoribus pecoribz, v. g. ovibus aut porcis quis unum aut duos solum abduxerit, non abigei, sed furis, & subductio illa recte quidem furia, nequaquam abigeatus crimen incurrit, sed tum demum (ee) si io ovulum aut ultra, & vel a porcorum, eqvum aut bovem unum abegit. Et tantum de simplici furto ejusque nobilioribus speciebus. Restat, ut paucis adhuc de Violento furto ad ductum Autoris nostri aliqua dicamus. Ubi in anteceßum cum Autore notamus, (ff) quod omnis contredatio rei aliena mobilis fraudulosa & cum violentia conjuncta generali Rapina nomine veniat: Rei tamen nomine hic pressè inquit oppo-

oppositione ad personas utentes , si enim  
 (gg) contredatio & violenta illa abductio ad  
 personas terminetur , speciali *Rapto* nomi-  
 ne venire solet. De cetero varix dantur  
 hujus *Rapina species*: *Effractio*, *Latrocinium*,  
*Depradatio*, *Piratica* & *Expilatio*. Conven-  
 iunt autem predicta species in eo , quod sint  
 fraudulentæ & violentæ ablationes rei alienæ  
 mobilis ; nam (hh) immobilium soloque ad-  
 hærentium non rapina , sicut nec occupatio,  
 sed invasio est. Differunt autem , quod *Ef-  
 fractio* fiat perfosione parietum , ædium auc-  
 horreorum , furandi causa ; *Latrocinium* spo-  
 liatione iterfactientium in via regia & in itu-  
 nere. *Direptio* & *Depradatio* agendo prædas  
 & vi apertâ adorïundo homines . *Pirati-  
 ca* mari grassandô & navigantes infestan-  
 dô ; & denique *Expilatio* , hominibus in-  
 tra civitatem aut extra eam viatoribus no-  
 ñtu pallia & vestes subtrahendô . Illud ad-  
 huc notari non omenino inutile erit , quod *Ef-  
 fractores* non sint confundendi cum (ii) *furiibus* *Di-  
 rectariis* , qui velut aliquod negotiū habentes  
 in domos aut coenacula alienum sine vi se  
 dirigunt & se occultant , animo fugandi.  
*Furiibus* haut absimiles mili videntur fures  
*saccularii* , dicti ita ab (kk) Ulpiano , quod se-  
 ritas artes exercentes , sacculos , id est , crumenas  
 vel casas subducant , vel pecuniane ex illis ex-  
 trahant.

(a) tit.

- (a) tit. de obligat. quæ ex delict. nasc. §. furtor.  
Instit. lib. 4. (b) cit. §. & ad illum Petr. Heigius, Mynsinger, & Manzius. (c) lib. 2. sentent. tit. 31. (d) §. furtorum. & ibi Heig. p. 401. & 402. (e) Manzius p. 922. n. 10. & 11.  
(f) Petr. Grégor. Syntagma. J. V. part. III. lib. 39. cap. 14. n. 3. p. 845. & 846. (g) Idem part. III. lib. 36. c. 28. n. 3. & 6. p. 730. (h)  
I. i. ut dign. ord. serv. C. Grégor. Part. III. lib. 33. c. 14. p. 343. (i) in I. sacrilegi. l. 9. §. 2. ad I. Jul. pecul. (k) Illustris Struvius. Syntagma. J. C. Exercit. 49. ad lib. ff. 48. tit. 13. Petr. Grégor. Synt. J. V. part. III. lib. 33. c. 18. n. 1. p. 551. Martianus I. 4. §. fin. ad leg. Jul. pecul. (l) Meierus in Coll. Argent. ad lib. 48. ff. tit. 13. n. 2. p. 1750. & Grégor. cit. l.  
(m) Vater. Max. lib. V. c. 3. & Livius lib. 45.  
(n) Cicero Orat. IV. in Verr. (o) Meier. dict. tit. & Grégor. lib. alleg. c. 20. (p) Meier. ib.  
(q) Grégor. cit. lib. c. 20. p. 552. (r) ut vuln. Accursius, cuius sententiam ferè omnes sequuntur. (s) ut contendit laudatus Grégorius Synt. J. V. part. III. lib. 36. c. 31. p. 742.  
(t) Vid. post Philephum Alciatus I. Parerg. c. 47. (u) Petr. Heigius & Manzius ad lib. IV. Instit. tit. 18. §. est & inter publica. (x) Elementor. Jurispr. p. 195. (y) Grégor. cit. l.  
(z) de Just. & Jur. lib. II. c. XII. dubit. t. n. 3.  
(aa) Grégor. cit. l. (bb) Meier. ad lib. 47. ff. tit. 14. p. 1601. Grégor. lib. 37. cap. 5. p. 758.  
(cc) Vid. Anchon. Matthai de Crimin. Grégor. d. l. & Struvius in Synt. J. C. Exercit. 48. lib. 47. ff. tit. 14. th. 95. (dd) l. fin. ff. de Abig. & l. sancimus C. de donat. (ee) Vid. Meier. Colleg. Argent. ad tit. 14. ff. lib. 47. (ff) Vid. Pacius in Not. ad Institut. lib. IV. tit. II. de vi.

bonor. raptor. & Schneidevv. Instit. prisc. n. 8. (gg) Vid. Meier. ad tit. 3. ff. de vi bon. rapt. n. 5. p. 1554. (hh) Mynsinger. ad tit. 2. Inst. lib. 4. & Struv. ad tit. 8 ff. de vi bon. rapt. (ii) Caius Rhodiginus lib. 22. c. 17. Petrus Criaetus lib. 17. c. 8. (kk) I. saccularii. Plautas in Curculione. Petr. Gregor. lib. 37. cap. 14. part. III. p. 772.

### §. V.

*Majoris quæstionis est, an fur-  
tum etiam in rebus immobilibus fieri  
possit? quæ olim inter veteres  
JCTos magnis animis agitata est.  
Nos magis ad rem ipsam quam  
ad conceptionem verborum re-  
spicientes, tam eos, qui res im-  
mobiles intervertunt, quam qui  
mobiles auferunt, sub hoc capite  
comprehendi putamus, cum nul-  
la quoad peccati reatum inter eos  
sit differentia.*

(a) l. 25. ff. de furt. Instit. de Usucap. S. 3. vel  
abolita.

*Si hanc questionem ex mente JCTorum  
volumus decidere, verissimum est, quod re-  
rum soli et immobilium, veluti fundi, furtum  
esse*

*Se nequeat, eo quod non solum furtum a m  
id Q̄ēp̄v, id est, ab auferendo & amovendo  
lictum fuērit, id quod ad res immobiles,  
p̄t aūferri & de loco in locum moveri non  
possunt, trahi nequit; sed & rei nomine, in  
definitione furti positæ, non nisi mobilis de-  
signetur. Unde ex hac causa abolita est sen-  
tentia quorundam (a) veterum existiman-  
dum etiam fundi locique furtum fieri, in  
quorum numero, & Massurium Sabinum  
Itam fuisse, (b) Gellius tradit his verbis: Sa-  
binum in libro de furtis scripsisse illud, quod vul-  
go inopinatum est: non horum cunctum nego, re-  
rum moveniem, que auferri occulte & subripi  
possunt, sed fundi quoque & ædium fieri furtum.  
Condemnatum quoque furti colorem, qui fun-  
do, quem conduxerat, vendito, possessione ejus  
dominium intervertisset. Quod si verò eam  
questionem non tam ex nomine & mente  
Itortum, sed potius ex ipsius rei natura re-  
lincare velimus, non minus furti crimen in-  
currit, qui res immobiles & soli, v. g. sciens  
fundum aut ædes vendendō aut consimili  
ex causa contra voluntatem Domini alien-  
nandō, intervertit, atque qui res invito ipso  
suberabit. Quocirca si Caius sciret fun-  
dum alienum esse, eumque Sejo venderet aut  
traderet, furtum committeret.*

(a) §. Quod autem de usucap. & vel quae e cod.  
tit. (b) Gellius lib. II. c. 18. Noct. Attic.

## §. VI.

**Quæri** etiam potest, an inter virum & uxorem furtum committi videatur? quod nos ob rationem supra positam etiam asserimus: neque in contrarium movet, quod

(a) Interpretes juris civilis in hac specie rerum amotarum, non furti, vocabulum usurpent. Id enim ad actionis, ex tali facti resultantis, naturam propriè pertinet: cum enim furti famosa sit actio, eam marito adversus uxorem, aut vice versa, competere noluerunt.

(a) Nam in honorem matrimonii turpis actio adversus uxorem negatur.

**Quæ** consideratio nos non tangit, qui de actione, aut poena ex tali contrectatione procedente, non agimus, sed ipsius tantum vitiis turpitudinem taxamus.

(a) I. i. ff. rer. amotat. (b) I. 2. ff. dict. tit.

*Dari posse inter virum & uxorem furtum, vel ex definitione furti figura posita evidens est,*

ut pote quæ contractatio rei alienæ invito pos-  
slore facta extra casum extremæ necessitatis  
sit: quæ autem communem habent naturam,  
la non possunt non eodem nomine signari. Nec  
ivat seculi sentientes, quod uxori & maritus  
ro una habeantur persona, interque illas non  
est furtiva sed rerum amotarum solum locum  
sabeat. Cum illud fictioni juris civilis; hoc  
verò (a) honoris & reverentiae & memoriae  
matrimonii, in quo vixerunt, detur, ut pote  
ob quæ turpis & famosa actio, qualis est  
furtiva, marito adversus uxorem, & huic  
adversus illum eō jure denegata, inque ejus  
locum suffragata est (b) actio rerum amota-  
rum, ut rejus matrimonio jam solutis, conjux  
contra conjugem, qui durante adhuc matrimo-  
nii divorci causa aliquid amoverat, petit rem  
amotam, aut, se amplius non exstet, ejus estimatio-  
nem, seu quanti fuerit, quo tempore amota  
est, licet casu interierit.

(a) l. i. 2. ff. rerum amotar. & l. 2. Cod. eod.

(b) Vid. Wissensb. disp. 49. in lib. 23. tit. 3. de  
Act. rer. amot. Sc. 4, p. 504. Zoef. & Struv.  
ad h. t.

### §. VII.

Denique & disputari solet:  
an etiam rei minima furtum fieri possit?  
Sed & hic idem esto judicium: ne-  
que magnitudo aut quantitas

Ii 3 sum-

summæ, quæ subrepta est, in ipsa  
vitæ natura ullam ponit differen-  
tiam, sed tantum in poena, quæ  
à lege civili determinanda venit,  
quod rectè notavit (a) Poëta his  
versibus:

*Nam de millo fava modia cum surri-  
pis unum,*

*Damnum est, non facinus, mibi pacto  
lenius istò.*

Estque in hac materia ferè perpe-  
tuum, ut is qui in modicâ re pec-  
cat, idem facturus sit in majori,  
si quando' se offerat occasio.

*Quicquid sit, omnis aliena rei illicita u-  
surpatio hoc praecepto prohibitivo con-  
netur: eodem itaque peccatô et-  
iam modicæ rei furtum involvi-  
tur.*

(a) Horat. l. i. Epist. 16.

Cum (a) quantitas ex parte furti cir-  
cumstantia accidentalis sit, atque ad substan-  
tiæ illius nihil referat, id quod furto ablatum  
magnum sive parvum & minitnum sit, ideo  
in

a sensu morali vel obuli ablacio invito posse esse facta furti nomine censenda erit; neque est quod quis officiat, nimis durum esse, non crimen inscribi ob rem modicam: cum beneficia non tam rerum pretio, quam animo & affectu estimanda sint. Bene igitur Hieronymus: Furtum non solum in majoribus sed & in minoribus judicatur. Non enim id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione non idcirco diversa sit fornicatio, seu mulier sit pulchra, seu deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulentia, sed qualiscunque illa fuerit, una est fornicatio.

(a) Vid. Instit. Moral. Part. I. c. 3. §. 6. (b) in c. ult. qd. 6,

### S. IIX.

Et haec quidem de extensione hujus legis in omni sua latitudine dicta sufficient: nunc examinandum est, annon & aliquæ quasi exceptiones hic sibi locum vendicent, quod verissimum est. Prima est: Nisi quis a DEO ad id expressum habuerit mandatum. Non quidem hoc sensu, ut Deus furtum unquam

Ii 4 jus-

jussit quā peccatum est, sed quod præcepto suo, usurpatiōnem rei alienæ suo mandato factam, faciat non esse furtum, atque ita nec peccatum; ut enim verus ei dominus suam rem auferenti potest ad sensum suum accommodare, & proinde furto alioqui nascituro materiam substrahere; ita (a) & Deus ex supremo, suo dominio, quod unius concesserat, alteri potest attribuere. Ut patet in (b) Israëlis, qui divino jussu, atque ita justè Aegyptios bonis suis exuisse leguntur. Vid. supra c. 3. §. 10. & c. II. §. 12.

(a) Hote. de Instit. & Jur. lib. 3. qu. 3. c. 8. in fin. (b) Exod. m. 2.

Sed cum hac de re aliquoties in superioribus ff. ab Autore citatis actum fuerit, supervacaneum facit, ei hic deinceps immorari.

## §. IX.

Secunda quæsi exceptio: Nisi magistratus alicui mandaverit, ut eum piam bona sua adimat: quod quidem non potest simpliciter, quemadmodum de DEO diximus, sed ex causa rationabili, belli nimirum aut pœna aut simili, ut (a) supra demonstravimus. Et hâc quidem ratione excusantur, qui in bello ex hostico prædas agunt, itemque qui post bonorum publicationem ea in fiscum trahunt, quod absque publica autoritate per declarationem belli, aut sententiam pœnalem ipfis concepta facere non possent. De legibus Lacedemoniorum, qui aliqua furtæ permisérunt, alia res est, quippe qui tantum criminis impunitatem indulserint: nisi forte putemus, quod ad aeuendam juvēnum

num agilitatem & compescendam qvorundam in bonis suis conservandis indiligentiam, lege sanxerint, contrectationes rei alienæ, quæ multa cum arte, & per clandestarias machinationes fierent, pro furtis non habendas.

(a) c. 3. §. 10. & c. 11. §. 13.

Non solum DÉUS jure dominii, quō gaudet, plenissimi in res nostras simpliciter & sine ulla causa precedente & quovis tempore vel immediate vel mediatae auferre cuivis, ut vitam sua & res, quando vult, potest; sed & magistratus summus, non nisi tamen iusta & rationabiliter ex causa, veluti belli, paene, prodigalitatis, negligencie, ut & extreme necessitatibus communisq. utilitatis, consimiliq. alia ex causa. Hinc si (b) bellum rite antea indictum & denuntiatum, geratur utrinque auctore eo, qui summam in civitate habet, potestatem, non ei tantum, qui ex iusta causa bellum gerit, sed & illi, qui tali causa justifica destituitur, hostem citra furti crimen in rebus licet lacerare, coque totas urbes diruere, mœnia solo square, in tecta murosque incendiis ruinisq. savire, satra comburere, arbores excindere, & id genus alia damna, illi quidem jure

jure & gentium & naturæ, huic solum jure gentium & justitiâ externâ, hostis rebus inferre. Confimiliter si atrocia alicujus delitti subditus convictus, potest magistratus in pœnam ipsum non solum vitâ sed & bonis privare eage fisco seu arario publico inferre. Quibus (c) autem in casibus aut delictis talismodi confiscatio vel publicatio bonorum obtineat, ex Jure Pandectarum Codicisque est evidens. De prodigalitate, negligentia, casuque extrema necessitatis & communis utilitatis, quomodo ex his quoque sumnum imperium tenent in bona alterius ius oriatur ? (d) supra diversis locis exposuimus.

- (a) Hug. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 21. §. 14.  
 n. 1. (b) Vid. Instit. Jur. Gent. lib. 2. art. II.  
 c. 2. (c) Vid. Petv. Gregor. Syntag. I.V. P.I.  
 lib. 3. c. 17. p. 144. (d) c. 3. §. 10. & c. 6. §. 12.  
 & 14.

## §. X.

Tertia exceptio hæc sit : nisi quis summa necessitate adactus res alterius sibi applicaverit. Exempli gratia si fame inevitabiliter pressus, alterius cibariis vitam sustentaverit ; quod cur talis necessitatis tempore non liceat ,  
 cum

cum eadem ex causa, nimirum  
 vita conservandæ hominem, ut  
 supra probavimus, interficere li-  
 ccat, ego sanè non video: neqve  
 iis assentior, qui hoc casu pecca-  
 tum quidem manere, solam ve-  
 rò poenam remitti putant; u-  
 trumque enim hic concurrit, ut  
 talis non tantum à legis humanæ  
 obligatione quoad poenam, sed  
 etiam à legis naturalis nexu quo-  
 ad reatum immunitis sit, qua in  
 sententia sunt & (a) *Theologorum*,  
 plerique. Nec hoc mirum: (b)  
*Necessitas enim magnum humanum im-*  
*becillitatis paucocinuum omnem legem*,  
*frangit, Et quicquid coegerit defendit.*  
 Et credendum est, primam re-  
 rum distinctionem in dominos  
 ita factam, ut ei benigna qua-  
 dam receptio primitivi juris, in  
 casu necessitatis insit, neqve pri-  
 mos,

mos divisores, si ea de re regati fuissent, aliter fuisse responsuros, ut tradit (c) *Auctor de Jure Belli & Pacis*, qui & plura affert argumenta.

(a) *Sylvest. Sunam.* in verbo furtum. N. 5. (b)  
*Senec. lib. IV. Controv. 27.* (c) *lib. 2. c. 2. §. 6.*

*Exceptionem summe necessitatis, ad temperandum dominii rigorem repartam, hic explicat, putatque ad occurrendum necessitati summa & proprie posse aliquem absque peccato furti rem alterius, ipso etiam invito, surripere.* Quod verūm esse putamus, si præter propriam culpam in ejusmodi extremam necessitatem inciderit, eamque nec precibus, nec labore, nec emigratione & mutatione soli, nec ullā aliā ratione, declinare potuerit. Si enim, quod supra ostensum, ad evitandum mortis periculum præsens unicuique hominum jus est se defendendi cum occidente aggressoris, quidni etiam in summa necessitate constituto licitum erit, sustentare vitam suam alterius cibariis, cum à majori id est, minus credibili ad minus, id est, magis credibile semper procedat argumentatio. Evidem Autor (a) (quod etiam inclinant (b) *Velthyusius* & (c) *Wissenbachius*) hic ad primāvam communio- nem delabitur, putatque necessitatem hanc

res

res iterum ad statum primævæ communione redigere, & efficer, ut jus pristinum rebus, tanquam communibus, utendi reviviscat; sed cum hujusmodi jus commone, ut ex formula divinæ donationis, Genes. I. extante, quâ statim à mundo condito cuncta in primi hominis proprietatem transferunt, evidens est, nunquam extiterit, ideo hoc jus utendi alterius rebus talis necessitatis tempore potius ex defensione cujusque vitæ propriæ, quin & (d) ex ipsa caritatis ac humanitatis lepe, quâ quilibet alteri usum rei suæ exhibere tenetur, deducimus, nisi (e) forsan par necessitas in possidente fit, ut sine maximo suo danno sua allis, v.g. tempore egrestatis ac famis, concedere nequeat. De cetero quod (f) hujusmodi necessitas possit contingere, ostendit *Dn. Pufendorfius* exemplò naufragi in alienam regionem ejecti.

- (a) de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 2. §. 6; n. 2. & seqq;
- (b) passim in suis scriptis. (c) Exercit. 29. ad lib. 47. Pandect. tit. de furt. n. 12, p. 97.
- (d) Pufend. de Jur. N. & G. lib. 3 c. 3. §. 5. Schilter. Manud. Philos. Mor. ad Juriſprud. c. VI. §. XVI. p. 237. (e) Lessius de Justit. & Jur. lib. 2. c. 12. dubit. 12. n. 70. & ex eis Grot. de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 2. §. 11. K. (f) lib. 2. c. VI. §. 5. p. 244.

### §. IX.

**Accedamus nunc ad alteram  
hujus capitinis partem, quæ est  
*de***

*le damno per injuriam dato, ut nimis  
um id sarcatur: cujus præcepti  
equitas pendet ex duobus princi-  
piis naturalibus, quorum primum  
est: hominem non debere alteri nocere,  
alterum, quod & supra attigimus,  
equalitatem ubique servandam. Cum  
(a) enim damnum & damnatio ab a-  
demione & quasi diminutione patrimo-  
nii dicta sint, certum est nemini li-  
cere hanc diminutionem alteri in-  
ferre: cum igitur qui tale quid  
fecit, quod facere jus non habuit,  
consequens est, ut ea res ad æqua-  
litatem reduci debeat, atque ita  
ab eo, qui damnum dedit, da-  
mnum reparari.*

(a) l. 3. ff. de damn. infec.

*Agit hic de restituzione danni injuria-  
b. e. dolo malo dati, eamque in duobus illis  
juris naturalis preceptis, de quibus supra di-  
ximus: ut ne quis alter alteri damnum det-  
eat lades; utque in omnibus aequalitas ser-  
tur,*

tar, fundari arbitratur. Sed ad hæc recipi  
 intelligenda repetendum hic ex superiori-  
 bus est, quid sit *damnum* & in quibus illud  
 locum habeat? *Damnum* forte à *demando*  
 dictum est ἡλατον, cum (a) quis minus  
 habet suō, sive illud suum ipse competat et me-  
 ra *natura*, ut est vita, *corpus*, *membra*, *pudi-*  
*citia* *fama*, *libertas* &c. sive ex *facto* & *infi-*  
*reto humano*, veluti *dominio*, *conventione*  
 aut *lege*. Ita *lege* *jus* est *pupillo* exactam di-  
 ligentiam exigendi à *tutore*; *creditori* repe-  
 tendi pecuniam sibi debitam. Sic *conventio-*  
*ne* & *pacto* *facultas moratis* est *emtori*, ut  
 sibi à *venditore* pro pecunia accepta *merx*,  
*promissario* id quod *promissum* est, *eribuat*.  
 Similiter ex *dominio* *domino* *jus* oritur *vin-*  
*dicandi* suam rem, ubiqueque eam invenerit.  
 Ex quo intelligitur, *darkni* *notione* *omnem la-*  
*isionem* *conditionis* que ac statim nostri detor-  
 rationem ac diminutionem designari, sive jam  
 illa diminutio fiat in iis, que *lege*, *dominio*  
 aut *pacto* nobis competant, sive in iis, que  
 nobis à *natura* debentur, *eaque inde sequitur*,  
 eum, qui *cale* *damnum* nobis *intulit*, ex *natura*  
*placitis*, que *omnem laisionem* *inhibent*, &  
*equa-*  
*litatem* *ubique* *tantopere* *conuendunt*, *ad ejus*  
*restitutionem* *obligari*: cum aliqui (b) *vana*  
*futura* essent illa *præcepta*, de non *laedendo*  
 alterum, & *æqualitatem* in *omnibz* *servando*,  
 si ubi de *facto* quis *laesus* est & *laisione* illâ  
 minus

ninus suo haberet, dampnum illud ipsi gratis levorandum esset neque ad consecutionem artis sui unquam posset pertingere. Eadem constitutionem etiam exigit Lex divina per legem data ab iis, qui aliis dampnum aut oxam intulerunt : *Quum (c) altero animali omnibus percaserit unus alterum lapide aut igno, ita ut non mortuus sit; sed decumbat in lecto: si surgens ambulaverit foras, nixus capione suo, tunc impunis erit pertransitus quantum ad poenam capitalem* ). tantummodo statim eis, ( id est, quantum eis interuisset, a quotidiano opere non cessasse) redditio et plena curationem eis praestato. Et mox (d) retexerit foveam quis aut foderit, nec ilam postea operuerit, adeoque ceciderit illuc os aut astius, dominus ille ( Tcelice et fovea Auctor ) pecuniam restituio domino illius ( felicitatis), Et (e) in sequenti capite: si quis misserit pecus suum, ut pascat in agro alterius, optimo agri sui et optimo vno suo rependito. Si transuersus ignis invenerit spinas, absumentia prima frumenti aut ipsa seges aut aliquis ager munido dampnum reparet is, qui fecit, ut ambiendum esset).

(a) Ding. Grot. de Jur. B. ac P. lib. 3. c. 12. secunda.

(b) Pufend. de Jur. N. &amp; G. lib. 3. c. 1. 2. (c)

Exod. XXI, 18. 19. (d) Exod. XXII, 33. 34. (e)

Exod. XXII, 5. &amp; 8. Vid. etiam Levit V. &amp; VI.

In princip. Scharock. de Offic. secund. jus nat.

c. XV. p. 584. et 11. 934. 11. 935.

**O**mne autem *damnum aut dolō aut culpa datur*: extra hæc dūo non intelligitur *damnum injuriā datum*. *Damnum dolō datum ac maleficia pertinet*, quæ dolum inclūdunt: sic homicida *injustus solvere tenetur expensas*, si quæ sunt in medicos factæ, & siis, quos occisus alere ex officio solebat, putarentibus, uxoribus, liberis date tantum, quantum illa spes alimentorum valeat; sic adulter & adultera *tenentur indemnem præstare maritum ab alenda prole*, & si quid aut ei, aut suis eō nomine aberit, rependere: sic fur (a) *tenetur rem subtractam reddere cum suo incremento naturali*, & (b) *cum sequente damno aut cessante lucro*.

(a) I. cum tabula 27, ff. de furt. (b) Hug. Grot.  
de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 17. s. 13, 15, & 16.

Insufficienter hic ab Autore enumerata sunt  
damnorum genera, cum præter damnum dolô  
& culpâ tale, quorum illud cōdixnpia seu injurîa,  
hoc cōpœlñpia seu culpa & erratum dici  
solet, adhuc cōvñpia, infortunium seu da-  
mmum casu & fortuito rale detur: Quomodo  
autem hæc damnorum genera inter se diffe-  
rant, dictum fuit in (a) superioribus. Illud  
tantum hæc vice expediendum restat cīn qui-  
bus damnorum generibus obligatio ad restitu-  
tionem ejus, quod ex danno datum, locum ha-  
bet. Ubi quod attinet damnum injuria da-  
num, extra dubium est, quod qui danoatum  
dolô malo & ex animi destinata malitia intu-  
lit ad exactissimam eorum, quæ danum  
consecuta sunt, restitutionem teneatur. Sed  
& de illo, qui sine proposito & improba ani-  
mo per negligentiam solum, quam facile de-  
itare poterat, alteri damnum dedit, quin  
d reparationem danni teneatur, dubita-  
tus nulli, si modò cogitemus quod (b) bānd  
erexiga socialitatis pars sit, ita cōtampstet  
gere, ut nostra opera & cōversatione nemini  
ciorum nocteamus aut meriti incutiamus.  
Quod denique illum attinet, qui casu & for-  
uito damnum fecit, de eo negamus, quod  
Idanni inde dati reparationem obstrictus  
t, cum casum hujusmodi ipse nec intendet  
nec præviderit, eoque omnino incongru-  
m sit, ei id, quod citra ipsius culpat & in-

Kk 2 tentio-

tentionem accidit, imputari. *Cave namen,*  
*ne (c) que de damno injuria data & inde nata*  
*reparatione hactenus allata sunt, ad eam et*  
*iam lesionem aut injuriam (intellige imperfe*  
*ctam) trahas, quā alterius jus minus propri*  
*tate & imperfectum leditur, (d) cum quod ex*  
*hujusmodi jure & qualitate morali imperfe*  
*cta alteti competit, rigorosè ac propriè lo*  
*quendo neque suum sit, neque ulla inde re*  
*stitutionis obligatio oriri possit, eoque in*  
*conveniens sit, quæ vel ex impulsu alicujus*  
*virtutis, veluti liberalitatis, ultroneō, vel*  
*etiam ex aptitudine quadam alicui debent*  
*præstari, strictō jure ab alio exigere, aut da*  
*mni loco ducere, talia non accepisse, aut et*  
*siam pensationem eorum exigere, quæ ab al*  
*tero non nisi per modum beneficii ultronei,*  
*aut etiam ex aliqua aptitudine ac dignitate*  
*exspectare poteram.* Apposite ea de re (e)  
*Aristoteles: non est locupletior, qui alteri pe*  
*cuniis suis non succurrat per tenacitatem. Sic*  
*uti ergo tenax hoc ipso non est locupletior*  
*factus, quod pauperi non succurrat aliquā*  
*shape, ita nec hic, cui propter hoc vitium ea*  
*denegata est, habet minus seu λατερον.*

(a) Cap. XI, §. I. (b) Pufendorf, lib. 3, c. i. de Jur.  
 Nat. & Gent. §. 3. p. 258. (c) Idem cit. cap.  
 §. 3. p. 253. (d) Hag. Grot. de Jur. B. ac P.  
 lib. 2, cap. 27. §. 2, n. 2, & s. qq. (e) V. Nicomach.  
 c. 4.

Idem & in damage culpa dato ob-  
ervandam: nam & hic perpetuum  
st; neminem (a) damnum facere, nisi  
ui id fecit, quod facere jus non habet:  
Si damnum accipi culpæ datum, etiam  
ib co qui nocere noluit. Culpæ (b) au-  
era nomine etiam levissima venit.  
Neque excusari hic quis potest per  
imperitiam, utputa quando me-  
dicus medicamento perperam est  
Iesus aut aliquem imperitè secuit:  
cum (c) affectane quisque non debat, in  
quo vel intelligit, vel intelligere debet,  
infirmitatem suam alii periculofam fu-  
turam: Neque etiam ignorantia  
hic excusationem meretur, (d)  
si scire debuisti ex facto tua injuriam  
verisimiliter posse contingere, vel jactu-  
rem: Semper enim tenetur (e)  
qui eam, quam debuerat, non curavit  
diligentiam adhibere. Culpa (f) enim  
est, quod cum à diligente provideri pa-

terit, non est provisum. Sed dubitari posse videtur, quatenus reparatio damni se extendat? nos (g) etiam ejus, quod interest, rationem habendam putamus, nisi id (h) quod interest, sit incertissimum.

- (a) Is. sedethi s. s. injuriam l. ff. ad leg. Aquil. (b)
- b. 44. ff. dict. tit. (c) l. idem s. s. l. ff. eod. tie.
- (d) C. fin. 10. de Injur. (e) dict. C. fin. (f)
- l. si putator 31. ff. ad l. Aquil. (g) l. sit lex 211
- s. 2. ff. dict. tit. s. illud non u. Instit. eod. tie.
- (h) l. quemadmodum 29. 3. in fin. ff. eod. tie.

**D**e Restitutione damni culpa dati ipsiusque fundamento jam tum s. proxime precedente diximus, dum ostendimus, nemini in societate alterius operam incuriam ac imperitiam debere esse periculosam. Cum vero *Culpa*, (a) quæ, generaliter loquendo, negligentia vel incuria hominum est; quæ quid vel sit, quod fieri non debuit, vel non fit, quod fieri oportuit, unius ordinis sit, & alia lata, alia levis alia levissima, culpaque etiam (b) imperitia annoveretur. Et pro culpa habeatur, idcirco ut distincte constet, qui ex illis quis ad damni dati reparationem teneatur, ordine de singulis acturi sumus. Et quidem quod latam culparum attinet, (c) quando videlicet quis non eam

adhibuit diligentiam, curam vel operam rebus alienis, quam quilibet, etiam parum diligens, sebus suis adhibere solet, veluti si naves solverit aut navigaverit tempore adversa tempestatis, supra modum equum conductum oneravit, severit aut messuerit temporibus in congruis &c. extra dubium positum esse putamus, quod ad damni inde daci restituionem is, qui damnum dedit, alteri obligatus sit, eò quod nimia isther (d) supina ac dissoluta negligentia in causis civilibus, & ubi de damnis resarcendis agitur, juris interpretatione & quoad effectu, dolo equiparetur, doloque fecisse videatur aut presumatur, qui in faciendo non eam adhibuit diligentiam, quam tamen quilibet, etiam indiligens & rerum suarum parum curax, rebus suis adhibigurus erat. Idem judicandum de culpa levi quam & levissima, cum quis non adhibita ea diligentia, quam vel diligens vel etiam diligentissimus adhibere solet, alteri nocuit & damnum intulit, cum & hæc culpa genera ad reparacionis necessitatem possint sufficere. Ita non (e) mandatarius solum, si mandatum exactissimam diligentiam exigat & ipse illud susceperit, sed & (f) depositarius se obligasse videntur tum ad culpas levis tum levissimæ præstatuonem, dummodo hic deposito se obtulerit, aut premium depositionis quasi mercedem acceperit, atque in usura restituendi facerit, aut alijs ita

ab initio inter ipsum & depositorem convenierit. Culpe annumeramus imperitiam, vel infirmitatem & impotentiam, ut pote ex (g) quibus non minus ac ex illa qui damnum dedit, ad reparationem illius tenetur; Hinc si medicus artem, quam non bene didicit, professus, imperito illam adhibuisset, aut alius ob infirmitatem suam regendis ac coercendis equis, quibus uehebatur, impar fuisset, recte tum damnum inde datum & imperito medico & auriga imputaretur, cum (h) nemo affectare debet, iniquo vel intelligit, vel intelligentia debet, imperitiam aut infirmitatem suam aliis periculosa falarant;

- (a) Wissenb. disp. IV. ad Reg. Jur. S. 6. p. 27.  
Mart. Dellrio ad Reg. Jur. 33. (b) S. Imperitia. leg. Aquil. Institut. 8. reg. Jur. 13.  
(c) Petr. Gregori. Synt. J. V. part. III. l. 21. c. XI. n. 5. Wissenb. cit. loc. & nos in Institut. Moral. part. I. c. 9. S. 7. 317. & seqq. (d) Vid. B. Struviae Synt. J. C. Exercit. 19. ad lib. 13. §. tit. 6. S. XXI. p. 700. (e) Petr. Greg. cit. c. n. 5. (f) Wissenb. dict. disp. S. 12. p. 26. (g) Vid. tit. 3. de l. Aquil. Imperitia. Institut. lib. 4. (h) dicta l. idem juris. §. ff. eod. d. l. Imperitia, de Reg. Jur.

## §. XIV.

Ceterum hoc natura lex tam equa est, ut etiam extensiones aliquas admittat, itaque non tantum tenetur quis

ipsum & deponit  
annumeramus  
Si impunitus  
us ac ex illa qui  
qui jubet dare. Imò & si quocun-  
que modo causam damno dede-  
rit: (b) verum est enim, eum, qui  
causam præbuit, damni dandi, damnum  
dedisse. Et si quis occasionem da-  
mni dederit: (c) qui enim occasio-  
nem præstat, damnum fecisse videtur.  
Quin & ille tenetur, (d) qui ser-  
vum agrotum leviter percusserit, & is  
obierit, quia aliud alii mortiferum effe-  
solet.

(a) I. is damnum 169. ff. de Reg. Jur. (b) I. Pra-  
tor. 4. S. sed & si 14. ff. vi bon. rapt. (c) Lqui  
occidit. 30. S. penult. ff. ad l. Aquil. (d) I. qua  
actione 5. S. sed si 3. ff. eod. tir.

XIV.  
nature huius  
siones aliqui  
tentum habent  
Quæ in superioribus circa homicidium,  
furtum idque genus alia delicta monuimus,  
quod videlicet quis non solum immedietè,  
sed & medietè in illa posit influere, ea quo-  
que ad damni dationem & reparationem  
trahi possunt: cum non solum quis per se &  
a peccatis seu immedietè, sed & superiores &  
alium damnum det, eoque ad reparationem il-  
lius teneatur. Hinc ex (a) Reg. Jur. qui justit  
vel

vel mandavit damnum dari, damnum de-  
ditse judicatur, & ob id de damno tenetur,  
et quem ac is, qui immediate damnum dedit:  
cum (b) nihil interfit, ipse quid facias, an per  
alium fieri cures, causamve criminis praebetas.  
*Vide pluribus eam in rem accuratè differentem*  
(c) *Hug. Grot.*

- (a) *Vid. Reg. Jur. 169. (b) I. 3. §. item cuius. I.*  
*nihil interest 15. §. 1. ff. ad I. Corn. de Sicar.*  
(c) *de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 17. §. 6. & seqq.*

### §. XV.

Sunt tamen etiam aliquot hic exce-  
ptiones, in primis vero, quando aliquis  
jure sua est usus. Qui (a) enim jure suò  
ueitur, nemini facit injuriam; Et (b) quod  
legitimè factum est, nullam pœnam me-  
retur. Itaque (c) qui latronem infida-  
torem occiderit, non tenetur, utique si  
aliter periculum effugere non potest. Item  
quando casu quid accidit: si modè (d)  
culpa ejus nulla impunatur, carec (e)  
autem culpa, qui omnia, qua oportet,  
observavit. Divinare (f) certè ne-  
mo tenetur. Deinde etiam quan-  
do quis, ne quod damnum obve-  
niat, prohibere non potest: (g)

cul-

culpa enim caret, qui scit, sed prohibere non potest. A parte vero ejus, qui damnum patitur, oritur exceptio, id suâ culpa damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. Et ratio est, quia (i) damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet & non aliis imputare. Vnde & si quid magistratus contra resistentem violentius fecerit, non tenebitur, quia nimis ipse debuerat non resistere.

(a) L. Graecus. 4. C. ad leg. Jul. de adult. (b) §.  
injuria 3. Instit. de l. Aquil. (c) §. ac. ne 4.  
Instit. ibid. (d) l. qui occidit 30. §. penult. ff.  
cod. tit. (e) l. si putator. 31. ff. eodem tit. (f) l.  
culpa 50. ff. de Reg. Juz. (g) L. quod quis 203.  
ff. cod. tit. (h) damnum 86. de reg. jur. in  
sesto (i) l. quemadmodum 12. §. magistratus.  
7. ff. ad l. Aquil.

Addit hic quasdam exceptiones, quarum  
interviu quis ab omni ut d'anno ita & restitutio-  
ne immunitis esse censetur, puta (i.) si quis jure  
suo usus fuerit, idque egerit, ad quod agen-  
dum ius habuit: ut (a) cum quis incendiis  
arcendi gratia & des vicinas dissipavit, latro-  
nem aggressorem, si aliter periculum vita de-  
clinari non potuit, interfecit, aut magistra-  
tus

tus quid adversus resistentem violentius fecit. (2.) si quis casu quid egerit, idque nec intenderit nec prævidere potuerit, cum casus fortuitus extra dolum & culpam sit, & homini, nisi suâ culpâ in eum inciderit, imputari nequeat; sive jam casus iste fortuitus ex facto seu causa nature, veluti maris tempestate, grandinatione, fluminis impetu, &c. sive (b) facto seu causa hominis, v. g. insidiis latronum, falsâ testimoni depositione, incendio, iniqua judicis sententia aut aliunde acciderit. (3.) si, ne quod damnum obveniat, quis prohibere aut impedire non potuit. Non soluna autem ex parte agentis, sed & ex parte patientis exceptio obtinet, ut videlicet nec hic, quod sua culpa sentit, damnum sentire videatur. Benc eâ de re ex (c) Lessio.

(d) Hug. Grotius: *At qui causam dedit, cur vim pati aut metu cogi debeat, habet quod sibi imputet: nam involuntarium ex voluntaria or- zum habens, moraliter pro voluntario habetur.* Hinc si fur ob actionem furtivam crinibus in carcerem detruditur, vel suspensiō afficiatur; aut violans virginem, compellitur ad eam ducentam, non nisi sibi imputeat.

(a) Wissenb. disp. XXIII. ad Reg. Jur. Reg. 15.

(b) Vid. Petr. Gregor. Synt. J.V. Part. III. l.

XXI. c. 12. n. 2. (c) de Just. & Jur. lib. II. c. 17.

dub. 6. (d) de Jur. B. ac P. lib. 2. c. 17. 5. 18.

## CAP. XIV.

DE

FALSO, MENDA-  
CIIS ET INVRIIS.

## §. I.

**D**iximus (a) supra *lesionem* *alterius* *consistere* in *factis* *vel in verbis*: nunc hoc addemus, dari etiam *crimen* *quod utramque speciem comprehendat*, *E*s *tam factis*, *quam verbis* *committatur*, *falsum* *nimirum*, *quod & ipsum*, *ut ad furti crimen* *proxime accedens*, *hic congruo loco tractabimus*. *E*st autem *falsa*, *dolosa* *veritatis immutatio* in *alterius* *prejudicium* *facta*. *Tria* igitur *hic concurrant*, (1.) *dolus* *nempe*, *cum* (b) *non nisi dolô malô falsum*, *committentes*, *criminis* *subjugentur*. (2.) *Veritatis item immutatio*, (c) *ut*

(c) ut si quis alienum Chirograpnum imitetur, & (3.) damni alicuius illatio: hoc enim illud noctumentum est, quod aliquis laeditur.

(a) C. XI. S. 1. (b) I. nec exemplam 20. Cod. ad leg. Cornel. de fals. (c) I. quid sit falsum 23. ff. cod. tit.

Malè Autor dicendorum hic conturbavit ordinem, dum absolutā de *Injuriis Realibus* doctrina, statim ad *Falsum* digressus, illius indolem, varias species, mortalitatem idque genus alia exposuit; cum tamen si juxta terum tractandarum indolem & partitionem (a) saperius ab ipso institutam procedere voluisse, potius immediate doctrina de *Injuriis Verbalibus* subjungenda fuisset, eaque rite pertractata demum de falso crimine agendum fuisset, utpote quod, ut ipse nonnet, tam factis quam verbis committi, & tam ad injurias reales quam verbales referri solet. Ne tamen Commentationem nostram interrumpamus, & annotata in Autorem pertexamus, ad dictum illius hic de Falso & Mendacio, mox de *Injuriis Verbalibus* dicturi sumus. Delinatur autem crimen falsi, quod sit dolosa veritatis immutatio in alterius prejudicium facta. Seu clarius: quod sit actus moralis, quod quis simu-

semelatā aut immutatā veritate alterum in ipsius prejudicium decipit. Ex quibus adparet, non omne falsum; h. e. veritatis immutationem, statim pro crimine falsi habendum esse, sed tum dēmum, si ita veritas immutetur, ut in alterius fraudem & præjudicium, h. e. damnum & nocumentum vergat; sive jam illa veritatis immutatio & suppressio contingat in persona, sive in re, sive in facto, sive in alio, qua de re postea. Et quamvis (b) Varro falsum & fallere tantum in verbis fieri existimet, dum ab eodem, ait, verbo fieri, falli & falsum: & fallacia, quod propterea, quod fando quem decipit, & contra quām dixit facit: Itaque si quis re fallit, proprio nomine, inquit, fallacia, seu translatitia, ut à pede nostro perspecti & pes beta; tamen quia falsum & fallere, (c) aliunde quām à fando, à Graco videlicet & Φαλλώ, quod evertō, subverto, decipio, superplanto & supprimo significat, deduci potest, evidens est, omnem veritatis suppressionem, aut a vero aberrationem, quomodo tuncque tandem contingat, crimen falsi designari, modo fraudulenta illa inquā alterius tendat præjudicium:

(a) C. XI. §. I. (b) V. de Ling. Lat. (c) Petri Gregorii Part. III. lib. 26. cap. i. n. 3. p. 984.

§. II.

*Turpiendo his: delicti onus in  
oculis*

*oculis statim ingerit, ut dubitari non posse, an lege naturali sit prohibitum.* Cum enim virtutem & veritatem promovere natura quam maximè contendat, nihil iis magis contrarium quam falsitas, quæ & veritatem immutat & à virtute alienissima est. Nihil etiam societati humanae magis adversatur, quam ea ipsa falsitas, quæ omnia vincula, quibus ea societas constat, aut convellit aut corrumpt.

Quod hoc vitium intrinsecâ gaudeat turpitudine, *Autor* cum ex ipsis cum veritate pugnantia, tum etiam ex vinculi, quô societas humana continetur, ruptura demonstravit.

### §. III.

*Falsi tam multæ sunt species, ut vix numero comprebendi, vix in ordinem redigi possint.* Nos precipuas falsitates in quatuor classes distingvimus, ut nempe committantur int. (L) *Acceso-*

*na.*

(2.) *Verbis.* (3.) *Scripto,* vel (4.) *Ab  
uso.* *Falsum in persona committitur*, quando persona aliqua alia, quam revera est, esse fingitur, ut (a) cum partus supponitur. Cum in (b) contractu, testamento, iudicio alia persona pro alia subditur; cum (c) quis fraudulenter nomen suum mutat, aut (d) alterius sibi nomen aut qualitatem ascribit. *Verbis, i.e. committi falsam dicitur*, cum quis in praetudicium alterius verbis utitur dolosis; cuius perniciosissima species est, cum testis requisitus falsum in aliquem fert testimonium, quod in Decalogo ita effertur: (e) *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium;* sub quo etiam comprehendo eum, qui (f) veritatem malitiosè tacet, & qui pœnitiam accipit ad testimonium dicendum.

vel non dicendum. Ut ergo (g) enim reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit: quia et ille prodeesse non vult; et ille nocere desiderat. Estque de tota hac materia egregius locus, quem adscribere non pigrabor: *Falsidicus* (h) testis tribus personis est obnoxius: primum Deo, cuius presentiam contemnit: inde iudici, quem mentiendo fallit: postremo innocentis, quem falso testimonio ledit. Huc pertinent etiam (i) iudices, qui ex malitia vel muneribus corrupti injustam ferunt sententiam. *Tertia falsi species circa scripta versatur*, quando (k) quis falsa scripta componit vel in mundum redigit; item instrumenta, rationes, acta, libellos, chirographa, epistolae in fraudem alicujus laedit, corrumpt, mutat, adjiciendo, demendo, radendo, delen-

delendō, falsè subscribendō, falsa  
sigilla appendendō aut chirogra-  
pha falsa conficiendō, & quæ alia  
eius generis sunt. *Quarta & ul-*  
*tima species ea est, quando quis dolosè*  
*re aliquā ad decipiendum alterum ab-*  
*stitur, utputa qui (1) falso utitur*  
*mensuris, stateris, bilancibus, item*  
*mercibus adulterinis, corruptis,*  
*depravatis. Quibus addendi sunt*  
*& illi, qui monetam adulterant,*  
*nempe nummos aureos vel ar-*  
*genteos cudunt, radunt, corrumpunt,*  
*vitianit, tingunt.*

- (a) L. qui falsam 19. S. i. & l. Cornel. 30. S. i. ff. ad l. Cornel. de falso. (b) Jul. Clarus S. testam. quæst. 59. (c) L. i. ibique D.D. C. de muc. nom. (d) L. falsi. 13. ff. ad l. Cornel. de falso. (e) Exod. XX, 15. (f) l. i. S. 2. ff. ad l. Corn. de falso. l. 20, ibid. (g) c. i. S. i. X. de crim. falsi. (h) dict. c. i. (i) dict. l. i. S. 2. (k) l. i. 16. 23. ff. dict. tit. (l) l. hodie 32. S. & venditor. i. ff. dict. tit. l. annosum. 5. S. i. ff. de extr. crim.

*Autor varias Falsi species ac modos recen-*  
*dit, & ad primum modum, quō fallum in per-*  
*sona committi solet, inter alia refert supposi-*

zionem partus : cuius illustre exemplum hodie habemus in Principe Wallie. Meminit etiam hujus fraudis & deceptionis maritorum per suppositionem aliorum infantum (a) Aristophanes : Alteram, ait, novi, que dicebat dolores parsus habere per deceit dies, donec emit infantem. Maritus autem obibat urbem, medicamenta celera in partum facientia emens : induxit autem anus in ollam infantem, ut ne clamaret certula obturatum, &c. Pertinet etiam huc dolus seu fictio generis & familie, quâ nempe quis mentitur familiam ejusque partem ac membrum esse in illius fraudem fingit : cuius fictionis multa exempla, etiam potentissimorum domuum recenset (b) Michael Picciartus & (c) Valer. Maximus. De cetero nominis ac cognominis assumptio & immutatio tam denique in crimen falsi incidit, si (d) uidelicet canestrina de conjuncta sit ; extra hanc si contingat, impunita est , omniisque caret vitio : cum nomina solûm ad (e) recognoscendos singulos hominibus imposta sint & ex arbitrio hominum, quod indecentiam aliquam in se habere videntur, aut consimilem aliam ob causam mutabilia. Quomodo ex (f) Pontificibus Romanis aliqui, statim atque electi, mutantur priore nomine , novum assumperunt. Circa falsum , quod verbis & in specie falso testimonio committitur, notandum , quod crimen hoc incurrat non solum qui ducit , sed

sed & qui (g) expetit & rogat falsum testimonium. Quò tamen male referas eos, qui (h) veritatem quidem, ut testes, deponunt; non tamen sponte & ex amore veritatis, sed præmio & pecuniâ ad id invitatî, quamvis ipsi delinquent, & ut suspecti à testimonio dicens removeri queant, ad eum modum, quò judicęs, qui non ex amore justitiae quam exercent.

(a) in Cereal. (b) in Observ. Historico-Polit. (c) lib. IX. c. 16. (d) l. i. de mutat. nom. lib. 9. C. tit. 25. (e) d. l. i. §. si quis in nomin. de leg. (f) Petr. Gregor. Synt. J. V. Part. III. lib. 26. c. 4 n. 3. (g) Idem cit. c. n. 8. (h) Covarruv. P. I. in c. quamvis. §. 7. n. 5. vers. quod si testes de pacis. Meier. in C. J. A. ad leg. Cornel. de falsis. Schilterus. Manuduct. Phil. Mor. ad Jurispr. c. IIX. §. 15. p. 307.

#### S. IV.

In his omnibus casibus illud perpetuum est, ut de danno dato constare debeat, alias crimen hoc, propriè loquendo, non incurritur: unde & falsum committens non tantum cadit in legis naturalis reatum, & in poenas civili jure statutas, de quibus nos hic

Ll 3 non

non agimus, sed (a) præterea etiam ad reparationem damni tenetur, quemadmodum id de furto aliisque criminibus supra declaravimus.

(a) *Sylv. Summa in verbo falsar. n. 3.*

Hoc vult, ut crimen falsi commissum esse intelligatur, necessum est, ut eō damnum akeri fuerit illatum. Est enim falsum, ut hīc spectatur quādam injūiæ species; injūia autem, cēu ex definitione supra à nobis posita evidens, non nisi voluntaria & immentis læfio ac dāmnum est: Nisi itaque de dāmno dato constiterit, falsi nomine venire nequit.

### S. V.

*Quid igitur de Conatu in hac materia dicemus? Idem quod (a) supra de homicidio: nempe si conatus aliquem habuerit effectum, id est, si falsum aliquam attulerit læsionem, committentem eatenus teneri, quatenus læsit; si vero nulla omnino inde processerit*

cesserit lœsio, hâc quidem lege cum teneri non putamus: ceterum ex capite doli admissi (hunc enim semper hîc præsupponimus) propter malum animi propositum, in conscientia obligari concedimus.

(a) *Supra c. XI. §. 6.*

*De Coratu ejusque in efficacem & in inefficacem distinctione multa in superioribus cum in de homicidio tum adulterio doctrina diximus, quæ ad præsentem de falso materiam mutatis mutandis facile accommodari possunt.*

### §. VI.

Denique & hoc quæri potest, annon aliqua hic admittatur exceptio? quod nos vix fieri posse putamus, cum semper adsit dolus, qui nûnquam excusari potest. Si tamen casus existeret, in quo de simplici errore constaret, neque dolus ullô modô argui posset, & eum à legis hujus obligatione immunem cre-

Ll 4      dere-

deremus; facit quod etiam de jure civili falsum committere non dicuntur, qui alias in computatione vel ratione mentiuntur.

(a) I. quid sit. 23. ff. ad L. Cornel. de falsis.

*Multi dari possunt casus, in quibus quis à crimine falsi excusari potest: veluti (a) si quis per errorem falsum scripserit; Si per errorē falsa instrumenta aut testes produxerit; si quis in calculo vel ratione erraverit; si qui falsis rescriptionibus usus est, per alium deceptus fit, & suam in eo innocentiam probare, eumque, à quo accepit, exhibere posfit; si quis falsum dixerit sine dolo, putans quod falsum verum esse; si quis ex ignorantia falsam monetam expenderit aut nōmen suum nullā fraude immutaverit, &c. cum istis in casibus omne lèdendi propositionum & dolus abs fuerit, falsumque solum materialiter, non formaliter commissum furerit.*

(a) Vid. J. Cti ad I. Cornel. de falsis. & in primis Meier. in Coll. J. A.

### §. VII.

*Sed cum in superioribus mandatis aliquoties inciderit mentio, idque propriè in solis confusat verbis restat,*

restat, ut & ejus naturam jam examinemus. *Est* igitur Mendacium falsa significatio vocis cum intentione fallendi: *is enim*, qui mentitur, contra id, quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi *juxta (a) Augustinum.* Et utique verba propterea instituta sunt, non per qua se invicem homines fallant, sed per qua quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt, peccatum est.

(a) C. 22. qu. 1. cap. 15 autem 4. (b) dict. c. 2.  
§. 1.

*Ad omne mendacium, quā tale, duo (a)* concurrere necessum est, quorum alterum materia, quod est falsa vocis significatio, seu, ut (b) Grotius loquitur, significationis falsitas, alterum formale, intentio & voluntas fallendi. Ut enim ad (c) *Veracitatem* constituendam non solum rei ad signum adaequatio, h. e. ut res sermoni ac verbis correspondat, sed & significantis intentio, h. e. ut quod verbis, sermone aliisve signis expressum, etiam mente intentum sit, requiriatur; ita vi oppositi ad *Mendacium*, ut sic, prater

præter inordinationem & inadæquationem  
rei ad signum, etiam inadæquatio ad pro-  
ferentis intentionem seu fallendi voluntas  
& intentio requiritur: quæ duæ inadæqua-  
tiones ex mente (d) *Doctorum* adeò ad men-  
daciæ naturam constituendam necessariae  
sunt; ut si deficiente priore, posterior adfu-  
erit, mentitum fuerit; deficiente verò alte-  
rà, prior si non defuerit, falsum dictum,  
minime mentitum fuerit, neutrò verò mo-  
dò mendacium commissum fuerit, nisi ultra-  
que falsitas, falsa videlicet vocis expressio,  
& falsa proferentis intentio, fallendique ani-  
mus, concurrerit.

(a) Sylvest. Summ. verbō Mendac. p. 464. Lom-  
bardus lib. 3. sentent. dist. 38. lit. B. Augustin.  
lib. contra Mendacium ad Consentium c. 12.

(b) de Jur. B. ac P. lib. 3. c. 1. §. 10. n. 1. (c)  
Wendel. Philos. Moral. lib. I. c. 31. qu. 2. p.  
696. Burlæus Comment. in c. 7. lib. 4. Nicom.

(d) Vid. Bonaventura in lib. 3. sentent. dist. 38.  
Biel. in cit. dist. 38. lib. 3. qu. unic. a. 1. coroll.  
2. Vid. quæque ad cit. dist. Scotus, Richardus  
de media Villa, Alexander Alensis & Duran-  
dus à S. Porciano.

### §. IIX.

*Turpitudo hujus vitii vel hinc elu-  
cescit, quod qui aliud dicit, quam ca-  
gitat, humanaam societatem in eo ludit,  
quodque cum ad quem sermo dirigitur,  
privat*

*privat judicandi libertate. Cumque  
 (a) veritas sit DEI comes, longissime  
 à Deo abire judicandus est, qui  
 desertā veritate mendacio adhæ-  
 ret. Hinc illud de Deo dictum:  
 perdes (b) omnes, qui loquuntur menda-  
 cium. Et inter eos, qui habita-  
 bunt in tabernaculo DEI, nume-  
 ratur ille, (c) qui loquitur veritatem  
 in corde suo, qui non egit dolum in lin-  
 gua sua. Et de omnibus bonis ge-  
 neraliter enuntiatur: (d) Verbum  
 mendax justus detestabitur. Cujus  
 rei notitia etiam ad gentiles tam  
 Philosophos, quam Poëtas per-  
 venit. Unde Philosophorum ma-  
 ximus: (e) per se mendacium turpe  
 ac vituperabile, veritas pulchra & lau-  
 dabilis. Et Poëtarum Coryphæus:*

*Ille mibi invisus pariter cum fauci-  
 bus Orci.*

*Cujus mens aliud condit, quam lin-  
 gua profatur.*

*Et*

## Et Tragicorum (f) Princeps :

*Mendacis notam**Ausferre, magnum est liberi capitie  
prabrum.*

Certè hæc quām maximè locum sibi vendicant, quando per mendacium quis decipitur, hoc enim ad falsitatem, de qua statim egimus, quām proximè accedit; vel quando aliis inde læditur, quō nomine præcipue ad hoc caput pertinent mendacia. Utramque partem breviter comprehendit hæc elegans Doctoris Christiani sententia : *ut (g) non mentiatur unquam decipiendi aut nocendi causa.* Mirum itaque leges civiles etiam hac in parte connivere neque potius ulli mendacio imponere,

- (a) Philo de vit. Mos. (b) Psalm. V, 7. (c) Psalmi XV, 3. (d) Proverb. XIII, 5. (e) Aristot. IV. Ethic. c. 7. (f) Sophocles Trachin. (g) Laetant. Instit. Divin. VI, 18.

Gravis

Gravis est disputatio, an Mendacium aliquando usurpare non sit illicitum? Negant id (a) Isidorus, (b) Osiander, (c) Pererius, (d) Rivetus, (e) Pineda, (f) Polanus, (g) Martyr, (h) Wendelinus, (i) Ziglerus, (k) Drexelius, (l) Beccanus, (m) Sylvester, (n) Angelus de Clavasio, (o) Petrus de Tarantasia, (p) Aquarius, (q) Vasquez, & ferè omnes ex Doctoribus Scholasticis. Eandem sententiam præ ceteris rigide tuetur (r) Augustinus in libro peculiari contra mendacium scripto, qui tamen & ipse, ut videre est apud (s) Thomam Hybernicum, nunc huc, nunc illuc fluctuat. Urgent autem illi cum alia, tum maxime mendacii cum insigniori ille juris naturalis precepto: Quod tibi hoc alteri, pugnantiam triplicemque inde emergentem malitiā ac deformitatem, abusum videlicet sermonis, deceptionem proximi & humanae amicitiae violationem. At alii, è quibus (t) Origenes, Tertullianus, Lactantius, Chrysostomus, Hieronymus, Cassianus, Plato, Xenophon, Cicero, multique alti id affirmant, ratj, quod sicuti mendacium rationis unius esse solet ordinis, sed aliud jocosum, quod tantum joci honestaque recreationis causa; aliud Officium, quod in altetius duntaxat singulare emolumentum, vita videlicet, fama bonorumque externorum tutelam; aliud denique Pernicisum, sive, ut Grotio vocatur Injuriosum, quod ex pravitate cordis inque proximi per-

nitiem

nitiem & injuriām , aut etiam Dei contumeliam , profertur ; ita hoc extreūm tantum mendacii genus intrinsecē & ex sua natura malum & prohibitum esse arbitrantur , minime verō jocosum & officiosum , cum nulla in his monstrari possit circumstantia , quæ formaliter & suapte naturā ullam fundet turpitudinem . *Quibus & nos accedimus* , hoc tantum pro uberiori eorum , quæ hactenus allata sunt , intellectu adhuc addentes , quod mendacium sit ex numero communium περὶ ἐν τὸ αὐτὸν ἔρος , quæ inæqualiter de suis inferioribus dicuntur , & quidem illorum , quæ proprius accedunt ad æquivoca , cum quæνανύμως propriè ac pressè tale mendacium non nisi perniciosum seu illud sit , quod ex malitia & animo nocendi provenit , quoque Dei honor aut amor proximo debitus ladiatur , veluti fuit filiorum Jacobi apud patrem suum , uxoris Potifaris , meretricis apud Salomonem , falsorum testimoniū Izebel , Herodis ad sapientes &c. Officiosum autem & Jocosum non nisi nomine & quæνανύμως talia sint , nec ullius iniquitatē aut vitii arguendus sit , quā homini falsum pro vero suggerit & falsiloquio imponit , si vel in præsentissimam ipsius salutem , vel singulare oblectamentum illud vergere non ignorat , modo non jus , quā aut totius societatis publicæ aut singulorum saluti tuende obligati sumus , eo violetur .

Ad

*Ad argumenta in contrarium allata responsum  
fuit (u) in Institut. Moralib.*

- (a) Vid. Wendelin. Philos. Moral. lib. I. de Recta vita c. 31. p. 987. (b) in Hug. Grot. lib. 3. c. 28. ad th. IX. (c) Comment. in Gen. c. 27. v. 18. 19. disp. 2. (d) in explicat. Decal. p. 393. & in comment. in Gen. XXV. Exercit. 94. Gen. XXVII. Exercit. 119. & alibi pagis. (e) in Salomone prævio lib. I. c. 3. n. 8. (f) Syntag. lib. X. c. 38. (g) in L.C. tom. I. p. 667. (h) cit. l. (i) Notis ad Grotii lib. 3. c. 1. (k) in orbis Phaetonate c. 35. & c. 36. (l) lib. V. Manual. Controvers. c. 20. S. 3. (m) in Summa verb. Mendac. (n) in Summa. p. 168. (o) in lib. 3. Magistri sentent. dist. 38. (p) in cit. lib. (q) ibid. (r) cit. lib. de Mendac. (s) in Florileg. Dd. tit. Mendac. (t) De Origine, Tertulliano & ceteris testis est Hug. Grotius lib. 3. c. 1. §. 9. n. 2. & 3. (u) Part. II. c. XVI. §. 17. p. 206.

### §. IX.

*An autem mendacium non nocivum,  
aut etiam officiosum ad eandem classem  
pertingant. Iatis accuratè ab aliisi  
Doctoribus tractatum est, in princi-  
mis ab (a) Augustino in Enchiridio  
suo; item à (b) Sylvestro & ab Aucto-  
re de Jur. Belli ac Paris, ubi hæ quæ-  
stiones & aliae ad eandem mate-  
riam*

riam pertinentes examinantur & veterum scriptorum auctoritatibus fulciuntur, quod me brevitatis causa remitto.

(a) dict. c. 22. quod. 2. c. i. §. 9. (b) Summa in verb. Mendac. (c) lib. 3. c. i. §. 10. & seqq. usque ad finem.

Sed de Mendacio non vocivo aut etiam officioso, quod omni careant vitio, modo dicimus. Dicendum nunc esset de perverso illo & quovis injuriouso mendacio perniciosior dogmate, de Subauditionibus ac Interpretationibus tacitis, seu, ut vulgo vocantur, Reservationibus mentalibus; Nec mirus de Dolo, num ipse sit ex numero eorum, que indifferentia ac media nature? an verò eorum, que intrinsecè turpia & jure naturae prohibita sunt? Item an simulatione utendum? & si utendum, quando & quoisque cum in divinis, tum profanis illas à conscientia id fieri possit? Sed cum de his idque getas allis nobilioribus materialis (a) alibi ex instituto egerimus illuc, B. L. remittimus.

(a) Institut. Moral. Part. II. c. 16. §. 18. & seqq.

### §. X.

Hoc interea notandum, minime huc pertinere eos, qui rem falsam

Sed hanc dicunt, quam veram putant: (a) Nemo enim mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod puerum verum: quantum quantum in ipso est, non fatus ipse, sed fallitur; ut nec eos, qui aut parabolis, citra veritatem, docendi causa conflictis utuntur, aut hyperbolice loquuntur, Rhetorum more, cum (b) quis ad verum mendacia venit; aut qui per Ironiam aliud dicendo, aliud intelligi volunt. Quibus etiam addi possunt ii, qui jocando alter quam sentiant loquuntur, & qui ludunt verbis ambiguis, duos aut plures significatus admittentibus. Denique sciendum, hic nos tantum agere de sermone afferente, non vero de promittente, cuius alia est ratio, ut suo loco demonstrabimus.

(a) dict. qu. 2. c. 15 autem 4. §. nemo. (b) Senec. de benef. lib. 7. c. 23.

M. m.

Verisi.

Verisimum est; minime pro mendaciis  
bus eos esse habendos, qui rem falsam, sive per  
simplicitatem & ignorantiam, sive ab alio de-  
cepti, per errorem proferunt; quam putabant  
esse veram: cum quantum in ipsi est, non  
alterum fallere conatur, sed ipsi fallantur,  
dum id, quod falsum, pro vero arripiunt:  
Et si (a) temeritatis ac stoliditatis reprehen-  
sionem non effugiant, qui haec ex nimia  
& prepropera credulitate accepta inter alios  
iterum spargunt. Sed nec eos mendacii no-  
tam contrahere putamus, qui parabolis, ad evi-  
diendum confitis, apologiis ac fabulis, frontis;  
odique genus, aliis tropis locutionibus, sinuari-  
cum ejus. (b) qui istas profert, animus & in-  
tentio haud sit, alios decipiendi, sed verita-  
tem oculiōre & lucidiore quadam rati-  
o ne docendi. ~~aut~~ autem & ille, qui hyperbolam  
aut etiam vocem vel locutionem ambiguum, uno  
pluribus significatibus gaudentem, &c. adhibet,  
a mendacii culpa immixtis sic non adeo inter  
eruditos expeditum est. Ita sentiunt, qui  
hyperbolam mendacii speciem ac ementientem  
superjectionem vocant, e quibus prater (c)  
Senecam (d) Drexelius, qui cum hyperbolis  
eorum, quos (e) Moyes traxerat ad expla-  
randam terram Chananiam relationes pro-  
duxisset, statim in hac erumpit verba. Qui  
veritati studet, exagorationes omittat, hyper-  
bolam agueat, suo rem pretio offerat. Non con-  
venit

venit Comedie cothurnus, nec Tragedie fottus,  
tenutur tenet, grandia grandius effendia.  
Sua rebus sit autoritas, pars pars magna  
magis. Proximas mendacis est, qui prout  
rem solet aut immundare. A quo non abeunt  
illi, qui ex hoc hyperboli, quod hyperbole species  
mendacis sit, negant, solles in Scriptis S. Matthei  
locutiones hyperbolitas. Sed cum hujusmodi  
locutiones passim obvias sint in utroque culto  
(f) Veneri tam (g) Natio Frederic, megaron illi-  
lus mendacis annumerantur ad fallendum  
directas esse, non magis atque allegoricas, met-  
aphoricas, metonymicas sedque genit. alias.  
Utpote et (h) quibus mentendi propositum  
longissime abest, & tantum ornandi dictio-  
nem voluntas adest. Bonè igitur (i) Augu-  
stinus: Salutem rerum sive plerunque verba en-  
tendere videntur fidem, quod non sit, quando  
aliquid, quod erat obscurum vel dubium, cau-  
sa & ratione redditum exponitur: sed quando  
id, quod apertum est, vel augetur vel extenua-  
tur, nec tamquam transire significande veritatis  
erratur, quoniam sic verba rem, que indican-  
tur, excedunt, ut voluntas loquentis, nec fallen-  
tiis adspicit, qui novit, quousque credatur, a  
quod illa sequam credendum est, vel minuitur  
toquendo aliquid, vel nubetur. Huna loquen-  
ti modum grecō scritione, non solum Grecarum  
verum etiam Latinarum literarum Magistri  
Hyperbolē vocant, qui madus sicut loco, ita in

nem nullis atque divinis literis iurantibus. Consimilia his (k) Theophylactus aliquique Ecclesiae Doctores. Quod attinet locutiones ambiguas, plures significatus sive ex vulgi usu, sive ex artis consuetudine, sive aliunde ferentes, modo animi nostri conceptus uni istorum significatum corresponeat, ab omni mendacio aliena sunt, etiam si alter, qui audit, in aliam partem eas accepturus sit, modo tamen ejusmodi locutiones non temerariet sint, sed vel erudiendo ei, qui curæ nostræ traditus, vel attollende iniquæ interrogatoriæ, vel nostræ utilitati sine alterius damno querendæ, inserviant; alias extra hanc casus si ad sententiam animi mei liquide exponendam obligatus sum, parum interest, simplici mendaciō an ambiguo sermone alterum depictiām. Que extremo hujus s. subiunxit Author, quasi qua hactenus tradita tantum ad assertorē, non promittentem sermonem referri debant, ea ex (m) Hugo sunt defuncta, qui quomodo accipienda sint, dextrè exposuit.

- (a) Pufendorf. de Jur. N. & G. lib. IV, c. I. §. 8. (b)  
Wendelin. Philos. Moral. lib. I. c. 31. p. 996.
- (c) cit. l. (d) in Orbis Phæt. (e) Deuteronom. I, 28. (f) Judic. VII, 12. I. Samuel. XII, 5.  
II. Samuel. XVI, u. Ose. I, 10. Job. VI, 3.  
I. Reg. X, 27. (g) Joh. XXI, 25. Act. LI, 5. (h)  
Keckerm. in Rhetor. (i) tract. 124. in Joh. (k)  
in Cap. XXI. Joh. (l) Grot. lib. 3. c. I. §. 10. n. 2.  
& Pufendorf. cit. c. §. 13. (m) Grot. ibid. §. 18.

## §. XI.

Restat ultima hujus capitinis pars, nempe de *Injuriis*. *Injuria autem ex eo dicta est, quod non jure fiat:* omne enim, quod non jure fit, *injuria fieri dicitur*: (a) *Specialiter autem injuria dicitur Contumelia*. *Contumeliam quidam à (b) contumescendo derivant,* quippe quæ proficiuntur ex insolenti tumore animi; *alii, & melius quidem nostro judicio, à (c) contemnendo*, ut quia is, qui eam alicui infert, manifestè contumeliam ejus indicat. Hinc (d) Seneca: *Contumelia à contemptu dicta est, quia nemo, nisi quem contemnit, et afficit injuriam*. Etsi autem contumelia gravior videatur aliis injuriis, pertinet enim illa propriè ad dignitatem, illæ vero ad famam, juxta vetus (e) illud:

*Patior facile injuriam, si est libera à contumelia.*

Revera tamen levior est contumelia; prior (f) enim illa natura gravior est, bac levior & tantum deliciae gravis, quæ non leduntur, sed offenduntur.

(a) I. i. ff. de Injur. (b) Sylvest. Summ. in verbo Contumel. (c) dict. leg. i, in fin. pr. (d) Senec. de Tranquillit. vita lib. II. (e) Pacuvius Perib. (f) Senec. de constant. sapientia.

*Quid sit injuria;* & quomodo cum ab erato, ruit ab infonatio differat, patet ex superius. Illud saltem hic notetur, quod *Injuria* JCtis, ut ex tit. IV. Instit. lib. IV. evidens est, & nomen generis & speciei sit, & generaliter omne id, quod non jure fit, - h. e. juri ac aequitati adversatur, designet eoque adulterium, homicidium, furtum & omnia delicta, tam publica, quam privata finu suo complectatur. Speciester vero *contumeliam*, h. e. injuria quandam speciem significet: quem tamen neutram confundenda est cum convitio, utpote quod illa latius patet, & praeter honoris imminutionem aue objectionem defectus in moribus, quam sola arguit contumelia, etiam objectionem defectus in natura & quoque alio connotat.

(g) Molina tom. V. tract. IV. disput. 21. n. 1.  
p. 1274.

§. XII.

Omnis Injuria aut fit re aut verbis  
aut scripto: De priori hic non age-  
mus, quia ea à lœsione, de qua  
jam egimus, non multum differt.  
(ut (a) cum quis pulsatur sine do-  
lore, vel verberatur cum dolore,  
ideoque ejusdem ferè naturæ est  
ac iisdem regulis constat. Ne-  
que etiam multa afferemus de In-  
juris per scripturam illatis: vix enim  
hic quippiam singulare occurrit:  
sufficit itaque quod (b) de famor-  
is libellis statuitur. Injuria, que ver-  
bis fit, à Scholasticis dividitur in quin-  
que Species.: Prima est Contumelia,  
quæ contra honorem alterios fit;  
Altera Detractio, quæ est famæ lœ-  
fio, cum alicui quid objicitur,  
quod contra bonos mores atque  
ita probrem est; Tertia Suspirus,  
quem propriè ad diffundendas ami-

M m 4 citias.

citias spectare volunt; *Quarta est Irrisio*, quæ in eo præcipue consistit, ut alicui pudor suffundatur; *Postrema (e) Maledictio*, sive mali alicujus imprecatio. Sed nimirum duæ priores species præcipue sunt, & ad eas reliqua facile referuntur.

(a) L. Cottet, p. 8. t. 8. de Injur. (b) rot. tit. Cod. de famos. libellis. (c) Soto de Justit. & Imp. lib. V. qu. 9. 10. & 11.

*De dissidentibus Doctorum circa divisionem aut potius distinctionem Injurie opinionibus.* (a) supra egimus. Potius id nanc acturi sumus, ut de libellis famosis sive pasquillis, quas Autor inter injurias litterales retulit, eorumque quidditate & moralitate aliqua edisceremus. Vocamus autem (b) libellum famosum injuriam, quæ alteri notabile aliquod, certum, speciale, grave atque famosum crimen, ut adulterii, fornicationis, homicidii, &c. dolô malo objicatur, sive sit verum crimen, sive non; sive id fiat carmine, sive solutâ oratione, sive cantilenâ compositâ, sive imagine & pictura, sive ad modum. Itaque incutrit hoc crimen, qui librum, carmen aut historiam ad alterum diffamandum scripsit, edidit, dolö malo

malō fecit , quō quid eorum fieret , aut in-  
 ventum non supprescit & combustit , aut non  
 manifestavit authorem , aut alio modō co-  
 operatus fuerit . Quomodo Sotades Creten-  
 si Poëta , quod plura impudentius scripsisset  
 in plumbeo vase conclusus , in mare demer-  
 sus est , teste (c) Atheneo , aut in carcere con-  
 tabuit , autore (d) Plutarcho . Malitia & gra-  
 vitas hujus peccati satis est conspicua . Prater-  
 quam enim quod hujusmodi libelli Autor in  
 precipua Juris naturalis capita : unicuique su-  
 um est tribuendum ; quod tibi non vis fieri , al-  
 teri ne feceris ; ne occides ( corpus vel famam  
 scriptō aut lingua ) impingit ; & contra cha-  
 ritatem proximo & naturali & divino jure de-  
 bitam ipsam honore ac fama vitaque civili spo-  
 liat , eoque & furti & rapina & homicidii cri-  
 men incurrit , etiam reatu lege civili statuto  
 obnoxius sit , & non solum ex (e) Carolina pena  
 talioris , sed & (f) Valentini & Valentis con-  
 stitutionibus capitali subjicitur , (g) indignus  
 redditur , qui vel ipse testamentum conficeret  
 vel ab alio confecti genuinus esse possit testis .  
 Ex quibus adparet , multò majore (h) foedi-  
 gate gaudere injuriam , quæ scriptō & litteris  
 commendatur , quam verbalem , utpote que  
 consuliō sit , & peregrinis est , & per multorum  
 manus longè latèque vagetur , atque tamq[ue]  
 subsistat dedecus , quamdiu remanet memo-  
 ria ; vox vero transitoria eis ejusque facie  
 datur

datur oblivio. Quod attinet *Catum tam*,  
*Detractiōnē ceterasque hic ab Autore ex*  
*Moralistis memoratas injuria verbalis species,*  
*cārumque inter se con-as disconvenientiam,*  
*pūltis de iis egimus in (i) Institution. Moral.*  
*quæ h̄c loco commentatiōnis esse possunt.*

- (a) C. XI. S. I. (b) Molina de Just. & Jur. tom. V.  
 tr. 4. disp. 37. n. 2. & 4. Petr. Gregor. Synt.  
 J. C. Part. III. lib. 38. c. 6. p. 791. (c) Dipno-  
 sop. lib. 14. c. 7. (d) Plutarch. in Pedagog.  
 (e) Art. 110. (f) L. usic. C. de famos. libellis  
 & L. Cornel. S. si quis. lib. ff. de Injur. & fa-  
 mos. libell. (g) I. ob carmen in princip. ff. de  
 testibus. I. is cui. S. ult. & I. cum lege. ff. de  
 testami. (h) Petr. Gregor. L. cit. (i) Part. II.  
 c. 15. S. 7. p. 162. & segg.

### §. XIII.

*Illud in orani Injuria generale, quod*  
*bac peccata (a) ex intentione sumunt*  
*gravitatem, qvod jcti dicunt, in-*  
*juriā in affectu facientis consistere.*  
*Et qvod per eam l̄edatur alicujus*  
*existimatio, qvam qvis tueri &*  
*posit, & aliquatenus dēbeat:*  
*Crudelis (c) enim est, qui famam negligit.*  
*Hinc & illud: (d) Curam babe de bo-*  
*no nomine, b̄c enim magis permanebit*  
*tibi,*

nib, quam milie pretiosa athesauri & mag-  
ni. Facile hinc adparet, quatenus in legis naturalis præcepta  
impingant, qui alterius aut digni-  
tatem misouunt aut bonam fa-  
mam commaculant. Quid enim  
magis charitati, quam hominoho-  
mini debet, contrarium est, quam  
ut quis alterius honori detrahat,  
aut probrum aliquod ei malignè  
afficeret, quod nemo bonus un-  
quam sine summa animi commo-  
tione habi fieri patiatur.

(a) Sylvest. Summ. verbo Injuria. (b) I. illud 3. s. 2.  
¶ de Injur. (c) c. 12. qu. 1. c. nolo 10. (d) Si-  
rac. c. 41. v. 19.

Turpitudo injuriarum verbalium omni-  
um statim se ingerit oculis, ut dubitari non  
possit, quia in præcipua iuris naturalis capi-  
ta hie impingatur. Quod igitur primùm  
Contumeliam & Detractionem atinet, evidens  
est, eum, qui alterius honori ac famæ de-  
trahit, non tantum contra charitatem pro-  
xima debitam agere, sed & eum occidere,  
& bonis in his terris haud postremis, vita  
ferre

fere & quiparabilibus privare, coquere & furti  
 & homicidii crimen incurrere. Nec minore  
 turpitudine gaudent Irriso, Susurrus & Male-  
 dictio. Irrisore enim aut Irrisu, sive fiat  
 verbis, sive gestu ac motibus corporis &  
 membrorum, ( quæ (a) Molina in specie Sub-  
 sannatio dicitur ) ille, cui ea fit, non solum  
 (b) rubore ac verecundia suffunditur, atque  
 ad vindictam incitatur, sed & aliorum lu-  
 dibrio exponitur & contemptui, quæ quo in  
 majoris cultus ac dignitatis personam v. g.  
 patentes, magistratus, præceptores, confessio-  
 nes, &c. cadit, eò majoris impietatis ac ma-  
 litiae est, omnium autem maximæ, nec (c)  
 specie differentis à blasphemia, si in DEV.M.  
 Hinc (d) Rex Gothorum Theodoricus, de ini-  
 juriis in magistratum dictis sic statuit : Se-  
 ne, forsitan magnificos viros loquacitas popula-  
 ris offenderit, presumptionis bujus habenda  
 discretio est. Teneatur ad culpam quisquis  
 transiunti reverendissimo Senatori injuriam  
 inflixerit, si irritis eum, male optavit, cum bene  
 loqui debuit. Et rursus : Edictali (e) pro-  
 grammato, definimus, ut si atroces injurias in  
 quempiam Senatorum vox injusta presumferit,  
 soverit se à Prætore urbis audiendum, ut pro  
 qualitate facti discussa recipiat promulgata  
 jure sententiam. Susurrus denique mutua  
 benevolentia ac amicitia tollitur, que sicuti  
 magna in his terris bonum est, quia (f)  
 bono.

bono honoris ac famae potius ac majus, ita,  
 quā illud auferatur, injuria ac crimen, ipsā  
 contumeliam majus & atrocior est. Ad ex-  
 tremum Maledictione, sive mali imprecatione  
 in (g) charitatis legem peccatur, proximus,  
 cui maledicitur tristitia sufficitur etaque ad  
 iram commovetur. Illud adhuc notare non  
 omnino inutile erit, quod in omnibus injuriis  
 earumque (h) atrocitate certe diffimilanda ad tria  
 in primis responendum sit, ad injicias ipsas, ad  
 personas injuriantes & injuriatas seu patientes  
 injuriam, & denique ad ipsum modum, h. e.  
 res aut verba, quibus inferuntur, ita tamen  
 ut in ipsis omnibus (i) fons injuriarum, h. e.  
 injuriandi amnis, in primis attendendus sit.  
 Si enim verba injuriola aliquis protulere  
 non diffimandi aut minuendi alterius cu-  
 matum & honorem, sed jocandi causā, aut tu-  
 endi jus suum, pro injuria haberi nequit.  
 Sed nec illud hic silentio transmittendum est,  
 quid injuria verbalis (k) alia expressa, alia as-  
 cita & implicita sit; expressa quidem, si quis  
 aliquem adulterum aut homicidiam vocat;  
 tacita vero, cum quis dicat, non sum gib-  
 bosus, non sum ille qui furtum fecit, aut  
 cum per ironiam deformem pulchrum, vel  
 timidum Achillem nominat.

(a) tom. V. p. 4. disp. 24. n. 3. p. 1275. (b) Valent.  
 disp. V. qu. 18. punct. 2. in pr. p. 1465. (c) Ca-  
 jetanus in 2, 2, Thom. qu. 75. Molin. cit. I.

- n. 6. p. 1276. (d) Gaffiot. lib. I. var. epistol.  
 27. (e) Idem lib. I. epist. 31. (f) Philosoph. g.  
 Eth. c. 8. (g) Laymannus Theolog. Moral.  
 tam. I. lib. 3. part. 2. c. 6. n. 2. p. 335. (h) Gre-  
 gor. Synt. I. V. Part. 3. lib. 38. c. 3. n. 1. p. 782.  
 (i) Idem lib. c. 2. n. 1. (k) Idem eit. lib. c.  
 3. p. 789. & 1200.

## §. XIV.

**Porrò examinandum est, qui de illata injuria teneantur, & qui eam prosequi possint. Ad primum quod attinet, omnes, qui rationes capaces sunt, obligantur: non autem infantes, amientes, furiosi, & si qui sui juris compotes non sunt. Prosequi autem possunt, qui ipsi in sua persona laeli sunt; item Maritus (a) pro Uxore, Pater pro Li- bēris, (b) Dominus pro Servis.**

(a) L. injuriar. a. C. Beinjur. d. n. 3. secund. tit. (b)

L. dominian p. C. eod. cit.

**Cum injuria sit ex eorum actionum clas- se, qui, ut (a). mortales docuitur, ab animis h. e. voluntate, pendent, eoque deliberationem & propolitum voluntatis exigunt, evi- dens est, omnes, quotquot injuria p. inferen- di**

ut animum & intentionem habuerint, de  
 ihjuria & clamni inde dati omniumque que  
 (b) ex hoc, velut necessitate & nexu quodam  
 naturali aut mortali profluant, restituzione  
 teniri. Cuius (c) illustre exemplum habe-  
 mus in *Ariatbe*, Cappadocum regem, qui, quod,  
 obstructis quibusdam per lasciviam angustiis,  
 ad quas *Melas exiitum* in Euphratem habet,  
 magna Galatis & Phrygibus damna intulis-  
 set, permisso Romanis judicio, XXX talen-  
 torum dattino multatus est. Excludimus  
 ergo ab hac obligatione infantes, amentes,  
 furiosos, utpote qui ut usurrationis latendi-  
 que proposito destituuntur, ita ad inferendam  
 alias injuriam prorsus inidonei sunt.  
 Mariani dictum vendicandi ius habent non tamen  
 qui in sua persona, sed et in aliis, puto pa-  
 rentibus, uxore, libertis, servis, cognatis, amicis,  
 benefactoribus, legatis eorumque comitibus, les-  
 sū est, non solum ex fictione juris civilis nec  
 (d) genitum, quam personæ hujusmodi, v.g.  
 maritus & uxor, pater & filius, item mittens  
 & missus profusa persona habentur; sed et  
 ut maximè ex humanæ nature communio-  
 ne. Bene igitur iudicavit (e) Solon: beatas  
 fore res publicas, in quibus alienas injurias  
 quisque suas existimaret. Et (f) Anise tele  
 dixit: oportere quemque aut pro se arma  
 sumere, si injuriam acciperit, aut pro co-  
 gnatis, aut pro benefactoribus aut sociis in-  
 juria.

injuria affectis auxilia ferre. Et (g) Suidas apud Indos; ait, religionem fuisse pugnare pro iis, quibus injuria fit.

(a) Hag. Grot. lib. 2. c. 4. §. 3. (b) Idem lib. 2. c. 17. §. 12. & Pufendorf. de Jur. N. & G. lib. 3. c. 1. §. 3. p. 254. (c) Strabo lib. XII. Vid. Grotius cit. c. 17. §. 12. (d) Idem Grotius lib. 2. c. 18. §. 4. n. 5. (e) Plutarch. in Selen. (f) c. 3. Rhetor. ad Alex. (g) in verbo Indi.

### §. XV.

Sequitur, ut videamus, quoque se injuriam extendas obligatus esse qvod nos in sola satisfactione statim esse dicimus. Qui enim (a) accepit satisfactionem, injuriam remisit. Consistit autem ea satisfactio duabus partibus: Prima est confessio & deprecatio culpe; Altera est reparatio damni dati. Cum enim aut honor aut fama nostra laeditur, naturalis ratio exigit, ut nobis satisfiat per agnitionem culpæ in persona ejus qui nos laesit, & per solutionem damni, qvod aliquis inde sibi obvenisse conqueritur, qvod

quod (b) ferè ex ipsius pendet existimatione. Quò sensu rectè accipi potest hac (c) sententia: Consumela non ab inferentis animo, sed ex iudicio eorum, qui patiuntur, aut sit auct perit. Sed cum homines in proprietate injuriæ censu soleant esse judiees iniquiores, ad boni viri arbitrium res ducenda est, & legibus civilibus plerumque ita temperatur, ut palinodiam canere debeat is, qui injuriam protulit; & damnum sarcire, quod alter in sua existimatione passus est. Hinc illud in veteri (d) Comedia:

*Negre ea verbis solvos unquam, quod  
mibi re male feceris,*

*Novi ego vestra bac, nolle factum,  
jusjurandum dabitur te.*

*Indignum injuria bac.*

Item alterum hoc:

*Aut satisfaciat mibi, adjuret in-  
super,*

*Nn.*

*Nolle,*

*Nolle esse dicta, que in me insortem  
protulit.*

(a) L. sed si 17. §. si ante 6. ss. eod. tit. (b) Summ.  
Sylvestr. in dict. verb. contumelij §. 4. & in  
verb. injuria §. 5. & 7. (c) Chrysostom. de  
Stat. (d) Terent. Adelph. (e) Plautus Am-  
phit.

Posteaquam de *Injuriarum verbalium*  
*quidditate & turpitudine pro instituti sui mo-*  
*dulo egit, jam ad comprehendam hanc de in-*  
*juriis materiam ad modos tollendi earum à sub-*  
*jecto obligationem transit, illorumque duos*  
*quasi principes constituit, satisfactionem vi-*  
*delicet & remissionem, deque illa hoc, de hac*  
*in sequenti agit §. Notat autem, quod sa-*  
*tisfactio, qua extinguitur in injuriante inju-*  
*riæ obligatio, partim in injuria agente detesta-*  
*tione ac deprecatione culpe, partim in restitu-*  
*tione damni dati consistat: Cum quamdiu*  
*qui alterius famæ ac honori nocuit sibi in*  
*peccato placeat nec illud agnoscit & a耶ersa-*  
*catur, tamdiu habeat rationem voluntarii nec*  
*ulla culpe abolitio contingat. Non satis au-*  
*tem est factum morale agnoscere & detestari,*  
*sed & amplexus requiritur, ut *damnum*, quod*  
*alter in sua existimatione passus est, ab injuri-*  
*ante, solutâ pœnâ civili aut criminali, compen-*  
*setur, utpote quâ damni exhibitione, & in-*  
*fsecutâ pœnæ, ob injuriam delicto datam de-*  
*bitz, solutione, quam partem satisfactionis*  
*omisit*

omisit Autor, injuria illata quasi infecta redi-  
ditur & injurians totaliter ab omni culpa li-  
beratur. Includere autem videtur satisfactio-  
ne cum ipsam pénitentiam, qua cum primis in-  
agnitione ac detestatione facti moralis consistit,  
cum restitutionem, quæ propriè rerum est &  
damni dati compensatione absolvitur. Quia  
vero sit pénitentia & quotplex, quid item re-  
stitutio & satisfactio moralis, & quomodo hæc  
cum à restitutione tum à pénitentia seu retrac-  
tatione moralis rite disberminetur, nec minus  
quod pénitentia ad hoc, ut culpa aboleatur,  
satisfactionem debeat præcedere, pluribus egi-  
tus in *Institut.* (a) *Moral.* Plerumque au-  
tem, ut plenè satisfiat in foro civilis injuriis  
verbalibus, jubetur is, qui temere eas pro-  
tulit, palinodiam aut recantationem illarum  
agere, vel eò loco, quō intulit, vel aliō pu-  
blico, vel præsentibus testibus exhibitis, vel  
id genus consimili modo aliō.

(a) *Parte I. c. IX. s. 31. & 32.*

## S. XVI.

Sunt tamen & alii modi, quibus  
ipsa Injuria tollitur, quos inter pri-  
mum locum obtinet Remissio, quæ  
sane multis rationibus Vito bone-  
faceri potest: est (a) enim perfec-  
tio

tio species aliqua ultionis: quid autem  
mibi cum ultione, cuius modum regere  
non possum per impatientiam doloris.

Qvò pertinet hic veteris Testa-  
menti locus: (b) non quaras ultio-  
nem, nec memor eris injurie civium  
tuorum; Et hic (c) Apostoli: non  
posmet ulciscentes, dilecti, sed date lo-  
cum ira, scriptum enim est, meum est  
ulcisci, ego rependam, dixit Dominus.  
Itemqve (d) illius Ecclesiæ Do-  
ctoris: ne nos vindicta delebet,  
qvæ alieno malo animum pascit.  
Et hic (e) JCti: cogitatio ejus, qui  
lites execratur, non est visuperanda.

(a) Tertullian. de Pallio. (b) Levit. XIX, 18. (c)  
Epist. ad Rom. XII, 17. (d) Augustin. epist.  
154. (e) Litem si S. I. f. de alien. iud. met.  
caus. fact.

Nactenus de primo modo tollendæ Inju-  
ria, Satisfactione, egit. Jam ad alterum, Re-  
missionem videlicet, progreditur, quam S.  
Pandectæ virique sapientes & cordati multis  
nominibus viro bona & mansuetia commen-  
dant. Fit autem (a) Remissio illa vel expresse  
vel

vel tacitè s. expressè quidem, pactò & transactione, itemque jurejurando, cum quis iuramento afferat, se non intulisse injuriam, aut non animo injuriandi fecisse; tacitè vero dissimulatione, si quis injuriam, ut mox dicturi sumus pluribus, plane ad animum non revocet, aut, si ad animum semel revocatorerit, negligat, aut neglectam esse ex certis indiciis ac argumentis adpareat, de quibus postea.

(1) Petr. Gregor. Synt. J. V. Part. III, lib. 38. c. 7. n. 10 & 11. Struv. Synt. J.C. Exercit. 48. ad lib. 47. Pand. tit. X. de Injur. & famos. libelli. S. 64.

### J. XVII.

*Ad Remissionem introducendam de jure naturae sufficiunt ea signa, quæ animi non exulcerati vel deliniti sunt testimonia, quæ leges civiles, mirum in modum huic remissioni faventes, etiam ulterius produxerunt ad actus aliquos, unde tacitè infertur, ut sunt (1.) Si (a) injuriam passus eam statim ad animum non revocaverit. (2.) (b) Si annum elibi passus fit, antequam de ea quece-*

tum instituit. (3.) Si (c) mors alterutrius interveniat. (4.) Si (d) aliqui intercesserint actus amicitie, ex quibus dissimulatio injuria argui posse videatur, ut si injuriatus cum injurioso comedat, ludat, bibat, quæ omnia cum jure naturali satis convenient. Revera autem lapsus anni neminem ab illata injuria liberat, ut nec mors alterutrius interveniens, manendo in terminis pure naturalibus, Tēmpus (e) enim hoc iuste non est modus tollendi obligationem. Et mors non est actus voluntarius, atque ita post obligationē Yenit introductam nihil potest operari.

(a) S. final. Instit. de Injur. I. non solum, S. I. ff. 111. 200. p. (b) I. si non convitit, s. C. cod. tit. (c) I. Injuriar. 13. ff. de inj. (d) C. nec aliqua 27. q. i. (e) I. obligationem 44. S. I. v. si placet ff. de oblig. & action.

Agit hic de signis atque indiciis, ex quibus manifestare esse injuriam, si non certitudine physica

*physicæ &c naturali, morali tamen & civili, patet constare veluti sunt, si (a) actus amicitiae intercesserint, v. g. convivalis & familiaris conversatio, salutatio reciproca, compositio iniquum, compotatio, iusus, quæque sunt id genus animi deliniti & non exulcerati indicia alia; Si injuriatus injuriam sibi illas amstating non ad animum revocaverit, nullumque de se offensi animi indicium prodiderit, sed potius familiarem sese injurianti exhibuerit; Si prescriptio & lapsus unius anni intercesserit, & intra illum injuriatus cum potuerit, non tamen egerit; Si denique mors injuriam passa est etiam injuriantis intervenierit. Quamvis quod lapsus anni attinet, non naturali ille, sed arbitrario civili juri ejusque dispositioni tribuendus sit.*

(2) Petr. Heig. ad Inst. lib. 4. tit. 4. de Injur. §. hec actio. p. 425. & Mynsing. ibid. p. 165. Meier. C. J. A. ad lib. XLVII. tit. X. de Injur. §. 37. p. 1188.

### S. XXIX.

*Denique etiam leges civiles intervenient aliquos modos, quos pro idonea satisfactione habent, ut (a) Si in initio litus injurians protestetur, se injuriandi animum non habuisse, atque ita se purget. Si (b) injuriatus.*

Nn 4.

alias

alias retorserit injurias, atque ita ipse  
sc̄ tali modo vindicaverit: hæc  
enim vindicta ei sufficere debet.  
Et si qva alia ejus generis sunt,  
qvæ apud JCtos, hanc materiam  
tractantes, facile reperire est.

(a) diq. I. si non convitii, s. Gail. lib. 2. observ.  
106. (b) I. quæ omnia 25. ff. de procurat. I.  
scientiam 45. S. 4. ff. ad I. Aquil.

*De Recriminatione seu Retorsione Injuriarum, qua legitima injuria verbalis in ipsum injuriantem, honoris suendi non ulciscendi animo facta, propulsatio; est, fatis egimus in (a) Institut. Moral. dum ostendimus, eam, si cum moderamine fiat, neque limites excedat, jure naturæ non injustam esse, utpote quod ius, iudicab. (b) Laynitati aliorumque, defensionem omnibus regulariter, qui verbali injuria affecti sunt, etiam per Retorsionem, tanquam defensionis speciem permittit, eandemque etiam ius civile agnoscit, ut ex (c) formulis ibi extantibus, mensuris, viam veritatis ignorari, falsum asseveras, falso tibi persuasum est. falsum est, idque genus aliis, evidens est.*

(a) Part. II. c. XV. §. 10. Vid. Rennemann. de Jut. Report. Wendel. Philos. Mor. lib. I. c. 32. qu. ii.  
p. 1040. Schilt. Manud. Philos. Moral. ad veram  
Juris-

Jurisprud. c. 8. §. ix. p. 1122. (b). Theol. Moral. tom. I. lib. 3. de Justit. tr. 3. p. 2. c. 6. n. 1. p. 335. Vid. Lyc. de Penna in l. errat circa pr. de casti pecc. mil 12. C. (c) l. viam, loca C. l. falsò, de divers. rescript. C. l. falsò de contum. rer. alien. 4. l. 1. de reg. Cat. l. si rem. quam de evict.



## CAP. XV.

DE

# PROMISSIONIBVS ET PACTIS.

S. I.

**A**bsolutis duobus prioribus iuriis preceptis, nunc ad certium accedamus, quod in jure suo unicuique tribuendo tam inter vivos quam causa mortis consistit. Et prior quidem pars totam contractuum materiam complectitur: ea enim versatur, ut cum (a) Tullio loqvar, in hominam societate tuenda, tribuendaque suum.

um cuique & rerum contractarum fidei.  
Prius igitur de Promissionibus seu  
Pactis in genere agemus, mox ad  
speciales & singulos contractus  
gradus collaturi.

(a) Cicero L de Offic.

Supra (a) cum de iuris naturalis effatis  
agere coepimus, tria diximus ab Imperatore  
Justiniiano principio institutionum adferri,  
quorum primum de honeste vivendo; alterum  
de non laedendo, & tertium de unicuique  
suum tribuendo. Illis igitur duobus  
praeceptis jam absolutis, superest adhuc ter-  
tium, quod tam inter vivos quam mortis  
causa obtinere, eruditè monet Autor. Cum  
verò prior pars totam contractuum materia-  
riam complectatur, contractus autem pacta  
& promissiones sint, (b) non quidem simpli-  
ci & spontanea oblatione, sed mutua conven-  
tione constantes, ideo ad contractum na-  
turam & ad alia multa rite cognoscenda, hic  
nobis item de pactis & promissis materialia  
præmittere voluit.

(a) C. IX. s. I. (b) Vid. Instit. Moral. P. II. c.  
XVI. s. 8. p. 182

g. IX  
Ad promissionum naturam  
perci-

percipiendam vel maxime spe-  
ctat, ut intelligamus eam, qvæ  
inter dictum & promissum est,  
differentiam, qvam sic explicat  
I<sup>C</sup>tus Ulpianus: (a) Dictum à pro-  
missa sic discernitur, dictum accipimus,  
quod verbo tenus pronuntiatum est, ne-  
doque sermone finitur: promissio autem  
potest referri, & ad nudam promis-  
sionem, sive pollicitationem, vel ad spon-  
sum. Est igitur propriè promissio,  
(b) quando quis se aliquid daturum vel  
factarum affirmat, aut negat. Gene-  
raliter autem pactum à I<sup>C</sup>tis de-  
finitur (c) duorum pluriumve in idem  
placitum consensu.

(a) L. sciendum 10. 9. dictum 2. ff. de P. a. l. l. edic.

(b) Summa Sylv. in verb. pactum. (c) L. l. 5.  
2. ff. de pact.

Quamvis inter Dictum, Promissum, pol-  
licitationem & sponsionem, ut ex sequentibus  
adparebit, notabilis detur differentia, si qui-  
dem notiones istæ propriè & in rigore acci-  
piantur, tamen in jure civili (a) pollicitatio-  
nis & (b) sponsionis vocabula ita largissime  
inter-

interdum accipiuntur, ut omnis promissio utroque vocabulo designetur, quemadmodum id ex leg. pollicitatione C. de donatione ant. nupt. & leg. penult. C. de dor, promiss. ut & leg. 7. ff. de V. S. aliisque evidens est.

(a) Vid. Petr. Grégoř. Synt. J.V. part. III, lib. 24.  
cap. 9. n. 1. (b) Zigler, ad Grot. lib. 2. c. 15.  
num. 3.

### §. III.

Pertinet igitur præcipue ad naturam promissionum vel pactorum *consensus*, in quo etiam consistit differentia inter pacta & pollicitationem, qua est promissio facta alteri tacenti, & non roganti: (a) Promittimus rogati, pollicemur ultra. Cujus vis in eo consistit, ut obligationem in promittente quidem pariat, sed nullum jus proprium exigendi alteri tribuat: (b) Pactum est duorum consensus atque conventio; Pollicitatio vero offerentis solius promissum. Fit itaque sine interrogacione præcedente, & præsentiam non

non desiderat ejus personæ, cui  
pollicitatio fit. (c) Aliter se in pa-  
ctis res habet, ubi semper acce-  
dere debet voluntas jus propri-  
um alteri conferendi: (d) Non e-  
nim satis est datus esse nummos & fieri  
accipientis, ut obligatio nascatur, sed  
etiam hoc animo dari & accipi, ut obli-  
gatio constituatur. Et alibi: (e) Ea so-  
la dicta autem promissa admittenda sunt,  
quocunque sic dicuntur, ut praesentur,  
non ut jactentur. Et generaliter: (f)  
Multum intereat commendandi causa  
quis quid dixerit, an vero prestitorum  
se promiserit, quod dixit.

(a) Donat. ad Ter. (b) L. 3. ff. de Pollicit. (c)  
Summa Sylv. dict. loc. (d) Obligat. 3. §. 1. ff.  
de oblig. & act. (e) dicta l. sciendum 19. §. ea  
3. ff. de Adil. edict. (f) dicta l. sciendum in pr.

*Quomodo promissio seu pactum & polli-  
citatio differant exponit. Nimisrum pollicitatio  
strictè accepta est (a) solius offerentis pro-  
missum, seu ultrò facta & spontanea sine ac-  
ceptatione promissio, & tunc fieri dicitur  
quando quis aliquid alteri promittit, ut ta-*

men

mēn alter neque tacitē neque expressē consenserit; pactum verò est diorum plurimū in idem placitum consensus, semperque mutuum & reciprocum paciscentium consensum requirit; pollicitatio fit sine interrogatione precedente, secus verò se res habet cum pacto; pollicitatione non transfertur ius in alterum, pacto verò omnino; pollicitatio efficaci obligatione destituitur, quā tamen gaudet pactum, quæque sunt id genus discrimina alia. Appositè ea de (b) Hug. Grotius: secundus gradus promissionis est, cum voluntas seipsum determinat pro futuro tempore, cuius signo sufficiente ad indicandam perseverandi necessitatem. Et hoc pollicitatio dici potest, qua deposita lege civili obligat quidem aut absolute aut sub conditione, sed ius proprium alteri non dat. Multis enim casibus evenit, ut obligatio sit in nobis & nullum ius in alio; Sicut in debito misericordia & gratie reponende adpareret, quibus fintile est hoc debitum constantiae & fidelitatis. Itaque ex tali pollicitatione res pollicitantis retineri, aut is ipse qui pollicitus ad impellendam fidem cogi jure naturæ non poterit. Et postea: Quod deliberatò fit, sed non eo animo, ut ius proprium concedat alteri, (ut in pollicitatione) ex eō negamus ius exigendi cuiquam naturaliter dari, quamquam hinc honestatem & necessitatem quandam moralē nasci agnoscamus.

(a) Myn-

(a) Mynsing. Schol. in Institut. lib. 3. tit. XVI. ad Heig. ibid. Vid. quoque Gregorius cit. l. (b) lib. II. c. XI. 6. 3.

## §. IV.

**I**n primis vero examinandum est, quod jus naturae circa pacta constitutat, & unde ea obligatio originem trahat: utrumque nos docent haec juris loca. (a) *Pacti conventionisque fides servanda est.* (b) *Maxime contractus fides servanda est.* (c) *Fidem placiti servandam esse, convenit.* Et paulo latius: (d) *Siquidem nihil ita fidei congruit humanae, quam ea, quae placuerunt, custodiri.* Item: (e) *Quid tam congruum fidei humanae, quam ea, quae inter eos placuerunt, servare?* quod ipsum & bona fidei vocce aliquando significatur. Ulpianus: (f) *Nihil magis bone fidei congruit, quam id prestari, quod inter contrabentes actum est.* Et Javolenus: (g) *Bona fides exigit, ut quod convenit, fieri.* **Quod egregie explicat Cicero his**

**H**is verbis: (h) *Fides hoc non solum ad iustitiam attinet, verum est ipsissimum iustitiae fundamentum, cui omnia hominum pacta conuenientaque nituntur.*  
**Q**uod ipsum & his verbis postea repetit: *Fundamentum iustitiae fides, id est dictorum covenrorumq[ue] constanza & veritas.* Iterumque: (i) *Sic oīci, qui studiosè exquirunt, unde verba sint dicta, ajunt, quia scit quod dictum est, appellatam fidem.* Et alibi: (k) *Fides nonen ipsum videtur habere, cum sit quod dicitur.* **Q**uod & secutus est ipse Augustinus, sic loquens: (l) *Fides duabus suis syllabis significat, ut sciat quod dicitur.* Ex quibus omnibus discimus, nihil æquitati magis consentaneum esse, quam ut homines veraces sint in præstans promissis: hoc enim est opus iustitiae, quæ societatem humana unice sustentat. Et arguimento est, quod ipse Deus, qui nullâ

nulla constituta lege obligatur,  
 profitetur, se hat lege obligari  
 velle, ut promissis stet, nemirum  
 quia id naturae suae convenit.  
**Hinc** Nehemias de promissione  
 terrae Cananæ Abraham facta  
 agens: (m) *Implevisti verba tua,*  
*quoniam justus es.* Et alius: (n)  
*Fidelis enim est, qui repromisit.* Et  
 iterum: (o) *Ille fidelis permanet, ne-*  
*gare seipsum non potest.* E contra  
 vero: (p) *Grave est fidem fallere.*  
**Quod** & agnovit Tullius his ver-  
 bis: (q) *Fidem frangere, perfidiosum*  
*& nefarium est.* Et *vetus Comi-*  
*cus:* (r)

*Nam in hominum genus, hominibus*  
*Universis est aduersum, atque omni*  
*populo malefacit*  
*Male fidem servando.*

**Hinc** & illud: (s)

*Fidem qui perdit, nihil potest ultra*  
*perdere.*

Oo

Et

Et poenam violatae fidei sic paucis describit Poëta: (t)

*Aget agrum nocte dieque  
Despecta & violata fides.*

Peccat autem non tantum contra charitatem, qui quod promisit, non præstat; sed etiam ingens læpe detrimentum ei infert, qui suam promittendi fidem adhucuit. Est igitur non tantum publica vox, violatorem fidei esse execrandum, sed etiam ipsius naturæ.

- (a) L. 7. Cod. de paci. (b) circa 19. C. locat. (c) l. sicut 12. C. de act. emt. (d) l. non minorem 20. Cod. de transact. (e) l. n. ff. de paci. (f) l. exempto 11. §. i. ff. de action. empt. (g) l. cum venderem 21. ff. ioc. (h) Cic. de officiis. (i) eod. lib. i. (k) Non. ex Cic. de Rep. (l) Aug. Epist. 19. ad Hieron. (m) Nehem. 9, 8. in E. (n) Epist. ad Hebr. cap. 10. v. 23. (o) Paulus 2. Tim. 2, 13. (p) l. i. ff. de pec. const. (q) Cic. pro Rosc. com. (r) Plaut. Triplum. (s) Publ. Syr. (t) Sil. Ital. lib. 13.

Quod *promissio* in promittente vim obligandi pariat, eaque jus proprium transferatur in *promissarium*, patet ex natura *promissionis*,

**E**tonis, neque quæ aut est via ad alienatio-  
nem rei, veluti in promissione; quâ aliquid  
daturum; aut alienatio particulae cuiusdam  
de nostra libertate, ut in promissione, quâ  
aliquid faciūtur promittimus, vi cuius,  
quod ante facere aut omittere pro arbitrio  
nostrō poteramus, nunc præstare, inque eo  
nostrī promissi præscriptum sequi tenemur.  
**B**enè (a) *Grotius*: *Tertius gradus* est, ubi ad  
determinationem tamē accedit signum volendi  
iux proprium alteri conferre: qua perfecta pro-  
missio est, similem habens effectam, quam alienatio  
domini. *Est enim autem viā ad alienatio-*  
*nem aut alienatio particulae cuiusdam nostrae li-*  
*bertatis.* Illuc pertinent *promissa dandi*, huc  
*promissa faciendi &c.* Idem quod diximus,  
ex (b) natura immutabilis cum veritatis  
cum justitiae evidens est, qua Deo omnibus  
est, qui modo ratione utuntur, suo modo  
communes sunt, ita quidem ut non solum  
homines sed & Deus, qui nulla lege constitu-  
ta obstrictus, teneantur ad id quod premi-  
serunt præstandum. Evidem *Franciscus Con-*  
*ianus, Ictus Parisiensis, Consularis Regius sup-*  
*plicumque libellorum Magister*, qua de obliga-  
tione promisorum facientis differimus,  
prosurgat, & promissionibus simplicibus  
paetisque nudis, qua in se nullum ouval-  
laryua continent, omnem vim obligandi ab-  
judicat, his permotus rationibus, non solum

quod non minor sit culpa ejus, qui penitentia nulla de causa pollicenti credit, quam ejus, qui variataem adhibuit promissionis, fortunioque omnium magnum imminet periculum, si promissio tenetur botines, sed & per quam iustum sit, si promissorum prestatio cujusque honestati & liberalitati relinquatur, nec omnia ad obligacionis necessitatem exigantur. Sed quid roboris istis argumentis infit, diximus in (d) Instit. Moralibus, in quibus ad singula respondimus insimulque de Causis promissionis cum internis cum externis, partitionibus, aliisque ad hanc notabilem materiam pertinentibus, fuisse egimus.

- (a) lib. II. c. XI. §. 4. n. 1. (b) Idem cit. l. (c) Comment. Jur. Civil. lib. V. c. I. & lib. I. c. VI.  
(d) pars. II. c. 16. §. 13.

### S. V.

Divisiones pactorum sunt variae, quæ tamen omnes suum usum habent: 1. *Pacta* enim aut publica sunt aut privatae. Publica sunt, quæ inter summas potestates inire solent, ut per pacem, vel foedera, vel (a) quoties inter se Duces bellique dam paciscuntur. Sed haec nostri non sunt instituti. 2. *Private* aut legi-

legitima sunt, aut non sunt. Legitima sunt, (b) quæ lege aliqua confirmantur. ut sunt (c) stipulationes, & constituta & omanes iuris gentium contractus. Quæ verò juris Romani non sunt vallata præsidio, pæctus nuda vocantur, quia in puris terminis iuris naturalis manent & idemque etiam (d) de jure Romano actionem non parunt. Secus vorò (e) de jure Canonico, cui, ut in hac parte æquiori, mores nostri se conformant. Ruetus (f) alia pæctus sunt expressa, alia tacita. Expressa ea voco, (g) in quibus confessus est expressus, id est, verbis, vel literis significatus. Tacita vero, quæ vim suam exerunt, (h) etiamsi nihil nominatio convenerit, quia enim conventiones etiam tacite valente, placet in urbanis habitatiopibus locandis, inventa illata pignori esse locata.

4. Iterum: pæcta sunt vel rea-

his vel personaria & illa quidem  
 quoties generaliter pacificor, ne peccamus;  
 hæc vero, quoties, ne à persona pene-  
 tam: id est, ne à Lætitia Ticio peccamus. (i)  
 Utrum autem in rebus in personam  
 pactum factum sit, non minime verbis  
 quidam exstante connotentium estiman-  
 dum est. Et alia divisio, quod  
 pacta quædam sunt obligatoria, quædam  
 liberatoria: (k) priora obligatione  
 nem inducunt; posteriora vero  
 eam tollunt. Qua spectant van-  
 ni tollendarum obligationum  
 modis, ut sunt, (l) acceptatio, nova-  
 tio, & similes: in quibus genera-  
 bus est regula, (m) ut facilitius esse  
 debatur ad liberationem. 6. Denique  
 & pacta alia sunt judicialia, alia ex-  
 tra judicialia: (n) ad illam speciem  
 spectant prætoriæ stipulationes,  
 & aliæ, quæ in iudiciis proportiona-  
 tur; ad hanc vero speciem omnia  
 pacta,

pacta, quæ extra judicium incun-  
tur, & ubique obvia funt.

- (a) L. conventionum 5. s. i. ff. de pact. (b) Legiti-  
ma 6. ff. eod. tit. (c) l. i. ff. de pec. const. (d)  
l. jurisgentium 7. s. 4. ff. de pact. (e) cap. i.  
X. de pact. ibique Gl. (f) l. 2. ff. de pact. (g)  
dicta l. 2. & l. 4. s. 2. eod. tit. (h) dicta l. 4. (i)  
l. jurisgentium 7. s. 8. dict. tit. (k) dicta l. le-  
gitima 6. (l) tit. Inst. quib. mod. toll. oblig.  
(m) l. Arianus 47. ff. de oblig. & act. (n) tit.  
de prætor. stip.

*Parte* equidem hic ab *autore* *postponit*  
*divisiones* *proponuntur*, sed quia illarum ple-  
raque non naturali, quod unice hic atten-  
ditur, sed civili juri ortum debent, ut vel ex  
*divisione* *pactorum* *privatorum* in *legitima* (a)  
*non legitima*, *nuda* & *non nuda* aut, ut aliis (a)  
male vocantur, *vestita*, &c. est evidens, ideo  
*dijudicationi* (b) *ectorum* *eras* *relinquitur*. De  
cetero quid sint *pacta* *publica* & *privata*, vi-  
deri potest (c) *Hugo Grotius*.

- (a) Vid. Pufendorf, de Jur. Nat. & G. lib. 3. c. 2. s. 2.
- (b) Wissenb. Zoesius, Meierius ad lib. 2. ff. tit. XIV.
- (c) de Jur. R. ac. P. lib. 2. c. 15. s. 1.

## C. VI.

Nunc ad *personas* *veniam* *tus*.  
*Pacisci* *omnes* *possunt*, qui *consentire*,  
etiam *Fili-familias* (a). Nam *Filius* *fam-  
ilia* *ex* *omnibus* *causis* *conquam* *Patrem*

Q. 4 fami-

Familias obligantur, & ob id agere cum ea  
tanquam cum Patre. Familias potest.  
Etiam servi sed naturaliter tan-  
tum: (b) Alii enim ex contractibus ei-  
xister quidem non obligantur, sed na-  
turaliter obligantur, & obligant.  
Et cum omnibus pacisci possu-  
mus, cum quibus ius gentium no-  
bis commune est, quales sunt (c)  
peregrini, deportati, (d) hostes, trans-  
fugi, qui deictum loca sunt: (e)  
pacrones, priuadores (f) quibus o-  
mnibus fides servanda est.

(a) Familias. (b) I. 39. ff. de obligat. &c. (c) I. 4. ff. sed. &c. (d) I. sunt. 17. §. 1. ff. de  
pcen. I. deportatus 15. ff. de boyu damin. (e) I.  
fin. de legat. (f) I. amissione 5. §. 1. ff. cap. hinc  
&c. &c. &c. (g) I. bona je & sui m. depos. (h) I. 17. ff. &c. &c. &c. (i)

igit hic de pactorum Causa effidente pro-  
pinqua notaque, quae omnes, qui consentien-  
di potestate gaudent naturaliter possint pacisci,  
Etiam filius familias, non nisi tamen pubes,  
Itemque servus. Ode naturaliter. Quam  
est enim de iure Civili pater & filius propria  
persona, & Servus eodem pro nulla habeat  
tur.

ter, & que civiter obligari nequeant, non tam ea obstat, quia minus naturalem obligationem posseat constringere & ex pactis suis naturaliter obligari, (a) modo non in detrimento patris aut domini, in quorum sunt partestate illa fuerint inita. Quomodo autem, & a quibus pactis aut contractibus abarcari possunt filii familiis tatus egit (b). Arnoldus Ferronius. Non solum autem familiis, de quibus diximus, sed & (c) peregrinis, maleficiis & deportatis, hostiis, qui quis loco sunt, transfugis, latronibus, pradonibus, hereticis & infidelibus, omnibusque illis, cum quibus fuisse gentium sub communione est, pacisci possunt. Undique quod, cum illis pactum sancte servare tenemur. Ut hinc aeterna infamia notandum sit factum (d). Patrum Concilii Constantiensis, quod quod hereticis non sit servanda fides. Sigismundo Imperatori auctores suerunt, ut Joachanem Husum & Hieronymum Pragensem, Bohemos, quibus plenissimam eundem rediundique oportet libertate potestim deponere, anque ipsi contra datam fidem ad iugem damnaverit: Quantio glorioius & sapientius (e) Carohis V. Imperator Lutherum publica fide ad Concilium Wormatiense presentem, in columnam & inviolatum dimittit, dicens: fidem rerum promissarum, et si toto mundo exularet, apud Imperatorem tamen operatae confitebitur.

(a) I.

(a) f. 17. §. ult. de tutor. & cur. dat. (b) in §. I. de stat. person. in Consuetudin. Burdegalensi. (c) Mottomani. Illust. quist. 7. Bodinus V. de Rep. cap. ult. p. 937. Fach. IX. Control. 18. Petr. Martyr. clasie 2. Locot. comm. loc. 3. n. 13. & seqq. Grot. 3. de Jur. B. ac P. c. 19. Zasius in Apologia contra Eckium. Cicero 3. de officiis. Bachovius Nat. ad Treutler. vol. I. disp. VII. th. 7. lit. A. Gregorius IX. Pontifex c. ult. extra. de hereticis. Wissenb. disp. IX. ad lib. 2. tit. 14. de pactis ff. p. 49. & 50. (d) Chronic. Cation. lib. 5. p. 840. (e) Slesdanus lib. 3. Bodinus dict. lib. V. de Rep.

## §. VII.

Prohibentur autem pacifici quidam  
natura, quidam lego, & fundatur  
principio ea prohibitio in defectu  
potestatis, vel in defectu voluntatis.  
Ad prohibitionem ex defectu poe-  
statis pertinent illi, qui pacta in-  
eunt contra 1. Jus Dei, 2. Jus Na-  
turæ, 3. Mandata Magistratus; &  
4. Tenorem Legum Civilium:  
quæ omnia huic innituntur prin-  
cipio, quod inferior contra supe-  
rioris voluntatem nihil potest ef-  
ficere, hoc enim esset agere extra

Sphæ-

Sphæram sive activitatis, ut lo-  
quuntur Philosophi. Et de Deo  
quidem ex iis, quæ supra tractata  
sunt, res perspicua est, utpote  
qui supremum in omnes habet  
imperium. De naturâ vero, cui  
omnes quoque homines subsunt,  
hoc etiam nullam habet difficult-  
tatem. Generaliter enim novimus,  
(a) turpe populacione nullius esse mo-  
ratur; (b) cumque sine contra bonos  
mores, ea nec facere nos posse credam-  
us est. **De Magistratu vero am-**  
**bigere non sinunt loca, quæ Ma-**  
**gistratus omnino patendum, evin-**  
**cunt. (c) Hinc, qui vocante Piatore,**  
fecit, videtur contra edictum fecisse. (d)  
Idque etiam ad Patres, & Domini,  
nos extenditur & adeo, ut etiam  
velle non credatur, quæ obsequitur im-  
perio Patri, vel Domini. (e) Leges  
ipas quod attinet, ea, quæ con-  
tra Leges sunt, irrita esse vethin-  
patet,

pater, (f) quod ius publicum praetor  
rum pactis mutari non potest. Et quod  
Praetor ea se tantum pacta serva-  
turum dicit; (g) que neque adver-  
sia leges, Plebiscita, Senatus consulta,  
caloba Principis facta erunt. Deni-  
que & generaliter pronunciatur;  
(h) Quoties pactum à jure communis rom-  
anorum est, servare hoc non oportet. Et si  
si stipulatio interposita sit de his, de quin-  
bus populari non licet, servanda non est  
sed omnino respendenda.

(a) L. generaliter 16, ff. de verb. oblig. (b) I. 16.  
M. ius 15, ff. de cond. inst. (c) I. qui iussu 167 S. 1.  
ff. de reg. iur. (d) I. qui vetante 102, ff. eod.  
-ff. ius 167; (e) I. vello 4, ff. eod. cit. (f) I. ius 38, ff. de  
pactis. (g) I. iuri gentium 7, 6. ait 7, ff. de  
pacto (h) dicta I. 7, S. & generaliter 16.

Cum Causa Pacti efficiens proxima, ceu  
dilectam, sint pacientes & quidem per suum  
consensum; qui instar causalitatis est, evidens  
est; eos, qui sensu b. c. voluntate & consentien-  
ti facultate destituti, per naturam pacisti non  
posse; cuius generis sunt infantes, furiosi, alii  
que de quibus in sequentiis dicturi sumus;  
Quia nec illos, quibus quidem non deest  
princi-

principium obligationis, consensus deest tam  
men per legem pacificandi facultas: Atque  
huc pertinent omnes illi, qui vel contra  
mandatum & voluntatem Dei, magistratu-  
rum aut aliorum superiorum, veluti paren-  
tum, dominorum &c, vel contra jus natu-  
rale vel civile pacta ineunt, cum in his omni-  
bus sit facultatis aut iuris pacificandi defi-  
ciens. Ubi tamen notetur quod quae de pa-  
cificantibus, lege prohibitis, Autor hic attu-  
lit, melius ad materiam circa quam sententia  
tionem; de quibus pacisci liceat, quam ad  
doctrinam de causa efficiente, pertineant.

## §. IX.

**E**x defectu vero voluntatis pacisci  
natura verantur, 1. Furiosi, 2. Ir-  
fantes, item 3. Hi qui errant, & 4.  
Dolo vel metu indacti sunt; 1 ex  
lege vero civili etiam 5. Impuberes,  
& 6. Prodigii: his enim omnibus  
voluntas sibi constare non credi-  
tur, quibus talia adfunt impedimen-  
ta. De singulis videamus,  
& quidem furiosum, cum animi  
sui impos sit, ad incunda patra  
ad-

admitti non debere, ratio ipsa di-  
ctat. Furiosus enim nullum negotium  
gerere potest.(a) Et furiosus, sive fi-  
puletur, sive promittat, nihil agere na-  
surà manifestum est.(b) Ratio est, quia  
sec intelligit quod agit,(c) quæ etiam  
in Infante locum habent.(d) Ac-  
cedit quod explicare intentionem  
suam per idonea mentis signa non  
valeat, cum & oratione, & scri-  
ptura destituatur. Sed quid de  
aliis, qui farijam possunt, puber-  
tatem verò nondum attigerunt,  
dicendum est? nobis certam re-  
gulam hac de re à natura non esse  
constitutam persuasissimum est:  
alius enim alio in usu rationis  
matuor est. Illud de jure na-  
turæ constat, eum, qui satis pol-  
let judicio, ad rem, de qua agitur,  
perficiendam etiam naturaliter  
posse obligari, quod ex quotidiana-

nis

nis actibus dijudicandum. (e) Leges vero civiles, ut huic incertitudini obviam eant, distinguunt in Impuberibus, inter eos qui sunt infantiae, aut pubertati proximi; (f) & pubertatem anno decimo quarto in Masculis, in Feminis vero duodecimo circumscribunt; annos vero minoris aetatis ad vigesimum quintum aetatis annum extendunt. Et in impuberibus quidem, quos & pupillos vocant, (g) obligationem efficacem non admittunt: Obligari enim ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest, adquirere autem sibi stipulando, & per traditionem accipiendo, etiam sine tutoris auctoritate potest. (h) naturalem tamen obligationem, ubi pupillus locupletior est factus, agnoscunt (i) & quandoque etiam civilem. (k) Puberum verò alia est ratio, nam puberes sine

Cura.

-Curatores suis possum ex stipula reibili-  
gar, (i) ita tamen, ut curatorem  
habens minor, bona sua venden-  
do nihil agat, sine curatore venu-  
constitutus. si contraxerit, am-  
plorate in integrum institutio-  
nem possit. (m) De errante ve-  
go, quod is revera non obligetur,  
habet militat ratio, quod nihil magis  
confusus est, quam error,  
qui imperitium ducet. (n) Quae &  
latius sic confirmantur; In totum  
omnia, que animi destinatione agenda  
sunt, non nisi vera, & certa scientia per-  
fici possunt; (o) & quod non videntur,  
qui errant, consentire. (p) Debet ta-  
men hic adhibeti aliqua distin-  
ctio, si promissor se fundat in præ-  
sumtione quadam facti, quod non  
ita se habet, naturaliter nullam  
eius esse vim; si vero adfuerit qua-  
dem error, vel in qua fundata non fu-  
erit promissio, ratum esse, quod aclaima-  
eft.

(q) Idem judicandum de iis, qui dolo, vel metu inducti sunt ad paciscendum: Nihil enim confessus tam contrarium est, qui ex bone fidei iudicia sustinet, quam vis atque manus, quem comprobare contra bonos mores est. (r) Hinc prætor sic edidit: Quod metus causa gestum erit, natus non habeo. Olim ita ediebatur quod vi metus vel causa, vis enim fieret metus propter necessitatem impositam contrariam voluntati, metus vera impavidus, vel futuri periculi causa mentis trepidatione. (s) De dolo vero sic edicit Prætor: Quia dolo malo facta esse videntur, judicium dabo. Hoc edictio Prætor adversus peritos, ex dolosos, qui aliis offuerunt calliditate sua subvenit. (t) Dolum autem ex indicio perspicuis probari convenit, (u) quæ omnia sic etiam juncta leguntur: si metu cogitus, aut dolo inductus, aut errere lapsus, stipulanti Titio promissi, quod non  
Pp. debu-

debueras promittere, palam est iure co-  
vilitate obligatum esse, & adio, quâ in-  
senditur dare te operari, efficax est, sed  
iniquum est te condemnari, adeoque da-  
tur tibi exceptio quad metus, aut dolis  
malis, aut in factum composita, ad im-  
pugnandam actionem. (x) Est tamen  
inter metum & dolum aliqua dif-  
ferentia: contractus enim mea ini-  
tus, etiam de jure naturali tenet, et si  
rescindi debent, (y) non item ille  
contractus, cui dolus causam dedit, qui  
ipso iure nullus est. (z) De prodigo ve-  
ro hoc solum afferemus, quod is,  
cui bonis interdictum est, stipulando fibi  
adquirit: tradere non potest, vel pro-  
miscendo obligari. (aa)

- (a) L. in negotiis 5. ff. de reg. juris. (b) l. i. §. fu-  
riosum 12. ff. de oblig. & act. (c) §. furiosus  
9. Inst. de inut. stip. (d) §. ii. cod. tit. (e)  
Hug. Grot. de Juf. bell. lib. ii. C. de promissis  
n.s.N. §. (f) §. sed quod 2. Inst. de inut. stipul.  
(g) l. pupillus. 239. ff. de verb. signif. (h) l.  
obligari 9. ff. de auth. pr. (i) f. 13. 24. ff. de  
cond. ind. (k) l. s. & s. i. ff. de auth. pr. l. 3. ff.  
comit. (l) l. Puberes 201. ff. de verb. oblig.  
l. obli-

( 95 )

obligari 43. ff. de oblig. & act. (m) l. si ex  
tatem; C. de integr. restit. (n) l. si per ipsi  
ff. de ju. (o) l. in totum & 6. ff. de reg. iur. (p)  
l. nihil 116. § 2. ff. ead. tit. (q) Hug. Grot. q.  
cap. II. N. 6. (r) l. nihil 116. ff. de reg. iur. (s)  
l. l. ff. quod met. caus. (t) l. l. ff. de dol. mal.  
(u) l. dolum & C. de dol. mal. (x) § 2. Inst. de  
except. (y) Summa Sylv. in verb. metus qu. 8.  
(z) l. & eleganter 7. ff. de dol. mal. (aa) l. in  
cui 6. ff. de verb. obl.

**D**e his, qui lege à pacificando prohibentur,  
jam diximus. Superest, ut de his etiam, quos ma-  
tura & pælis abaret, aliquæ dicamus. Atque  
hic primam occurrunt infantes, si de furiosis  
& amentes, idolo vel meta inducti, itelli prodigi  
& ebriosi, denique qui ex ignorantia aut errore  
agent. Et de Infanticis quidem ut & furiosis  
& amentibus, quod non possint pacisci, tes-  
tit clara. Est enim pacificatio auctus moralis,  
qui nisi ab eo, qui voluntate ac intellectu  
gaudet, proficiere non potest; Infans autem  
ut & furiosus, quod tempore furore correptus,  
eorum, quæ agunt, nec intellectum nec vio-  
lentatem habent. De meru inductis, scien-  
tia, quod semotâ lege civili & gentium,  
quæ obligationem possunt tollere aut affir-  
mari, pacta, quæ metu expressa, per se ineffica-  
cia haud sunt; quoniam (a) consensus adfuit  
non conditionalis sed purus & absolutus, &  
actiones mixtae, in quibus vitando majori  
malo minus, quod eligitur, boni tandem ha-

turam quodammodo induere incipit, veritate estimatione magis pro spontaneis, & voluntariis quam invitis habentur, ita tamen ut qui metu alterum ad paciscendum compulit, teneatur paciscentem, si modo ipse velit, liberare & in integrum restituere, non quod inefficax fuerit pactum, sed ob dannum injuria datum. Studiò dixi: Si (b) modo paciscrens velit. Nam si cessante metu paciscrens restitutionem non desiderat, aut etiam ulcere, quod pactum est, præstat, tum ex novo illo & vere libere consensu (c) ius novum validamque ei, qui metum intulit, accedit, quod ipsius à restitutione liberat. Alias si nova & libera consensio non intercessit, licetum tunc erit ei, qui injusto metu & vi ad paciscendum compulsus, restitutionem ab eo, à quo compulsus, poscere, aut etiam summa potestate, cuius imperio subest, petere, ut res in pristinum statum redigatur, aut (d) exceptione metus oppositā iugis ex pasto per vim adversario quæstua elidere. Dispar omnino est ratio eorum, qui errore aut dolo injusto industi aliquid promiserunt, cum (e) metus, quamvis libertatem voluntariis impedit, non tamen profus involuntariam reddat actionem & invitam, cum quamvis ægre & difficulter, tandem tamen voluntas ad id inclinet, quod tanquam minus malum adevitandum maius malum eligitur: quare nec

ob

ob voluntatis defectum pacta metu extorta infirmantur, sed ob dampnum, si quod injuria datum est. In pactis vero & promissionibus, ratione causa error & dolus est, ipse etiam voluntatis consensus deest, cum non nisi sub illa conditione facta esse videantur, si videlicet circumstantiae ita se habeant, quales esse existimantur, dum modo quod recte notatum (f) *Grotio*, pactum aut promissio errori illi ac dolo tanquam fundamento suo insitatur, idque quod per errorem ac dolum creditum fuit, in mente ejus, qui pactus est, vim habuit conditionis fundatae in presumptione aut suppositione alicujus rei, qualitas aut facti, quae non ita se habent. De prodigiis dubitari posset, nam posse pacisci & paciscendo, saltem non pliter obligari, cum non solum voluntate paciscendi gaudeant, sed & ex delicto teneantur poenamque sustinere. Sed cum illis rios minus ac furiosis (g) nulla voluntas inesse credatur, ipsique quod agunt non intelligere intelligantur, evidens est, ne quidem naturaliter pacisci posse, nisi forsan eiusmodi pacta in ipsorum utilitatem recte facta sint. Idem judicium esto de *Ebris*, cum & hi prodigiis haud absimiles sint eisque *acutia* à (h) *Paulo* tribuar, quae vox propriæ prodigorum vitium non solum ab (i) *Aristotele*, sed etiam à *Graci* vocatur.

(a) Hug. Grot. lib. 2. c. II. §. 7. p. 2. Arriag. 3. Nic. c. 2. l. 21. §. 5. ff. quod met. caus. l. 22. ff. de Riu Nupt. Senec. Controvers. 26. Dürrius Institut. Ethic. part. 3. sect. I. c. 3. §. 72. &c seqq. Augustin. qn. 24. in Numer. Damascenus lib. a. fidei orthodox. c. 24. Thomas I. 2. qn. 6. qrt. 6. Valent. Comment. Theol. in Thomam tom. 2. disp. 2. qu. 1. punct. 4. Suarez. disp. 3. sect. 1. Vasquez disp. 2. c. 3. Tanner. disp. 2. dub. 6. Arriaga disp. XI. sect. I. Vid. Institut. Moral. Part. I. c. VI. §. 14. (b) Grot. lib. 2. c. 21. §. 7. n. a. (c) Pufendorf. lib. 3. c. 6. §. 14. Grot. lib. 3. c. 19. §. 4. n. 2. & lib. 2. c. II. §. 20. (d) Iheris Grot. lib. 2. c. 13. §. 14. & lib. 3. c. 19. §. 9. Pufend. lib. 2. c. 10. §. 2. (e) Habermus ad Weſenab. tit. dodec. mal. u. t. (f) lib. 2. c. XI. §. 6. & c. XIII. l. §. 4. n. 1. lib. 2. c. 23. §. 4. Uſtelman. c. 7. §. 12. Pufend. lib. 3. c. 6. (g) I. Fatioſa. l. 40. de Reg. Jur. (h) Ephel. V. 18. (i) Iheris. c. 1. Vid. Maier. Coll. Jur. Argent. ad libro 2. Pand. tit. 14. de pacto.

### §. IX.

**Veniamus ad pactorum materiam,**  
quæ in omnibus iis, sive publicis  
sive privatis consistit, quæ in com-  
mercio sunt, & naturalè vel civili lege  
in pactum deduci non prohibentur, (a)  
sive praesentes sint, sive absentes, sive  
etiam futura, (b) sufficit enim ut  
res promissa aut sit, aut esse possit in no-  
stra

*sua potestate.* Cæterum si non-dum sit, sed futura speretur, in-pendentierit pacti efficacia, do-nec ad nos ea res pervenerit, & tunc tenetur quis facere quic-quid moraliter potuerit, ut id qvam primum fiat: (c). unde in-telligimus rem alienam etiam in-pactum deduci posse. (d) Pro-hibentur autem omnia *de rebus ille-licitis pacta*, ratione potestatis de-ficientis, ut supra attigimus. Il-lud ad hanc partem propriè per-tinet, quod *impossibilium nulla est obligatio.* (e) Nisi non simplici-ter, sed certæ personæ sit impos-sibile. (f) Sic & prohibetur pa-ctum fieri de re sacra, religiosa, publīca, quippe cuius commerci-um non est. (g) Quæ omnia, & si quæ alia hujus generis sunt, exceptionum loco notanda hic veniunt.

- (a) I. Si in emtione 34. §. i. ff. de cont. emt. (b) I. pa&quin. 46. ff. de pact. k. interdum 73. ff. de verb. obl. (c) Hug. Grot. d. c. XI. §. 8. (d) I. Rem alienam. 78. ff. de cont. emt. I. §. ff. de duob. reis. (e) I. Impossibilium. 185. ff. de reg. jur. I. 31. I. 131. eod. tit. (f) I. continens. 187. §. si ab eo §. ff. de verb. obl. (g) S. idem Jutis. 3. Inst. de iusut. stip. I. inter 83. §. §. ff. de verb. obl.

Agit h̄ic de pactorum materia seu re, super qua pacisti licet vel non. Ubi sciendum, quod gener iliter super quavis materia pacta possint iniri, modo non stulta sint, aut impossibilitatem vel moralem vel civilem contingant. Ita inceptum & a pletate alienum esset pactum, quod quis cum aliquo, ut reliquias suas in mare proiceret, aut cum moribundo iniret, ut reverteretur post obitum, deque statu suo ipsum certidorem redderet, cum in potestate animatum haud sit pro libitu sua deserere loca. Consimiliter vana & omnino impossibilis esset pactio de exhibendo mari, de efficiendo ex musca spiritu, divendenda domo, quae non est tuncumque consumpta, &c. Cum h̄ac & id genus alia in rerum natura nec sint nec aliquando esse possint; Nec minus impossibile esset pactum de interficiendo tertio, oculum pendula alterius uxore, ut pote bona eti per tertiam naturam & physice, moraliter tamen & salva conscientia a nobis fieri vel praestari nequeunt: cum ad

(a)

(a) moraliter impossibile nemo jus habeat nec habere posse. Recte igitur Agesilanus de promisso interpellatus respondit: *Bene, si jumentum est, si minus, dixi tantum, non et promisi.* Quod si vero res nondum sit in commercio & potestate paciscentis, sed alterius, ipsius.

(b), tamen aliquando per naturam esse posse, cum in pendentia tamdiu erit pacti efficacia, usque dum ea in potentiam nostram pervenerit, quia tum paquum intelligi debet initium sub conditione, si res ad nos redierit, dummodo ut recte hoc Grotii assertum limitat (c) *Dn. Pufendorfus*, alteri, quocum pacatum, non ignorum fuerit, in praesens rem non esse in potestate paciscentis, sed futuram: Ut si studiosus, legum notitiae adhuc imperitus, alteri premississet, se omnes ipsos causas aliquando in foro acturum esse, immo in Academias prius legum notitiam sibi comparaverit: Ubi quidem in pendentia est huiusmodi promissi efficacia, tenetur tamen qui ita sub conditione promisit pro virili laborare, ut cognitionem sibi acquirat, quod aliquando agendis in foro causis habilis & idoneus reddatur.

(a) Hug. Grot. lib. 2. c. XI. §. 8. n. 1. (b) Idem cit. §. n. 2. (c) lib. 3. de Jur. Nat. & Gen. C. 8. §. 4. p. 374.

S. X. Ad

Ad formam pactorum illud in primitus pertinet, ut omnino promissa ab altero acceptentur, quia absque eo non sunt obligatoria, & ante acceptationem revocari possunt. Sed haec aliaque huc pertinentia discere quis melius poterit ex latioribus aliorum commentariis. (a)

(a) Hug. Geot. d. cap. XI. 5. 14. 15.

*Forma pactorum non est, ut multis videatur, contrahentium consensus, utpote qui cause solidum efficientis vel potius causalitatis rationem habere videtur; neque obligatio cum haec illorum effectum constitutat, sed pacientium actus, quo illi super materia idonea in unum coēunt. Verbo: illorum conventio: quā, ut bene notatum Auctori, etiam acceptatio continetur, utpote (a) sine qua pactionem aut promissionem, etiam iuratō factam, prorsus nullam esse, & nec obligationem naturalem nec civilem oriri posse, vel ex eo clarum esse existimamus, quod (b) omnia promissio presupponat consensum se obligandi, qui ante acceptationē perfecta esse nequit.*

Sic.

Sicut autem alteri promittere consensumque nostrum declarare possumus nunc immedia-  
tè nunc mediatè & per intermedium, ita &  
promissum ab altero factum (c) acceptari pota-  
est nunc immediate, nunc mediatè & per ter-  
tium, sive jam ille peculiari ad id mandato  
instructus sit, sive minus; nisi quod quækunq;  
qui ejus rei mandatum non habuit, non ne-  
gligenda sit (d) distinctio Grotiana inter promis-  
sionem alii factam de re danda tertio, v. g.  
Sejo, & inter promissionem in ipius, qui res  
danda est, nomen collatam.

(a) Vid. Hug. Grot. lib. a. c. XI. §. 14. (b) Zatk ad  
tit. de donation. lib. 39. ff. p. 35. & seqq. p. 399.

(c) Vid. Grot. cit. cap. S. 12. (d) Idem. S. 12.  
dicto cap. & Pufendorf. lib. 3. c. 9. S. 9. p. 389  
& seqq.

### §. XL

Illud non inutiliter hic quæsi-  
potest: an quia res in eodem statu  
non mansit, corruat ipsa pacto-  
rum efficacia? Nos distingue-  
dum putamus, an talis mutatio,  
aut personarum, aut rerum insi-  
derit, ut, si ea tempore pacti initi-  
i fuisse, promissor se obliga-  
turus non fuerit, tunc enim in-  
tercl-

tercidere obligationem, quia nimurum is rerum status unicam causam promitterendi dedit: Si vero alia minor mutatio inciderit, eam minime curari, utpote accidens extrinsecum. (a)

(a) Summa Sylv, in verb. pactum, qu. 4, in fin.

Quæstionem hic proponit, an fides in effatu, quo fuit tempore pacti initi, non manefit sed mutationem recipit, etiam mutatum intelligatur pactum? Et distinguit intermutationem rei substantialem & accidentalem, putatque quia nam solum corruere pactum ejusque obligationem, non item quia hanc. Videatur interim (a) Hugo Grotius & ad eum (b) Prefendorfius.

(a) lib. 2. de Jure B. ac P. c. 16. s. 25. n. 2. (b) lib.

ibidem. c. XII. s. 40. p. 734.

• 26. XII.

In interpretatione pactorum facienda, haec omnino regula servanda est, ut pacta obscura contra preferentem sint exponenda, (a) utpote, in cuius parte plausibilis legem aperte

*apertius conscribere,* (b) aut ut alibi dicitur, potuit re integras apertius dicere. (c) Tum & hoc notandum est, pacta esse stricti Juris, atq[ue]c ideo strictam recipere interpretationem; ita ut nihil acutum intelligatur, nisi quod diserte verbis comprehensum est: *ad hanc omnia enim anima diversitatem est, ne conve-  
tio in alia re facta, aut cum alia per-  
sona, in alia re aliave persona nocent.*

(d)

- (a) Summa Sylv. p. loc. qu. 18. (b) I. veteribus 39.  
ff. de pact. (c) I. cum renderem 21. ff. loc. (d)  
I. si unus 27. S. pacta 4. ff. de pact.

*Circa Interpretationem pactiorum duas re-  
gulas observandas esse monet Autor* (1.) *quod  
pacta obscura exponenda sint contra profe-  
rentem.* (2.) *quod pacta strictam interpre-  
tationem admittant.* De prima nulla est diffi-  
cultas. Cum enim (a) in potestate proferen-  
tis sit, re adhuc integrā loqui apertius, & ipse  
sthen verbis obscuris usus est, sibi imputet  
si nunc oratio contra ipsum pro altero inter-  
pretetur. v.g. si (b) venditor in venditione  
zedium dixerit: *stillædia*, ut nunc sunt, ut  
ita fuit: *quia obscurum est, ipse* venditor san-  
vicinus

vicinus nullicidia recipere debeat? vera contra venditorem exponenda sunt, ut dixerit ades dominari; non servas esse. Quod alteram attinet regulam, quam pacta strictam interpretationem admittere dicuntur, adeo vera est, ut nihil actum intelligatur, nisi quod disertis verbis in his fuerit expressum. Illud (c), scilicet circa primam regulam adhuc notandum venit quod aliud sit obscurum, aliud ambiguum; cum illud hoc lacus patet<sup>q</sup> et omnino quidem ambiguum etiam obscurum sit, sed non contra; inque illo tantum quid dictum quadratur, in hoc vero utrum dictum.

(a) I. veteribus 39. ff. de pactis. (b) I. 172. ff. de Reg. Jur. Vid. prater Wissensbach. disp. XI. lib. 2. ad tit. 14. ff. n. 40. p. 62. Hottoman. qui 13. Observ. 10. ejus rei rationem reddit geminam. (c) Wissensb. disp. 2. ad Reg. Jur. n. 9. n. 1. Cicer. lib. I. ad Herenn. Gellius N. A. 2. c. 12. Cujacius in I. veteribus 39. ff. de pactis.

## §. XIII.

Ad effectum pactorum propriè pertinet, (1.) quod ea obligent conscientias. (a) Est enim ea vis obligationis naturalis, ut supta vi sum est. (2.) quod impediant repetitionem: nam & hoc nomine

nomine obligatio naturalis æst  
matur. (b) (3.) quod pariant ex-  
ceptionem. (c) (4.) quod apta na-  
ta sint producere eos effectus, qui  
respondent actionibus fori Ro-  
mani: quanquam enim actio ex  
pacto nudo eo Jure non debet,  
est tamen nudum pactum ejus-  
dem cum contractibus efficacie  
quoad jus ipsum naturale, ut  
quis quod sibi debetur consequi  
valeat. (d)

- (a) Suorum Sylv., d. loc. qu. 4. (b) I. naturalis 10.  
R. de obligat. act. 1. 9. § 5. & 1. 10. ff. ad S. C. de  
Maced. (c) I. Juris gentium 7. 6. 4. ff. de pacto  
(d) Welenb. i. parat. I. de pact. N. 9.

Pactis etiam nudis inesse vim obligandi  
naturaliter, supra contra Commandam, f. C. t. m.,  
ostendimus. Quod autem obligatio naturalis,  
quaæ illis inest, etiam conscientias hominum  
alliget ad ea servanda, que pacta sunt, nullum  
demonstravimus, cum de effectibus juris na-  
turalis egimus. Quare autem pactis hu-  
iusmodi jus civile nullam accommodate vo-  
luerit actionem, inde factum est, ne oris li-  
beras nimium constringeretur. Cum enim  
pacta

pacta ista tantum leviter emissa videantur,  
citra animum obligandi, maluerunt leges ci-  
viles implementum eorum potius arbitrio  
paciscentium relinquere quam juris vinculo  
alligare, litesque intendere. Quamvis au-  
tem quod dictum pacta nuda tantum aequi-  
tate naturali nitatur, legesque nullam ex  
actionem dederint, dederint tamen ex eius  
exceptionem, propter naturalem obligatio-  
nem, quae ad excipiendam est  
efficacissima.



## CAP. XVI.

DE

# CONTRACTIBVS IN GENERE, ET IN SPECIE DE INNOMINATIS ET QVASI CONTRACTIBVS.

§. I.

**P**acta veniunt con-  
tractus, ut potissima, &  
firmissima eorum spe-  
cies, quippe qui & Ju-  
ris

ris naturalis & civilis præsidio  
muniuntur: describi autem con-  
tractus ita nobis posse videtur,  
ut sit *Pactum sive conventionis*, in qua  
subest causa, quæ obligationem, & actio-  
rem parit. (a) Labeo vocabat con-  
tractum alio citroque obligationem,  
quod Græci οὐνάναγκα voca-  
cant. (b) Causa est, utpote deli-  
ribi rem, at mibi aliam dares, dedi, ut  
aliquid facias, hoc οὐνάναγκα est.  
(c) Cum igitur nulla subest cau-  
sa propter conventionem, hic con-  
stat, non posse constitui obliga-  
tionem, & proinde nullum esse  
contractum; (d) Et hoc illud est,  
quod JCtū aliis in locis *negotium*,  
*vel civile negotium* vocant. (e) Sic  
quando pæctio inita est ob indi-  
cium de servo fugitivo facien-  
dum, & nihil dum solutum est,  
tunc *conventionis ista non est nulla*, ut

Qq

quis

quis dicat ex pacto actionem non oriri,  
sed habet in se negotium aliquod, ergo  
civilis actio oriri potest. (f) Sic in  
emptione venditione ea subest  
causa, ut alter rem tradat, alter  
premium recipiat, in locatione  
conductione, ut alter rei usum  
cedat, alter mercem datur, & sic  
deinceps.

(a) L. Jurisgentium 7. S. 2. ff. de pact. (b) Labes  
19. ff. de verb. sign. (c) d. S. 2. (d) d. I. 7. S. 4.  
(e) l. solene 16. ff. de praes. verb. l. i. ff. de  
Estimatoria (f) d. I. 16.

*Quid sit contractus & quomodo a pacto  
interriscatur, hic exponit. Contractum J. Cui  
vulgò cum illico delineant per duorum vel  
plurium in idem placitum consensum, vel cum  
Labebit per ultro citroque obligationem. Sed  
cum plures uni addicti secta in idem placi-  
tum consentire possint, & mutua isthac obli-  
gatio saltim contractus consequens & effe-  
ctus formalis sit, nec omnibus conventioni-  
bus, sed bilateribus saltim iisque, ut mox  
percipiemus, qui utrinque obligatoriae sunt,  
competat, ideo hictis istis contractus delinea-  
tionibus ita eum cum aliis describere malu-  
mus, quod sit pactum seu conventio duorum*

P

aut

aut platum super rebus, circa quas ius & facultate habemus, commutandis aut actibus praestandis, habens causam, ex qua & obligatio & actio primitur, sive jam illa obligatio sic mutua & reciproca, ut in emptione locatione &c. sive minus, ut in mutuo, stipulatione & similibus. Ceterum differentia hanc per exigua inter contractus & pacta intercedunt, cum haec obligationem tantum naturalem prouidant, illi obligationem & naturalem & civilem; haec nihil nisi consensus sotus & mudus sint, carentia & nomine & causa; contractus vero cōp̄mis nominati, gaudent & nomine & causa; haec illis latius pateant illorumque genus constituant, illi illorum princeps species sint, utrisque autem tam pactis quam contractibus conventionis nomen accommodare posse. Cum conventio nihil aliud quam consensus sit, ex quo vel naturalis tantum obligatio vel in pactu, vel naturalis & civilis simul oritur, ut in contractibus.

## §. II.

Origo omnium contractuum ex jure Gentium descendere auctis dicitur, & revera ex unius indigentia, alterius vero copia, contractus nati sunt; & in eo fun-

Qq 2 dan-

Dantur, quod benefacere alii aliis  
teneamur; præsertim quando id  
uni prodeat, & alteri non nocet:  
Sunt enim homines hominum causa ge-  
nerati, ut ipsi inter se alii alii prodesse  
possint. (b) Sed de his supra latius  
actum est, Capite 8. §. 3. Modus  
verò, quo contractus ex indigen-  
tia, & copia processerunt, ita fa-  
cillime considerari potest: si po-  
namus eum, qui aliqua re indige-  
bat, ut puta pecore, habuisse tri-  
ticum, quo alter egebat, hinc or-  
ta inter eos permutatio. Sed quia  
non semper nec facile occurrebat, ut cum  
tu haberet quod ego desiderarem, inui-  
tem haberem quod tu accipere velles,  
electa materia est, cujas publica, & per-  
petua estimatio, difficultatibus permu-  
tationum aequalitate quantitatis, sub-  
veniret, (c) pecunia tempe, quæ  
si tibi, qui aliquid comparare vo-  
lebas ad manum esset, facile inter  
nos

**nos emtionis venditionisqve con-**  
**tractus iniri potuit, cum pecunia**  
**sit communis mensura, quâ o-**  
**mnia estimantur, & quam pro-**  
**pereat quisque sibi appetit, & sic**  
**is modus in aliis quoqve contra-**  
**cibus potest investigari.**

(a) d. l. 7. in pr. (b) *Uiger. Ofic. I.* (c) *I. i. 46.*  
concl. cunct.

¶ 1. *Autor secutus JChos Contractus Juri Gen-*  
*tium attribuit, eō modō, quō (a) occupatio,*  
*inventio, adificatio, traditio & ceteri acqui-*  
*rendi modi Juris Gentium vulgò à JCtis so-*  
*lent vocari; cum in illorum Scholis inusita-*  
*tum haud sit, id quod (b) juris naturalis,*  
*aut civilis plurium populorum est, nomine*  
*juris gentium, nempe impropre sic dictū,*  
*nuncupare.* *Quid autem contractus illis per-*  
*petaverit, horribilisque primum ad permuttera-*  
*nōne, nō ad emtionem venditionem ceterosq;*  
*contractus constituendos impulerit, clare in-*  
*nituit Autem, thūm causam eius rei si alterius*  
*indigenam & alterius copiam reicit. Cognit*  
*(c), enim Deus pro ineffabili sua sapientia*  
*opes ita inter homines parerat, ut non omni-*  
*bus omnia assignaverit sed quod alterius su-*  
*percesserit alterib[us] esset, nos finis si percutamus*

ibi ipsi sufficere, hęc ipso redderentur in sociabiles, factum hinc est, ut si quis alicuius rei, v.g. frumenti, indigentia premetur, alius vero illo abundaret, indigeret autem peccatis, permutationem, mox certos contractos ad splendam illum indigentiam instiguerint, alterque pro frumento pecus, alter pro pecore frumentum aut pro frumento vel pecore quibus ille pono opus habuit, pecuniam acciperit.

(a) Vid. Hug. Grotius lib. 2. c. 8. § 75. 1. & 2.

(b) Ziegler, in Grot. proleg. p. 35. (c) Vid.

Grot. in Prolog. nro. & in libro de Mari Li-  
cet. capitulo 6. 2. Zeta ad idem. ff. citatur. etiam  
supradictum. etiam. etiam. etiam. etiam.

Omnes Iuris Gentium Contra-  
ctus, de quibus iam agimus, di-  
viduntur in duas species. Aliquot  
causa: consistunt in solo consensu,  
qui promissione constat, atque  
ita sola conventione perficiunt-  
ur; sic tamen ut subsit causa, in  
fore granum adimplenda. At si verba  
ab ipsa veritate traditione privata  
piam illuminant, atque ita itarim  
expurgari suam non possint adimple-  
tam

tam habent, & alterius implementum ab altera parte exire. Et aut. (a) Piores nudo consensu perficiuntur; posteriores ex re tradita initium obligationis sumunt. Nam si res nondum tradita sit, nudo consensu obligationem inducimus: quod in his dunt axat receptionem est, qui nomen suum habent, ut in emptione, venditione, conditio, manu eo; unde & concretus nominis significatur; quia in proprio nomine non sunt, sed translati in proprium nomino donis erubus. (b) Posteriores venientia ratione facti, incepunt, ut annus dicitur, et ferme, (c) & tunc datum auctio praescriptis verbis, sive levibus auctio in factum; iisque compaginis immunitate vocantur. Namque in causis judiciorum prodicis, & vulgariter auctoribus, etiam proprium nomine incepto non possumus facile descendimus ad eas, quae in factum appellantur (d).

Qq 4

Cujus.

**C**uius rei ratio est, quod Natura  
 etenim ita conditum est, ut plura sive  
 negotia quam vacabula. (e) Unde cum  
 deficiantur vulgaris, atque usitate actione-  
 rum nomina, prescriptis verbis agen-  
 dum est. (f) Illud omnino notan-  
 dum, distinctionem hanc non esse  
 de Jure Naturali, sed de Jure tan-  
 tum Civili, quod semel hic mo-  
 nisse, sufficiat. Contractus no-  
 minati quam fortiantur naturam,  
 ex singulis diversum nomine ha-  
 beantibus inferius suis locis examin-  
 abilium auctori informantis, verò  
 sub uno quasi fasce, iuxta unius  
 fons generis, hic prius a genus.  
 Generis autem sive his in quatuor  
 speciebus, supradictis nominis  
 sive, in se praeconferentia facti  
 et generali. Et istiusmodi videt  
 ipsius ratione, quod in primis  
 haec sunt. (d) I. n. s. de praef. verbo vel lat. aff.  
 (e) I. nam enim a. v. d. ut. (g) I. natura-  
 (h) De aff. de praefer. verbo. (i) autem  
 cuius p. Postea

Postquam de *Contractus natura ejus*,  
 à *Partio discrimine, origine & causa motrice*  
 egit, jam ad *divisiones contractum insigniores*, *progreditur*, *incipiens ab illa, quā contractus ratione objecti vulgo in nominatos & in nominatos solent dividi*. Vocantur autem *nominis illi*, qui circa objectum certa ac determinata specie celebrantur eoque ob usum frequensorem proprio & speciali *contractus nomine gaudent*, ita quidem ut eō probato statim intelligatur, quid sit actum.  
 Atque huc pertinet *emtio venditio, locatio conductio, mutuum, eommodatum & similes, determinatum nomen agnoscentes, & cām permutationi, tum ceteris contractibus in nominatis oppositi*. Nam quācūdēcimā (a) *permutatio*, quā *contractibus in nominatis accessori* solet, *nomen non capere videatur*, tamen id nomen generale est, quodā *emtioni venditioni, quā etiam aliquā permutatio est, ceterisque contractibus communi*; tēs, quā audīt̄ non statim intelligitur, *contractus dō ut des an emtio venditio, aut aliud celebratus fit?* *In nominati vero* *focarii qui scutis se habent, ac circa obiectum determinata speciei non celebrantur* eoque proprium & specificum nomen non agnoscunt; causam tamen habent, nempe *actiones factum* in *Quorum quatuor veltri non similiter species & Dō ut des, facia-*

te facias, do ut facias; & facio ut des: ex quibus (b) due priores species, do ut des, facio ut facias, simplices, due vero posteriores ex illis quasi cōbalita & mixta sunt. Illud hic cum Autore notandum, quod bac (c) contractum distinctio iuri naturae prorsus incognita, & ante Romanos nec contractus nominatus nec innominati, sed omnes ejusdem generis fūerint.

(a) Pufendorf. de Jur. N. & G. lib. V. c. 2. S. 7. p. 517. Wissensb. disp. 37. ad lib. 19. ff. tig. 3. n. 4. p. 366. (b) Petr. Gregor. Synt. I. V. pars III. lib. 28. c. 1. n. 2: p. 308. (c) Vid. Wissensb. c. 1. n. 3: p. 365.

#### §. IV.

Contractus innominatus ~~do ut~~<sup>ad</sup> des, redēmptionem & venditionem proximè accedere videtur; recta tamen aut permutatio est, aut certe ~~eam~~ sub se complectitur, ut genus species. Nam in eratione venditione agitur quidem, ut pecunia accipiatur, ut res occurra permutatione vero res probedantur, quod proprium est huius contractus de usu s: (a) Ceterum latius patere potest hunc contractum,

Etum, hanc habeo rationem, quod non tantum res pro re dari possit, aut pecunia pro re, de quibus jam egimus; sed etiam pecunia pro pecunia, unde contractus promanat, qui olim collybi, nunc vero cambii gerit noten, de jure vero Romano, proprio nomine cognitus fuisse non videtur & deinde etiam usus rei in contractum hunc innominatum cadit; unde preterquam quod pro usu rei pecunia dari potest, quod proxime accedit ad locationis conditionis contractum, potest etiam accidere, ut usus rei pro re, aut etiam usus rei pro usu alterius rei datur, quae omnia huc pertinent.

(a) d. l. s. s. l.

Agit hic de prima eaque simplici contractu innominatorum operie. Do ut des: canique: nisi entuohi & venditioni admundum

etum simillima sit, revera tamen, ait; aut esse ipsam permutationem, intellige si generaliter hoc nomen accipiatur, aut, si specialiter & pressè ab ipsa tanquam genus à sua specie differre, Ceterum quām latè pateat hic contractus, diximus in (a) Institutionib. Moral. Cum huc pertineat (b) non solum ille contrahens, in quo res datur pro re, sed & ille, in quo vel pecunia pro re, aut res pro pecunia, vel pecunia pro pecunia, vel usus rei pro re, vel usus rei pro alterius rei usu, vel pecunia pro usu rei, aut contra, &c.

(a) Part. II. c. XIX. §. 14. (b) Dufendorf, lib. V. c. 2. §. 9. p. 618. & seqq.

## §. V.

Alter contractus de ut facies, si tale sit factum, quod locari solet, per ut fabulam pingos, pecunia datâ, locatio erit, sicut superiore casu omnia & series, non erit locatio sed nascetur civilis actio. Quod si tale sit factum, ut locari non posse, condicione potest, vel prescriptio verbis agi. (a) Ex quo loco discimus, non tantum hunc contractum affinem esse locationi, & conductioni, sed etiam quae actio-

actiones de jure civili inde competant. Certè latè admodum se hic contractus extendit, ut putandum datur tibi servus, ut tu alium tuum scrum manumittas. (b) Et sub verbo dandi, etiam usus rei, & datio pecuniae veniunt.

(a) d. l. s. §. 2. (b) d. s. a.

*Ad hunc contractum, do ut facias, quod convenitur, ut data certa re vicissim aliquid fiat, pertinent omnes (a) illi, in quibus aliquid ut fiat aut praestetur, datur, modò non in propriam formam nominatam transeant, alioquin ejus potius quam contractus generalis, do ut facias, nomine censeri debet. Ut si do v.g. pecuniam, ut facias, & factum est hujusmodi, ut locari possit, transitum statim in nomen locationis; quod si vero factum ejus est naturæ, ut locari nequeat, quamvis pro ea detur pecunia, non tamen erit locatio, sed contractus innominatus, do ut facias. Nec minus referri buc solet contractus affec-  
tationis, quod pro indemnitate merces per alterius territorium transvehendi pecunia aut præmium datur. Item contractus, quod quid datur, ut negotium aliquis apud principem comen-*

commendetur, qui suffragii venit titula de quo præceteris egit (b) Tabor.

(a) Vid. Instit. Moral. cit. l. (b) tr. de Suffrag. Vid. Dn. Savitus Juriſprud. Rom. Germ. For. lib. 3. tit. 17. §. 9. & 10. p. 473.

### §. VI.

Sequitur contractus facio ut des, qui locum habet, cum aliquid ab una parte præstatur, ut ab altera aliquid detur, de hoc quid censendum sit, ex prioribus abunde innotescit. Ceterum videtur hic contractus in producenda actionis specie ab aliis differre, juxta doctrinam JCti Pauli: (a) Quod si faciam ut des, et postea quam feci ces- das dare, nulla erit tibi aditio, et ideo de dolo dabitur.

(a) d.l. 5. §. 3.

Huc pertinent in universum illi, quibus factum quocunque præstatut, ut ab altero de- tur res aut usus rei. v. g. polio curove aut sarcio vestimenta tua, ut solvas mihi mercedem, de qua inter nos convenit, aut pingo ubi tabulam, indicoque tibi servum fugiti-  
vum,

vult, ut tu mihi ejus rei mercedem præstes;  
 quæque sunt id genus alia, de quibus latè  
 JCti. Quamvis autem hic, non minus ac  
 ceteri innominati contractus, actionem præ-  
 scriptis verbis seu actionem in factum civi-  
 lem producat, eisque, qui fecit, contra illum,  
 cuius gratia factum est præstitum, actio præ-  
 scriptis verbis competit, ut id, de quo con-  
 venit, detur, vel aliquando interesse præste-  
 tur, ut bene (a) ex Donello notatum (b) Stru-  
 via, et si hic dissentiant (c) Hortensius (d) alijs  
 que JCtorum; tamen hoc præ ceteris contra-  
 ctus iste, facio ut des, peculiare habet, ut  
 etiam actionem de dolo producat, isque qui  
 cum cessavit dare, postquam alter fecit, de  
 dolo teneatur, eo quod (e) dolosè ac callide  
 egerit, dum passus est alterum facere, neque  
 tamen ex sua parte voluit implere fidem.  
 Ceterum hujus loci Paulini tam (f) difficilis  
 est expositio, ut Paulus à Castro existimet,  
 eam esse de summis juris apicibus, ita qui-  
 dem, ut si omnes JCti reviviscerent, hanc  
 antinomiam conciliare non possent. Itaque  
 (g) alii hic potius illud ἐπέχειν ingeminare,  
 quam desperatis medicinam adhibere ma-  
 lunt.

(a) tract. de præscript. verbis c. 20. & Comment.

lib. 14. c. 35. & lib. 15. c. 40. S. tertia species.

(b) Syntag. Jur. Civil. Exercit. 25. ad lib. 19.

fficit; V. S. 31. p. 914. & seqq. & Jurisp. Rom.

Germ. For. lib. 3. tit. 17. S. 14. p. 474. (c) in-

dicit.

skatext. (d) Zes. Wissenb. In dict. v. p. 20.  
 citollus a. Varia. Let. 46. (e) Petr. Greg.  
 Synt. J. V. Part. III. lib. 28. c. 3. p. 317. (f)  
 Vid. Wissenb. disp. 37. ad lib. XIX. tit. V. de  
 præscript. verb. n. 18. p. 372. & seqq. Zes. ibid.  
 n. 4. p. 519. & in addit. ad n. 4. p. 510. (g) e  
 quibus laudat. Wissenb. cit. l. p. 374.

## §. VII.

**Ultimus contractus, facio ut facias,** latissime se extendit: utramque enim faciendi se offert vocabulum, quod quamplurimos actus complectitur, sive, ut Ictus loquitur, *buc species eruditatus plures recipit.* (a) Certè huc etiam spectare videtur contractus, qui inter Dominum & Vasallum initur, quô Dominus Tutelam Vasallo, & protectionem promittit, Vasillus verò servitia militaria Domino pollicetur. Sunt etiam certi casus, in quibus hic contractus ad naturam mandati accedere dicitur. (b) Ceterum & de actione, quae ex hoc contractu dari debet,

**beat**, apud veteres disputatum fuit, Juliano tenente, *in factum actionem à Precore dandam*; Mauritanio verò, *civilem incerti actionem, id est, prescriptis verbis sufficere.* (c)

(a) d.l. 5. §. 4. (b) d. §. 4. (c) d.l. 7. §. 2. &c.  
de pact.

*Quos hac contractus innominati species, quā factum a. opera prestatur, ut ab altero vi- vicissim aliquid prefetur, v. g. (a) servi mei operas aliquot tibi concessi, ut totidem vi- cissim recipiam; tuo jussu hic à debitore tuo exegi, ut vicissim tu à debitore meo Lipsiae exigeres &c. adius aut contractus ambitu suo contineat, dictum fuit in (b) Institut. Moral. Ceterū in hac specie contractus æquè ac in prioribus prospiciendum est, ne in nominatis contractus formam transeat, alioqui ex eo non prescriptis verbis sed ex alio fonte & principio agendum erit. Quomodo autem hic contractus differat cum à mandato & commode, tum etiam à locato & condu- cto, vid. (c) Struvius.*

(a) Meier. C. J. A. ad lib. XIX. ff. tit. V. §. 8. p. 923.  
(b) Part. II. §. 14. p. 264. (c) Synt. J. C. Ex- ercit. 25. ad lib. 19. tit. 5. §. 33.

R. §. IX.

Præcipua, qvæ inter nominatos & innominatos contractus de jure civili est differentia, in eo consistit, qvæd in nominatis contractibus non datur pœnitentia locus. Nam sicut initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus: ita renuntiare semel constitutæ obligationi, adversario non consentiente, nemio potest. (a) Ideoque etiam in contractu emtionis res tradi, aut interesse præstari omnimodo debet. (b) In contractibus vero innominatis, re integrâ, locum habet pœnitentia, cum licet pœnitere ei, qui dedit. (c) Imò etiam si res jam aliquo modo integra esse desierit; ita tamen ut impensarum factarum ratio habeatur. Alias vero, si quis ad interesse agere nolit, sed suum, qvod jam dedit, repetere velit,

velit, repeti id, qvod datum est,  
potest. (d)

(a) l. sicut 3. C. de oblig. & ad. (b) l. i. l. ex emis.  
ii. 5. 2. ff. de act. emis. (c) l. si pecuniam 5. de  
cond. caus. dat. (d) d. l. 5. 5. 1. ff. præscrip.  
verb.

*Quamvis inter Contractos Nominatos &  
Innominatos non pauca secundum jus ciuile in-  
tercedant discrimina, v.g. quod illi proprium  
ac speciale nomen determinatumque obje-  
ctum habeant, hi utroque careant; Illi (a)  
certas perpetuas & usitatas in jure Romano  
pariant actionum formulas, hi, utpote (b)  
destituti certis jure ciuili adpellationibus eo-  
que actionum formulis, saltim actiones præ-  
scriptis verbis, h. e. persecutiones produc-  
cant, ut is, quocum contraximus, fidem su-  
am, juxta tenorem & præcriptum verborum,  
quibus conventio insita est, libet & adim-  
pleat; ramen precipua nominatorum ab inno-  
minatis contractibus in eo resider, quod in illis  
non (c) licet uovo iusq; es, h.e. ab una parte  
poenitere, & ab illis altera parte invitare & re-  
luctante, discedere ac resilire, in (d) his au-  
tem, intellige innominatis omnino licitum  
sit ei, qui a sua parte implevit contractum;  
si velit, poenitere, & suum quod jam dedit  
repetere, te adhuc integrâ, & antequam ab  
altera parte fuerit satisfactum; eo quod ex*

Sola datione aut facto hoc orta fuerit obligatio in dante vel faciente, eoque qui dedit vel fecit, etiamsi alter paratus sit ad implendum, nihilominus penitente posse: id (e) quod ramentum ad alterum, cui res vel factum jam praestitum, trahi nequit, utpote qui exigente illo qui dedit aut fecit, a sua parte conventioni omnino stare aut interesse praestare tenetur.

(a) Pufendorf. de Jur. N. & G. lib. V. c. 2. §. 7. (b) Myrslinger. in Schol. ad Inst. lib. IV. tit. VI. p. 786. (c) Petr. Gregor. Synt. J. V. part. III. lib. 25. c. 23. n. 2. (d) Vid. Struv. Syntag. J. C. Exercit. 25. ad lib. 19. ff. tit. 4. §. 14. & Jurisp. Rom. Germ. For. lib. 3. tit. 17. §. 15. p. 474. Dissentunt hic Gomez. Var. Ref. lat. tom. 2. c. 4. Mantica de tacit. & ambig. convent. l. 1. tit. 8. n. 17. & seqq. Rutg. Roland. Conflik von Erledigung einer schweren in Assuranc-Sachen vorgestellter Fragen. (e) Dissentit Biarius, cui tamen respondit I. I. Struv. Syntag. J. C. cit. l.

## §. IX.

Est & alia divisio ex ipsa contractuum natura desumpta, quod alii sunt bona fidei, alii stricti juris. (a) Quae divisio licet non satis ex arte sit composita: non enim habet partes sibi directo oppositas: potest tamen propter frequentem

in

in iure usum tolerari, non quidem eo sensu, quo bona fides malæ fidei & dolo opponitur: (b) In omni enim contractu mala fides, itemque dolus abesse debent. (c) Sed ea sensu, quo plus & minus inter se opponuntur, nimirum ut aliqui contractus ratione bona fidei magis exuberent, quam alii, ii nempe, ex quibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono & aequo prestare oportet. (d) Et in quibus major, & latior potestas judici fit, solet enim à Prætore in formula addi: ex fide bona, vel quantum equius melius sit dari, (e) vel quod dare facere oportet ex fidè bonâ: (f) & generaliter Tantundem in bona fidei judiciis officium Judicis valet; quantum in stipulatione nominatim ejus rei facta interrogatio. (g) Largior itaque fit interpretatio in bonæ fidei judiciis, quam in iis, qui sunt stricti juris, in qui-

bus strictè omnia capiuntur;  
 quicquid enim adstringenda obligationis  
 est, id nisi palam verbis exprimatur, os-  
 missum intelligitur. (b) Et diversi  
 sunt in iis judiciis effectus, qui ja-  
 diciis stricti juris non conveniunt:  
 bona fidei judicia non recipiant inter-  
 pretationem, que contra bonos mores  
 desideretur. (i) Nec inquam aliquam,  
 patiuntur conventionem. (k) Qua mo-  
 res & consuetudinis sunt, in his judiciis  
 veniunt. (l) Hinc etiam fructus in his  
 judiciis prestantur bona fidei ratione. (m)  
 Neque fructus tantum, sed id  
 etiam, quo res deterior facta est,  
 & cetera ejus generis. Judice  
 vim, statim atque judex factus est, o-  
 mnium rerum judicium incumbit, que-  
 chunque in judicio versantur. (n) Sed  
 & has, & alias differentias inter  
 hæc duo contractuum genera, &  
 actiones ad utrumque genus per-  
 tinен-

tinentes, apud JCtos suis locis  
facilè est invenire, (o) quæ o-  
mnia juri naturali satis conser-  
tanea sunt.

- (a) §. actionum 29. inst. de act. (b) I. ea vero 3. §.  
3. ff. pro soc. & & hec 35. ff. locat. (c) I. bonam  
fideni 4. C. de obl. & act. I. contractus 23. 4.  
de reg. jur. (d) I. 3. & 5. ff. de obl. & act. (e)  
Cic. in orat. pro Rosc. com. (f) Id. off. 3. (g)  
I. quia 7. ff. de neg. gest. (h) I. quicquid 99.  
ff. de verb. oblig. (i) I. generaliter 55. ff. de  
usur. (k) I. emtor. II. §. fin. ff. de action. emt.  
(l) I. quod si 31. §. quia 20. ff. de AEdil. ed. (m)  
I. venditor 21. ff. de hazard. vend. (n) I. AEdi-  
les 25. §. item 8. ff. de AEdil. ed. (o) D.D. ad  
d. §. actionum. inst. de act.

### *Distinctioni Contractuum in Nomina p[ro]p[ri]a*

Et in Innominatas Autor. hic subjungit aliavit,  
qua Contractus in bone fidei Et stricti ju-  
ris distinguntur. Ubii bone fidei nomine,  
ut ipse statim indicat, hic non utitur in oppo-  
sitione ad malam fidem dolamque malum, qua-  
tenus nihil aliud quam sinceritatem & alienationem ab omni fraude & dolosa machi-  
natione designat: Cum (b) hoc sensu bona  
fides in omnibus contractibus necessaria sit  
& ab omni conventione fratus & dolus malus  
procul abesse debeant, sed in oppositione ad  
jus strictum, (c) exactum, prædurum Et propo-  
modum iniquum, quod JCtis interdum subtile.

bus strictè or  
quicquid enim act  
est, id nisi palam  
missum intellexit q  
sunt in his

diciis stri  
bona fid  
prætato  
desideri

pai

et

;

ille  
quid præstis  
nitione non fuit ex  
stricti juris, est ille, in quo  
sicut debet, quod verbis in con  
expressum. Idem etiam ex (f)  
bonis, quas dicti contractus in fo  
lio producabant, evidens est; cum b. f.  
ius actionem bona fidei seu liberio  
ac largioris efficacie gignebant, in qua  
ad judicem liberior erat potestas ex aequo & bono  
interpretandi & judicandi non solum de eo,  
quod inter partes expressè convenerat, sed  
etiam de illo, quod naturalis aquitas svade  
bat; ita actionem strictioris & angustioris  
efficacie, in qua judex non habebat liberam,  
ut in illa, ex aequo & bono judicandi potes  
tatem, sed ad certam formulam fiduciæ Pra  
scriptæ præscripsam alligatus erat, ut liberum  
ei non esset, quicquam clementius judicare,  
quam formula ipsa concinsebat. Unde vero  
primum istorum judiciorum nata studiorum  
nemo melius exposuit (g) Duarenus & (h)  
Mynsinger. De actionum bona fidei ab action  
ibus

potest, cum ex Bodio  
aliud nota  
contradictorium  
et V

Viti ploris, qua  
& perfec  
atur (i)

m est. Et hi  
nomine ve  
nam hic  
consensus  
proprio  
præ  
ndo.

v. Ethic

or. lib. 3. tit. 3. §.

de Jur. N. & G. lib.

(i) Ius cit. l. (fg) In stat. Co

item iurando, de formulis iustis v

de Lex. verba formulas &c. cit. l.

(b) dict. loc. (i) Vid. Mynsinger.

779. & seqq.

10.

### S. X.

Illa certe contractuum divisio,  
quâ totum in partes, vel potius  
genus in species suas dispeicitur,  
non omittenda est. Nimis enim con-  
tractus omnes 1. Aut re contrahili,  
2. Aut verbis, 3. Aut litteris, 4.  
Aut consensu, (a) quos quatuor  
contrahendi modos appellant a-  
lii. (b) Erit tamen hæc nobis di-  
visio vel maximè usui, quippe  
quibus singulas partes suo ordine  
prosequi constitutum est.

(a) s.

(a) s. fin. inst. de oblig. (b) Summa Sylv. in verb.  
contractus. quæst. sexta.

Frequens etiam & maxime decantata  
in Scholis JCtorum est partitio Contractuum  
in Reales, Verbales, Litterales & Consensuales.  
Nec minus in Beneficos & Onerosos; in Uni-  
lateres & Bilateres; in Directiores & Com-  
mutatorios; in Simplices, & Mixtas, sive Com-  
positos, &c. Circa primam (a) id notandum  
venit, quod quamvis ad essentiam genericam  
omnium contractuum requiratur consensus,  
quoad essentiam tamen illorum speciam alii  
exigant, ut præter consensum accedere debet  
rei traditio, ut in realibus, veluti mutuo,  
commodato, deposito, pignore; vel littera,  
ut in litteralibus, v. g. chirographo seu con-  
tractu chirographario, vel verba, ut in ver-  
balibus, veluti stipulatione; vel solus con-  
sensus, ut in consensualibus, emtione vendi-  
tione, locatione conductione, &c. De ben-  
ficio & oneris & reliquis contractuum divisio-  
nibus (b) Vid. Implicit. Moral. ubi sive eas  
exposuiimus.

(a) Vid. Pufendorf. lib. V. c. 2. §. 6. Struv. Jurisp.  
Rem. Germ. For. lib. 3. tit. 4. §. 2. p. 405.

(b) part. II. c. 19. §. 15. & seqq.

### §. XI.

Sed priusquam id faciamus,  
aliqd etiam de Quasi-contra-  
ctibus

ctibus subiectendum est. Et hi quidem contractuum nomine venire minime possunt: nam hic revera non intervenit consensus utriusque, neque quis ex proprio suo facto obligatur, neque praesentia requiritur, sed aliquando hic etiam ignorans, absens, imo & invitus condemnatur, (a) quia tamen obligationes, & actiones inde descendentes frequentem habent usum, etiam aliquid de eorum naturâ in medium affereamus. Enumerantur sex eorum species: (1.) Negotiorum gestio, (2.) Fidei administratio, (3.) Communio rerum, (4.) Communio hæreditatis, (5.) Debita legatorum praestatio, (6.) Et soluto indebiti.

(a) tot. sic instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. Ingerspergere hic voluit doctrinam de quasi contractibus, qui ita dicuntur ad exemplum.

emplum & imitationem aliorum in jure ob-  
yisorum, veluti dominii vel quasi, possessionis  
vel quasi, peculii vel quasi, maleficij vel quasi,  
&c. Cum enim contractus vere tales non  
nisi ex conventione præcedenti tales sint,  
*Quasi-contractus* vero hujusmodi (a) con-  
ventione destituantur, atque etiam non con-  
sentientes aut ignorantes ex illis obligantur,  
pro contractibus propriè ac simpliciter sic  
dictis haberi nequeunt: quia tamen in his  
speciebus, etiam deficiente consentiu, alter  
alteri a quoque ac in veris contractibus obliga-  
tur, & peculiares ànda in foro civili actiones  
emergunt, factum hic est, ut ob effectus,  
quos illi parvum, nomen quasi-contractu-  
num illis fierit imponam. Vocant autem  
Iuris Civilis Doctores *Quasi-contractus* illorū  
qui (b) consensu ac conventione præcedenti de-  
stituti, consensum accipiunt ex ipso facto, a lege  
presumunt ac inducunt, cum in finem, ut alter  
aliquis obligetur, & illorum (c) sequentes spe-  
cies aut modos constituant, negotii alieni  
gestionem, tutelæ administrationem, rerum  
communionem, a fronde quam ex societate  
naturali, legatorum præstationem securando  
tatis aditionem, & denique indebiti solutio-  
nem; quæ quid sint, qui differant inter se,  
& quasnam actiones producant, legantur  
¶ *Cri ad lib. 3. Inst. tit. 28. de Obligat. quæ quasi*  
*ex contractu nascuntur.* Illud obiser hie re-  
tetur,

tetur, quod quia communio rerum (integre singularium) distinctam à communione hereditatis universæ, actionem, illa quidem communi dividendo, hæc familiæ erescundæ, producat, Autor aliique cum eo his quinque recensitis speciebus adhuc hereditatis communionem adjiciant, quam tamen aliis sub communione rerum placuit comprehendere.

(a) Heigius ad lib. 3. Instit. tit. 28. p. 384. n. 3. & 4.

(b) Struv. Jurisp. Rom. Germ. For. lib. 3. tit.

28. §. 1. & 2. & Synt. J.C. Exercit. XVI. ad lib.

XII. ff. tit. 1. §. 3. p. 575. (c) Vid. Mynsing.

Schol. in Instit. lib. 3. tit. 28. p. 602. & seqq.

Heig. cit. l. & Petr. Gregor. Syntagm. J. V.

Part. III. lib. 19. c. 1. qui hujusmodi prædi-

cetas species omnes sub negotii gestionalis no-

mine contineri posse existimat.

### §. XII.

**Constat igitur hos Quasi-contractus non produci à naturali jure, cum quia consensum profundamento non habent, & variis juris civilis fictionibus innituntur, tum quia tota eorum virtus versatur in actionibus, quas patiunt: actione nimirum negoti-  
tum gestorum, tutelæ, communi-  
divi.**

dividendo, & sic deinceps. Omnes autem actiones sunt juris civilis, ut & supra monuimus. (a) Qvod ut etiam per singulas partes demonstremus, perspicuum est, negotia sine mandato gesta de jure naturali alium alii non obligare. Est itaque hoc jure civili introductum, non tamen refragante naturâ : quoniam magna utilitas absentium versatur, ne indefensi sint. (b) Sic etiam tutelam Pupillorum jus naturale non agnoscit. Est igitur hoc inventum juris civilis: unde dicitur jure civili data ac permissa, (c) Iudicante tamen aliquatus naturâ, cui conveniens est, ut is qui perfecte etatis non sit, alterius tutelâ regatur. (d) Ut à communione aut rerum, aut hæreditatis possit recedi, est meræ facultatis, cui jus quidem naturale non resistit: jus  
verò

verò civile etiam auctoritatem suam accommodat, modumq[ue] & formam divisioni præscribit. Circa legatorum præstationem naturale ius nihil statuit, nisi ut debeantur: quomodo autem peti & obtineri possint, juris civilis est. Denique ejus quod indebet solutum est, repetitio, et si JCto Paulo naturalis dicatur, (e) revera tamen, si primam originem inspicimus, non est, cum potius eo jure donatum videri possit: nam illa regula, quæ donationem præsumi negat, è jure civili descendere censenda est, quâ tamen semel positâ, & stabilitâ, conseqvens est, ut aliquis ignoranter qvid solvendo tanquam debitum, quod tamen non sit, repetere id naturali ratione concedatur.

(a) L.

(a) text. (d) Zœf. Wissenb. In dict. nœx. p. 2.  
 cirollus 2. Varia. Lœt. 46. (e) Petr. Greg.  
 Synt. J. V. Part. III. lib. 28. c. 3. p. 317. (f)  
 Vid. Wissenb. disp. 37. ad lib. XIX. tit. V. de  
 præscript. verb. n. 18. p. 372. & seqq. Zœf. ibid.  
 n. 4. p. 519. & in addit. ad n. 4. p. 520. (g) ē  
 quibus laudat. Wissenb. cit. 4. p. 374.

§. VII.

**Ultimus contractus, facio ut facias,** latissimè se extendit: utrinque enim faciendi se offert vocabulum, quod quamplurimos actus complectitur, sive, ut JCtus loquitur, *buc species eratatus plures recipit.* (a) Certe huc etiam spectare videtur contractus, qui inter Dominum & Vasallum initur, quô Dominus Tutelam Vasallo, & protectionem promittit. Vasillus verò servitia militaria Domino pollicetur. Sunt etiam tertii casus, in quibus hic contractus ad naturam mandati accedere dicitur. (b) Ceterum & de actione, quæ ex hoc contractu dari debent,

**beat**, apud veteres disputatum fuit, Juliano tenente, *in factum actionem à Prece dandam*; Mauritanio verò, *civilem incerti actionem*, id est, *prescriptis verbis sufficere*. (c)

(a) d. I. 5. §. 4. (b) d. §. 4. (c) d. I. 7. §. 2. ff.  
de pact.

*Quos hec contractus innominati species, quâ factum a. opera præstatur, ut ab altero vicissim aliquid præfetur, v. g. (a) servi mei operas aliquot tibi concesui, ut totidem vicissim recipiam; tuo jussu hic à debitore tuo exegi, ut vicissim tu à debitore meo Lipsiæ exigeres &c. actus aut contractus ambitu suo continet, dictum fuit in (b) Institut. Moral. Ceterum in hac specie contractus æquè ac in prioribus prospiciendum est, ne in nominatis contractus formam transeat, alioqui ex eo non præscriptis verbis sed ex alio fonte & principio agendum erit. Quomodo autem hic contractus differat cum à mandato & commode, tum etiam à locato & conducto, vid. (c) Struvius.*

(a) Meier. C. J. A. ad lib. XIX. ff. tit. V. §. 8. p. 923.  
(b) Part. II. §. 14. p. 264. (c) Synt. J. C. Exercit. 25. ad lib. 19. tit. 5. §. 33.

R. P. §. LIX.

Præcipua, qvæ inter nominatos & innominatos contractus de jure civili est differentia; in eo consistit, qvæd in nominatis contractibus non datur pœnitentia locus. Nam sicut *initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus:* ita renuntiare semel constitutæ obligationi, adversario non consentiente, nemo potest. (a) Ideoq[ue] etiam in contractu emtionis res tradi, aut interesse præstari omnimodo debet. (b) In contractibus vero innominatis, re integrâ, locum habet pœnitentia, cum licet pœnitere ei, qui dedit. (c) Imò etiam si res jam aliquo modo integra esse desierit; ita tamen ut impensarum factarum ratio habeatur. Alias vero, si quis ad interesse agere nolit, sed sum, qvod jam dedit, repetere velit,

velit, repeti id, qvod datum est,  
potest. (d)

- (a) I. sicut 5. C. de oblig. & act. (b) I. i. I. ex emer.  
ii. 5. i. ff. de act. rem. (c) I. si pecuniam 5. de  
cond. caus. dat. (d) d. l. 5. §. i. ff. præscripta  
verb.

*Quamvis inter Contractus Nominatos &  
Innominatos non pauca secundum jus civile in-  
tercedant discrimina, v. g. quod illi proprium  
ac speciale nomen determinatumque ob-  
jectum habeant, hi utroque careant; Illi (a)  
certas perpetuas & usitatas in jure Romano  
pariant actionum formulas, hi, utpote (b)  
destituti certis jure ciyiis appellatioibus eo-  
que actionum formulis, saltim actiones præ-  
scriptis verbis, h. e. persecutioes produ-  
cant, ut is, quocum contraximus, fidem su-  
am, juxta tenorem & præscriptum verborum,  
quibus conventio insita est, libet & adim-  
pleat; tamen precipua nominatorum ab inno-  
minatis contractibus in eo resider, quod in illis  
non (c) licet uovo iusq; 5., h. e. ab una parte  
poenitere, & ab illis altera parte invitare & re-  
luctante, discedere ac resilire, in (d) his au-  
tem, intellige innominatis, omnino licitum  
sit ei, qui a sua parte implevit contractum;  
si velit, poenitere, & suum quod jam dedit  
repetere, re adhuc integrâ, & antequam ab  
altera parte fuerit satisfactum; eo quod ex*

Sola datione aut facto hac orta fuerit obligatio in dante vel faciente, eoque qui dedit vel fecit, etiamsi alter paratus sit ad implendum, nihilominus poenitere possit: *id.* (e) quod rāmen ad alterum, cui res vel factum jam praestitum, trahi nequit, utpote qui exigente illo qui dedit aut fecit, à sua parte conventioni omnino stare aut interesse praestare tenetur.

(a) Pufendorf. de Jur. N. & G. lib. V. c. 2. §. 7. (b) Myrslinger. in Schol. ad Institut. lib. IV. tit. VI. p. 786. (c) Petr. Gregor. Synt. J. V. part. III. lib. 25. c. 23. n. 2. (d) Vid. Scrut. Syntag. J. C. Exercit. 25. ad lib. 19. ff. tit. 4. §. 14. & Jurisp. Rom. Germ. For. lib. 3. tit. 17. §. 15. p. 474. Dissentient hic Gomez. Var. Refolat. tom. 2. c. 4. Manticus tacit. & ambig. convent. l. I. tit. 8. n. 17. & seqq. Rutg. Roland. Consil. von Erledigung einer schweren in Assecuration-Sachen vorgestellter Fragen. (e) Dissentit Biccarius, cui tamen respondit Illustr. Scrut. Syntag. J. C. cit. l.

### §. IX.

Est & alia divisio ex ipsa contractuum natura desumpta, quod alii sunt bona fidei, alii stricti juris. (a) Quae diviso licet non satis ex arte sit composita: non enim habet partes sibi directo oppositas: potest tamen propter frequentem in

in jure usum tolerari, non quidem eo sensu, quo bona fides malæ fidei & dolo opponitur: (b) In omni enim contractu mala fides, itemque dolus abesse debent. (c) Sed eo sensu, quo plus & minus inter se opponuntur, nimirum ut aliqui contractus ratione bona fidei magis exuberent, quam alii, ii nempe, ex quibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono & aequo prestare oportet. (d) Et in quibus major, & latior potestas iudicii fit, solet enim à Prætore in formula addi: ex fide bona, vel quantum equius melius sit dari, (e) vel quod dare facere oportet ex fide bona. (f) & generaliter Tantundem in bone fidei iudiciis officium Judicis valet; quantum in stipulatione nominatum ejus rei facta interrogatio. (g) Largior itaque fit interpretatio in bonæ fidei iudiciis, quam in iis, qui sunt stricti juris, in quibus

his strictè omnia capiuntur;  
 quicquid enim adstringenda obligatione  
 est, id nisi palam verbis exprimatur, os-  
 missum intelligitar. (b) Et diversi  
 sunt in iis judiciis effectus, qui ja-  
 diciis stricti juris non conveniunt:  
 bona fidei judicia non recipiunt inter-  
 pretationem, qua contra bonos mores  
 desideretur. (i) Nec iniquam aliquam  
 patiuntur conventionem. (k) Que mo-  
 res & consuetudinis sunt, in his judiciis  
 videntur. (l) Hinc etiam fructus in his  
 judiciis prestantur bona fidei ratione. (m)  
 Neque fructus tantum, sed id  
 etiam, quo res deterior facta est,  
 & cetera ejus generis. Judice-  
 rim, statim atque judex factus est, o-  
 nnium rerum judicium incumbit, que  
 cunque in judicio persantur. (n) Sed  
 & has, & alias differentias inter  
 hæc duo contractuum genera, &  
 actiones ad utrumque genus per-  
 tinent.

tinentes, apud JCtos suis locis  
facile est invenire, (o) quæ o-  
mnia juri naturali satis conser-  
tanea sunt.

- (a) §. actionum 29. inst. de act. (b) l. ea vero 3. §.  
3. ff. pro soc. & hæc 35. ff. locat. (c) l. bonam  
fideni 4. C. de obl. & act. l. contractus 23. 4.  
de reg. jur. (d) l. 3. & 5. ff. de obl. & act. (e)  
Cic. in orat. pro Rosc. com. (f) Id. off. 3. (g)  
l. quia 7. ff. de neg. gest. (h) l. quicquid 99.  
ff. de verb. oblig. (i) l. generaliter 55. ff. de  
usur. (k) l. emtor. II. §. fin. ff. de action. emt.  
(l) l. quod si 31. §. quia 20. ff. de AEdil. ed. (m)  
l. venditor 21. ff. de hæred. vend. (n) l. AEdi-  
les 25. §. item 8. ff. de AEdil. ed. (o) D.D. ad  
d. §. actionum. inst. de act.

*Distinctioni Contractuum in Nomina*

*Et in Innominitas Autor. hic subjungit aliavit,*  
*qua Contractus in bone fidei & stricti*  
*juris distingvuntur. Ubii bone fidei nomine,*  
*ut ipse statim indicat, hic non utitur in oppo-*  
*sitione ad malam fidem dolimque malum, qua-*  
*tenuis nihil aliud quam sinceritatem & hinc*  
*nationem ab omni fraude & delicta mani- i*  
*natione designat: Cum (b) hoc sensu bona*  
*fides in omnibus contractibus necessaria sit*  
*& ab omni conventione fraus & dolus malus*  
*procul absesse debeant, sed in oppositione ad*  
*jus strictum, (c) exactum, predarum & propo-*  
*modum iniquum, quod JCto interduum subtile*

Et *jus summum*, (d) *Aristoteli* & *Bodin* aucto-  
 dici solet, quatenus nihil aliud notat quam  
 aequitatem, rigori juris contradistinctam:  
 Quo sensu si accipiatur dictio bona fidei, non  
 video, quomodo divisione illa non sit ex arte, in  
 que membra directo opposita sunt immediata. Ut  
 (e) enim contractus b. f. est ille, in quo alter  
 alterius ex aequo & bono quid praestari debet,  
 licet verbis in conventione non sicut expres-  
 sum, ita contractus stricti juris est ille, in quo  
 id solum praestari debet, quod verbis in con-  
 conventione est expressum. Idem etiam ex (f)  
 diversis actionibus, quas dicti contractus in fo-  
 rmo Romano producabant, evidens est, cum b. f.  
 contractus actionem bonae fidei seu liberio-  
 tis ac largioris efficacie gignebant, in qua  
 iudicis liberiores erat potestas ex aequo & bono  
 interpretandi & judicandi non solum de eo,  
 quod inter partes expresse convenerat, sed  
 etiam de illo, quod naturalis aequitas suade-  
 bat; ita actionem strictioris & angustioris  
 efficacie, in qua iudex non habebat liberam,  
 ut in illa, ex aequo & bono judicandi potes-  
 tatem, sed ad certam formulam fiduciæ Pra-  
 scriptam præscriptam alligatus erat, ut liberum  
 ei non esset, quicquam clementius judicare,  
 agilam formulam ipsa continebat. Unde vero  
 primum istorum iudiciorum natura sit diversa?  
 nemo melius expafuit (g) Duarenio & (h)  
 Mynsingerio. De actionum bona fidei ab actioni-  
 nibus

vibus stricti juris, quæ in universum omnes  
contractus & persecutio[n]es respiciunt, diffe-  
rentiis consultatur (i) Accursius, qui plerasque  
studiosè collegit.

- (a) Mynsinger. Schol. in Insti[t]ut. lib. IV. tit. 6. de Action. p. 797. Manz. ibid. p. 1424. (b) I. ba-  
nach eidem. 4. C. de O & A. (c) Mynsing. cit.  
l. n. 8. (d) lib. V. Ethic. (e) Struv. Jurisp. Rom.  
Germ. For. lib. 3. tit. 3. §. 4. p. 387. (f) Pufen-  
dorf. de Jur. N. & G. lib. V. c. 2. §. 8. p. 617.  
Manzius cit. l. (g) In suis Comment. de in-  
litem jurando de formulis istis vid. Schardius  
in Lex. verba formulas & cit. l. Manzius.  
(h) dict. loc. (i) Vid. Mynsinger. dict. tit. p.  
779. & seqq.

### S. X.

Illa certe contractuum divisio,  
quæ totum in partes, vel potius  
genus in species trias dispe[n]satur,  
non omittenda est. Nimitem con-  
tractus omnes. 1. Aut re contrahendi,  
2. Aut verbis; 3. Aut litteris,  
Aut consensu, (a) quos quatuor  
contrahendi modos appellant a-  
lii. (b) Erit hinc haec nobis di-  
visio vel maximè usui, quippe  
quibus singulas partes suo ordine  
prosequi constitutum est.

(a) s.

(a) s. fin. inst. de oblig. (b) Summa Sylv. in verb.  
contractus quæst. sexta.

Frequens, etiam & maxime decantata  
in Scholis Jutorum est partitio Contractuum  
in Reales, Verbales, Litterales & Consensuales.  
Nec minus in Beneficos & Onerosos; in Uni-  
lateres & Bilateres; in Directiores & Com-  
mutatorios; in Simplices, & Mixtos seu Com-  
positos, &c. Circa primam (a) id notandum  
venit, quod quamvis ad essentiam genericam  
omnium contractuum requiratur consensus,  
quoad essentiam tamen illorum specificam alii  
exigant, ut preter consensum accedere debat  
rei traditio, ut in realibus, veluti mutuo,  
commodato, deposito, pignore; vel littere,  
ut in litteralibus, v. g. chirographo seu con-  
tractu chirographario, vel verba; ut in ver-  
balibus, veluti stipulatione; vel solus con-  
sensus, ut in consensualibus, emtione vendi-  
tione, locatione conductione, &c. De bene-  
ficiis & iurebus & reliquis contractuum divisio-  
nibus (b). Vid. Institut. Moral. ubi sunt eas  
exposuimus,

(a) Vid. Pufendorf. lib. V. c. 2. s. 6. Struv. Jurisp.

Rem. Germ. For. lib. 3. tit. 4. s. 2. p. 405.

(b) part. II. c. 19. s. 15. & seqq.

## §. XI.

Sed priusquam id faciamus,  
aliquid etiam de Quasi-contra-  
ctibus

etibus subnectendum est. Et hi quidem contractum nomine venire minime possunt: nam hic revera non intervenit consensus utriusque, neque quis ex proprio suo facto obligatur, neque praesentia requiritur, sed aliquando hic etiam ignorans, absens, imo & iniustus condemnatur, (a) quia tamen obligationes, & actiones inde descendentes frequentem habent usum, etiam aliquid de eorum naturâ in medium affereamus. Enumerantur sex eorum species: (1.) Negotiorum gessio, (2.) Fotelæ administratio, (3.) Communio rerum, (4.) Communio hæreditatis, (5.) Debita legatorum præstatio, (6.) Et solutio indebiti.

(a) tot. tit. inst. de oblige. que ex quasi contractu. In perspergere hic voluit doctrinam de ~~quasi contractibus~~, qui ita dicuntur ad exemplum.

amplum & imitationem aliorum in iure ob-  
yorum, veluti domini vel quasi, possessionis  
vel quasi, peculii vel quasi, maleficii vel quasi,  
&c. Cum enim contractus vere tales non  
nisi ex conventione praecedenti tales sint,  
*Quasi-contractus* vero hujusmodi (a) con-  
ventione destituantur, atque etiam non con-  
tentientes aut ignorantes ex ipsis obligentur,  
pro contractibus propriè ac simpliciter sic  
dictis haberi nequeunt: quia tamen in his  
speciebus, etiam deficiente consensu, alter  
alteri aequè ac in veris contractibus obliga-  
tur, & peculiares ànda in foro civili actiones  
emergunt, factum hic est, ut ob effodus,  
quos illi pariunt, nomen quasi-contractu-  
rum illis fuerit impositum. Vocare autem  
juris Civilis Doctores *Quasi-contractus* sibi,  
qui (b) consensu ac conventione praecedenti de-  
stituti, consensum accipiunt ex ipso facto, a lege  
presumunt ac inducunt, cum in finem, ut alter  
alteri obligetur, & illorum (c) sequentes spe-  
cies, à modis constituant, negotii alieni  
gestionem, tutelæ administrationem, rerum  
communionem, ait unde quā ex societate  
naturali legatorum præstationem securitatis  
aditionem, & denique indebiti solutio-  
nem; quæ quid sint, quā differant inter se,  
& quānam actiones producant, legantur  
¶ Cui ad lib. 3. Instit. tit. 28. in Obligato quā  
ex contractu nascuntur. Hic obiter hic no-  
tetur,

etur, quod quia communio rerum (intellige singularium) distinctam à communione hereditatis universæ, actionem, illa quidem communi dividendo, hæc familiæ erescundæ, producat, Autor aliisque cum eo his quinque recensitis speciebus adhuc hereditatis communionem adjiciant, quam tamen alius sub communione rerum placuit comprehendere.

(a) Heigius ad lib. 3. Instit. tit. 28. p. 384. n. 3. & 4.

(b) Struv. Jurisp. Rom. Germ. For. lib. 3. tit.

28. S. 1. & 2. & Synt. J.C. Exercit. XVI. ad lib.

XII. ff. tit. 1. §. 3. p. 575. (c) Vid. Mynsing.

Schol. in Instit. lib. 3. tit. 28. p. 602. & seqq.

Heig. cit. 1. & Petr. Gregor. Syntagm. J. V.

Part. III. lib. 19. c. 1. qui hujusmodi prædictas

species omnes sub negotii gestoris nomine contineri posse existimat.

### §. XII.

Constat igitur hos Quasi-contractus non produci à naturali jure, cum quia consensum profundamento non habent, & variis juris civilis fictionibus innituntur, tum quia tota eorum virtus versatur in actionibus, quas patient: actione nimirum negotiorum gestorum, tutelæ, communi-

divi.

dividendo, & sic deinceps. Omnes autem actiones sunt iuris civilis, ut & supra monuimus. (a) Quod ut etiam per singulas partes demonstremus, perspicuum est, negotia sine mandato gesta de jure naturali alium alii non obligare. Est itaque hoc jure civili introductum, non tamen refragante naturâ : quoniam magna utilitas absentium versatur, ne indefensi sint. (b) Sic etiam tutelam Pupillorum ius naturale non agnoscit. Est igitur hoc inventum juris civilis : unde dicitur jure civili data ac permissa, (c) svalente tamen aliquatenus naturâ, cui conveniens est, ut is qui perfecte etatis non sit, alterius tutelâ regatur. (d) Ut à communione aut rerum, aut hæreditatis possit recedi, est meræ facultatis, cui jus quidem naturale non resistit : jus vero

verò **civile** etiam auctoritatem suam accommodat, modumque & formam divisioni præscribit. Circa legatorum præstationem naturale jus nihil statuit, nisi ut debeantur: quomodo autem peti & obtineri possint, juris civilis est. Denique ejus quod indebet solutum est, repetitio, ethi JCto Paulo naturalis dicatur, (e) revera tamen, si primam originem inspicimus, non est, cum potius eo jure donatum videri possit: nam illa regula, quæ donationem præsumi negat, è jure civili descendere censenda est, quā tamē semel positā, & stabilitā, conseqvens est, ut aliquid ignanter quid solvendo tanquam debitum, quod ramen non sit, repeteret id naturali ratione concedatur.

(a) L

(a) l. 2. s. deinde 6. ss. de orig. iur. (b) l. 2. s. de neg. gest. (c) s. est autem 2. inst. de tut. (d) s. Impuberes 7. inst. de attil. tut. (e) l. indebiti 15. ss. de cond. indeb.

Osteendit hic cunctō per singulas haec etiā memoratas quasi-contractus species, quod natales suos non iuri naturae, sed civili solūm debeant, hujusque fictionibus ac dispositioni unicē insitantur, non tamen refragante, sed potius svadente natura rationali seu rectâ ratione, cuius dictatum jus naturae est.



## CAP. XVI. DE CONTRACTIBVS, QVI RE PERFICI- VNTVR.

### s. I.

 Rdo materiæ nos perduxit ad Contractus, qui re perficiuntur: illi enim in divisione, superiore capite

pite §. 20. positâ, priore loco re-  
censentur. Sunt autem quatuor  
numero (nam de indebito, ut ad  
**Quasi-contractus** potius perti-  
nente, jam ante agimus) nempe  
*mutuum, commodatum, depositum, &*  
*pignus.* Qui omnes inde dicuntur  
re contrahi, quod præter consen-  
sum, qui in omni contractu est  
necessarius, necesse est, ut etiam  
res ipsa interveniat, anteqvam ex  
his contractibus aut obligatio,  
aut actio oriatur. Neque enim  
sola conventio de mutando, ex-  
empli gratiâ, facit contractum  
mutui: aliud est enim contra-  
ctus, aliud promissio de contra-  
hendo; sed rem ipsam tradi o-  
portet, anteqvam ulla ad resti-  
tuendum nascatur obligatio, &  
sic in ceteris hujus naturæ con-  
tractibus.

Ss

Quia

Quia in proximè præcedenti Capitulo inter alias contractus partitiones etiam hanc tanquam principem proposuerat, quæ contractus in reales, verbales, litterales & consensuales dispescuntur, jam ab iis orditur, qui non nisi re, h. e. traditione perficiuntur, & constituto quaternario eorum numerò, quare reales nominentur, brevibus exponit, adhibitâ in subfidium haud inconcinna inter promisionem de contrahendo mutuo, commodato, &c. & inter ipsum contractum mutui, commodati, &c. distinctione. Neque enim ut inter mutuo dantem & mutuo accipientem, h. e. creditorem ac debitorem obligatio aut actio triatur, sufficit iforum consensus, sed & amplius requiritur, ut res fungibilis à mutuante tradita & à mutuariio acceptata sit. Idem judicium esto de Commodo, deposito & pignore,

## §. II.

Necesitas & origo horum contractuum sic facilimè comprehendetur, si ponamus aliquem re certâ indigere, neque reperire alium, qui eam sibi donare velit, neque emitionem celebrari integrum esse. Is certè cogitabit de re

re illa sibi acquirendâ sub promisso restitutio*n*is, & tunc si res sit fungibilis, promittet restituere tantundem, cui si alter acquiescat, atque ita rem tradat, statim nascetur contractus *muri*: si vero res sit alterius naturæ, promittet eandem restituere, atque ita oblietur contractus *commodari*. Si vero quis videat, sibi sub tali promissione non satis credi, tunc is confugiet ad cautionem, sive personalem, id est, *fidejussionem*, de qua alibi; sive realem, id est, *pignus*, qui contractus hujus est loci. Deinde si quis de re suâ pro tempore velit disponere, ut ea facta recepturus ubi placuerit, is hominem eligit, cuius fidei eam commendet, atque ita inhibet contractum *depositi*.

*Necessitatem & originem horum contractuum inde ducit: Namrum cum quis*

Ss 2 certâ

certaliquā re ad commodatēm hujus vītē  
sibi opus esse cerneret, neque tamen in  
promptu esset rēs, quam pro ea, quam desiderabat, permutare, aut pecunia, quā illam  
emendō sibi comparare posset, neque tamen  
alter eam sibi donare vellet, cogitatum tūm  
fuit, quo pacto eam rem, si esset fungibilis,  
sub promissione restituendi tantundem ejus-  
dem generis ac qualitatis seu bonitatis, mu-  
tuō acquiroret sibiique propriam faceret;  
Aut, si esset alterius natura, & functionem  
in suo genere non recipere, qua ratione eam  
sub promissione restituendi eandem in indi-  
viduo rēm, sibi commodatō compararet;  
Aut, si sibi sub tali promissō non satis tutō  
crederetur, quōmodo cavendō vel persona-  
liter, fidem suam prō alio interponendō, vel  
realiter, pignus aut hypothecam dandō, sibi  
ea de re prospiceret; Aut denique si quis  
rem suam in tutō collocaturus eum in finem  
alterius fidei ac custodiæ committeret, ut  
quotiescumque ipsi ita videtur, posset re-  
petere: Quā cuncta ex subsequentibus cla-  
rius constabunt.

## §. III.

Primō autem se offert *contra-*  
*ctus mutui*, qui celebratur datione verā  
vel fictā rei, consistentis in pondere, nu-  
mero,

mero, vel mensurā, cum spe recipiendi tantundem in genere suo ejusdem bonitatis & qualitatis. (a) Vel, secundum alios, consistit in re ex suo usu consumtibili penitus, cuius proprietatem quis in alium transfert, recepturus deinde non aliam rem numero, sed eandem specie, aut valore. (b) *Mutuum* JCti inde appellari dicunt, quod *de meo tuum fit*, (c) quod naturam potius contractus tangit, quam Etymologiam nominis: alii nomen *mutui* à μοῖτον, voce Sicula, derivant. Propius ad JCtos accedimus, si dicamus, mutui vocem ex duabus Græcis μῆτέον confari, quod *meum tuum* significat. Ex superioribus constat plura ad substantiam mutui requiri, nimirum, ut non idem corpus, quod traditur, restituatur: ut illud, quod

Ss 3 reddi-

redditur, sit ejusdem generis: ut res, de quibus mutuum contrahitur, in numero, pondere, vel mensura constant: ut sint uniformes bonitate, & æqualitate, & in genere suo functionem recipiant: ut Dominium rei statim in accipientem transferatur: quæ omnia ex supradictis pendent, atque inde facilimè colliguntur.

(a) S. i. inst. quib. mod. re contr. obl. l. 2. S. fin. ff.  
S cert. pet. (b) Summa Sylv. in verb. mutuum,  
(c) d. S. i. inst. d. l. 2. S. 2.

Mutuum est contractus realis, quo res pondere, numerò & mensura constans alicui gratia, sed ex lege tradidit, ut statim accipiens fiet, inque in eodem genere, eadem quantitate ac qualitate aliquando restituatur. Ex quibus adparet de ratione mutui, quæ talis esse, ut (1.) detur res ejusdem generis, quantitatibus ac qualitatibus sue bonitatis, v. g. pro medio tritici aliud pari bonitate, aut pro lapidis ac lignis, quibus quis in ædificanda domo opus habuit, æqualem quantitatem ejusdem materiarum, æqualisque bonitatis ac valoris. Quæ nota distat cum à commodato,

etiam à locato, in quibus eadem specie res quæ data fuit idemque in eodem individuo corporis redditur; notione generis & species hic non in sensu logico utentes, quatenus genus est id, quod de pluribus differentiis specie, & species id, quod de pluribus differentiis numero praedicari potest, sed ut genus speciem, v. g. pecuniam, oleum, frumentum, vinum &c. & species individuum, v. g. hanc pecuniam, hoc oleum, hoc vinum &c. designat. Itaque (a) nec vinum novum pro veteri, quod illo multò melius; multò minus aliud pro alio, v. g. vinum pro oleo, frumentum pro pecunia creditori obstat potest, nisi ipse sponte juri suo renuntiaverit. Sed nec qui credidit nummos aureos, cogitur recipere argenteos. Et quamvis in nummis non tam materia eorum, quam valor & estimatio spectanda sit, tamen naturam aureis creditis, estimatio quoque aureorum credita videtur. (2.) ut detur gratis: quo ipso iterum commodato & locationi contradiinguntur, quia non nisi intervenientia mercede ac pensione celebrantur: quo modo mutui naturam exuit, si quid pro usu pecunia accepta mutuatarius mutuantur praefat, de quo postea. (3.) ut transcat rei tradita dominium in accipientem, cum mutuum dicatur, quod è tuo meum & è meo tuum. fiat; secus ac in Commodo, quo rei com-

modat d<sup>ominum</sup> & posse sibi non in Com-  
modatariū transit, sed penes commoda-  
tē manet, quæque sunt id genus, requisita  
mutui alia, de quibus in (b) *Inst. Moral.*

(a) Wissenb. disp. XXIV. ad lib. XII. sc. tit. I. p.  
23. Zos. ibid. (b) Part. II. c. 19. §. 23.

## §. IV.

Qværi h<sup>ic</sup> solet: an, jure natu-  
ræ, ex datione pecuniae cum one-  
re restitutio*nis*, liceat aliqvid lu-  
crari: &, qvid de jure civili? Pri-  
mum qvod attinet, sciendum est,  
*lucrum*, qvod inde potest sperari,  
esse duplex, unum est, quod habet ra-  
tionem ejus, quod interest, alterum quod  
cum rationem excedit. (a) *Lucrum*,  
qvod rationem ejus qvod inter-  
est habet, ex usu pecuniae percipi,  
juri naturali non repugnat: cum  
enim ex usu iumenti, domus,  
fundi, aliqvid lucri nobis possit  
accedere, qvidni etiam ex usu pe-  
cuniae? Unde etiam ab initio ta-  
lēm inire conventionem, in qua  
*lucrum*

lucrum illud mutuo consensu ta-  
xatur ad certam summam, isto  
jure nemo prohibetur, ita tamen,  
ut ratio habeatur reponendi da-  
mni, quod quis facit, tamdiu pe-  
cunia carendo, & lucri, quod abs-  
que eo verisimiliter fuisset factu-  
rus, item periculi amittendae sor-  
tis, ut pluribus probat, & argu-  
mentis contrariis respondet au-  
tor commentarii de jure belli  
& pacis. (b) Verum quidem est,  
cam conventionem ad locatio-  
nem conductionem quam proxim-  
iter accedere, mutui vero nomi-  
ne non venire; sed hoc ad qua-  
stionem nostram, de jure naturali  
institutam, non pertinet, cum eo  
jure contractibus singulis nomen  
proprium, & natura sua non sit as-  
signata, quod juri civili, etsi forte  
multis gentibus communi, debe-  
mus,

mūs, ut hic tantūm de vōe qvæ  
 sit. Illud tamen perpetuū  
 obſervandum, ne talis lucri, da-  
 mni, & perieuli taxatio veram ra-  
 tionem ejus qvod interefit exce-  
 dat: tune enim abefet æqvalitas:  
 qvām ias naturæ ſemper conſide-  
 rat, atqve eō modō talis conven-  
 tio in fœnus illicitum degenera-  
 ret. De jure vero civili non tan-  
 tūm permittitur illa lucri ſpecies,  
 qvæ ejus, qvod interefit, naturam  
 ſapit, & ab aliis plerumqve uſura  
 vocatur: ſed etiam illa altera,  
 qvæ fœnorū nomine venit, ut in  
 fœnore nautico, & aliis locis videre  
 eſt: imo generaliter eō jure pre-  
 tiūm illud, qvod pro datione pe-  
 cunia exigi potest, publicè taxa-  
 tur, & qvidem cum aliqua diſtin-  
 ctione hominum, qui pecunias  
 fuas elocant; (c) qvæ conſtitutio,  
 qvate-

quatenus æqualitatem servat, juri  
naturali non aduersatur. (d)

(a) Varro libr. 4. de lingv. lat. (b) Hug. Grot. de  
jure bell. lib. 1. c. 12. §. 20. 21. (c) I. eqs. 24.  
C. de usur. (d) Hug. Grot. d. cap. §. 23.

*De hac questione distinctè egimus in (a). Institut. Morali. dum ostendimus contra Tha-  
matam, Grisönem, Covarruviam aliosque, usu-  
ram aut lucri, ultra summam creditam, per-  
ceptionem ex usu pecunia credita, non esse  
jure naturæ illicitam, dummodò justitia &  
mediocritatis limites non excedat, neque lu-  
crum mordax, nimium & tale sit, quod de-  
bitori grave & demnosum ipsiusque charita-  
tis naturalis. legibus adversum sit, additis  
insuper eam in rem & Auctoriibus & rationi-  
bus, quibus permotè sumus non contemne-  
dis, quæ cit. loco possunt videri.*

(a) I. cit. §. 24.

### S. V.

*Offert se hinc etiam alia quæstio-  
nes culpa, ad quam quis in mutuo obliga-  
tur, quæ tamen etiam propriè jus  
naturale non tangit, atque ita ci-  
vilis tantum juris est: quia tamen  
ea & in aliis contractibus occur-  
rit,*

rit, breviter hoc dicemus. In quibusdam contractibus contrahentes præstare debent latā culpam, in aliis levem, in aliis levisimam. *Lata culpa finis est non intelligere, quod omnes intelligunt.* (a) Et iterum: *Magna negligentia culpa est.* (b) Unde & alibi: *Hæc culpa lata negligentia, vocatur,* (c) & locum habere dicitur etiam, cum quis ad suum modum curam non adhibet. *Nec enim, salvâ fide, minorem alienis quam suis rebus, diligentiam prestabit.* (d) *Hæc lata culpa, utpote dolo, proxima, præstari debet in mandato, commodato, vendito, pignore, societate, locato, &c.* Et ratio est, quia hic utriusque utilitas vertitur. (e) *Levis verò culpa est,* (f) cum quis facit, quod nemo diligens paterfamilias faceret: *Nec sufficit tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo, aliud dilig-*

diligentior poterat mo<sup>m</sup> jus curare. (g)

Aut, ut Paulus I<sup>m</sup>Ctus loquitur,  
culpa hanc est, quod cum à diligente pro-  
videri poterat, non est prouisum. (h)

Et hæc quandoque etiam custodia  
vocatur, quando ea, quæ diligens pa-  
terfamilias in suis prestare solet, à cre-  
ditore exiguntur. (i) Qvod præci-  
pue in commodato evenit, quia  
plerumque solam ualitatem continet  
eius, cui commodatur. (k) Levissima  
vero culpa, cum quis facit, quod  
diligentissimus Paterfamilias fa-  
ceret, sive quando quis exactissi-  
mam diligentiam adhibere de-  
bet, & hæc quidem in commoda-  
to, (l) & in lege Aquilia præsta-  
tur. (n) In mutuo vero non tan-  
tum omnes hæc culparum species  
locum habent, verum etiam ipse  
casus fortuitus, (n) qui tamen alias  
præstari non solet. (o) Neque ta-  
men hoc mirum videri debet,  
quia

quia mutuatarius sit Dominus pecuniae. Nam si eis non fiat, non nasceretur obligatio. (p) Est autem juris notissimi, rem suo Domino petire. (q)

- (a) I. latæ 223. de verb. sign. (b) I. magna 220. cod. tit. (c) I. competit 7. §. 2. ff. de admin. eis. (d) I. q[uod] verba 32. ff. de pos. I. heredes 25. §. non tantum 16. ff. Paus. crevsc. (e) I. contractus 23. ff. de segi jur. (f) I. si ut s. ff. commod. (g) §. item 13. Inst. quib. mod. re contr. oblig. (h) I. si putatur 31. ff. ad leg. Aquil. (i) I. si cum 13. cum I. seq. ff. de pignor. act. (k) d. I. 5. ff. comm. (l) C. unic. X. commod. (m) I. in lege 44. ff. ad I. Aquil. (n) d. 35. 3. Inst. (o) d. I. contractus 23. (p) I. I. S. appellata 2. ff. si cert. pet. (q) I. pignus 9. C. de pign. act.

*Quid sit Culpa, intellige non (a) Moralis sed Juridica, quod triplex illa, quomodo cum ab Injuria, tum Infortunio differat, & (b) quomodo culpa leva dolo equiparetur, aliquoties dimicimus in superioribus. Saltim quia culpam a commodatario praestandam aliqua hic intendere esse existimat. Nimirum (c) si commodatarii solius gratia commodatum sit, uti communiter solet, omnes culpa gradus etiam levissima ab eo praestanda est, quia quo maius est beneficium, eo follicitori cura opus est, ne pro beneficio rependatur injuria;*

ria; Quod si utriusque & commodantis & commodatarii gratia res commoda sit, hic tantum de levi tenetur<sup>1</sup>, cum eo in casu, quod triusque versatur utilitas, videatur esse minus beneficium ex parte coimmodatarii. De lata denique tantum, si solius commodantis gratia, utpote in quo casu commodatarius cum non tam accepisse quam praefuisse beneficium videatur, tam arte alligari nequit.

(a) Vid. Institut. Moral. part. I. c. IX. S. 7. (b)  
Wissenbäch. disp. 31. ad lib. 16. tia depositi &  
contra ff. p. 315. (c) Zedius ad lib. 13. ff. tit.  
16. S. 8. p. 379.

### §. VI.

**Commodatum** autem est aliquid  
rei in certum usum gratuita concessio  
ut eadem species nobis reddatur. (a)  
Gratuitam concessionem dicimus,  
non hoc sensu, quasi de jure na-  
turæ pro usu rei nostræ, quem  
alii concedimus, nihil omnino  
peti possit, sed quod talis con-  
ventio transitura sit in aliud ge-  
nus contractus, locationem ni-  
mirum, si merces in pecunia nu-  
merata

merata prō usū rei detur; si vero  
ea in alia re consistat, in contra-  
etum innominatum. (b) Qvod  
de certo usū additur, id ideo sit,  
ut commodatum à precario di-  
stingvatur. Nam commodatum  
in eo consistit, ut certus, & ex-  
pressus rei sit usus; ideoque etiam  
certum tempus, vel expressè vel  
ratiōne continet, quo usus iste  
commode expediri posuit, ut ante  
id tempus revocari nequeat. (c)  
Pecarium vero nec ad certum usum,  
nec ad certum tempus datur, quam-  
ob causa etiam, quandocumque  
concedenti placuerit, revocari  
potest. (d) Impropiè igitur lo-  
quitur Iustus, cum dicit, esse na-  
turā equum, tamdiu te libertate meā  
uti, quamdiu ego velim, & ut possim  
revocare, cum mutaverō voluntatem. (e)  
Hoc enim naturae precarii satis  
quidem convenit, non vero na-  
turæ

turz commodati, atque ita ea  
ratio magis juris civilis, quam na-  
turalis est. Eandem speciem no-  
bis reddi debere cum dicimus, in-  
telligi inde potest, commodarum  
non in genere, sed in certa specie  
vel potius individuo consistere,  
ideoque etiam in eadem ista spe-  
cie, vel potius individuo restitu-  
endum. (f) Hoc etiam in hac ma-  
teria notandum, Dominium &  
possessionem rei commodatae in  
commodatarium non transire, sed  
apud commodantem manere, (g)  
quibus duabus praecipue notis  
commodatum à mutuo distin-  
gitur. Denique & illud adden-  
dum, commodatum consistere in  
rebus immobilibus, mobilibus,  
corporalibus, & incorporalibus,  
puta habitatione, non vero in his  
quaes usu consumuntur: (h) Iten-

Tt. que

que omnes commodare, & omnibus commodari posse, qui possunt contrahere. (i)

- (a) Gl. in C. unic. X. comm. Summa Sylv. in verb. commodatum.
- (b) l. l. §. 9. depos. l. §. 2. ff. de præscr. verb.
- (c) l. in commodato 17. §. si-  
cat 3. ff. commodat.
- (d) l. 1. ff. de prec. ibique D.D.
- (e) l. 2. §. 2. ff. d. tit.
- (f) l. 2. ff. de reb. tred.
- (g) l. rei commodata 8. ff. commod.
- (h) l. 1. §. 1. ff. comm. ibique Castr.
- (i) Summa Sylv. in verb. commod.

*Commodatum est contractus re initus, quo res sive mobilis sive immobilis & soli, sive corporalis sive incorporealis, alicui gratis, ad certum usum & tempus ita datur alicui, ut eadem in specie seu individuo reddatur. Itaque commodari res dicitur, cum ea alteri utenda datur. Et quamvis inter commodari & utendam dari aliqui hic discrimin subesse putent, ut illud tantum in mobilibus, hoc etiam in immobilibus & soli obtineat, id tamen omnino nullum est, cum dudum usus in scho-  
lis & Ctorum obtinuerit, ut commodato tam mobiles quam immobiles; tam corporales quam incorporeales, veluti servitus, habitatio, usufructus, &c. contineantur, ut bene cum (a) ab aliis tam a (b) Viviano traditum est. Quæ hic contra res incorporeales ab Anton. Fabro obverti solent, ea discussa legas (c) apud*

apud Wissenbactum. De cetero, quare dicatur contractus gratuitus, & rei usus solum transeat in commodarium, dominio salvo? Nec minus, cur eadem specie res finito usu erudiantur? Et quomodo a mutuo ut & locato, precario alisque differat? de iis sufficienter egimus in (d) Inst. Moral.

- (a) Zoel. ad lib. 13. ff. tit. VI. §. 1. p. 378. (b) ad h. s. 1. ff. Commod. (c) disp. 17. ad lib. 13. ff. p. 273. (d) Part. II. c. 19. §. 22. p. 273.

### §. VII.

In commodato (ut statim attigimus) dolus, itemque latra, levis, & levissima culpa praestatur: Talis enim diligentia prestanda est, quam quisq. diligentissimus paterfamilias suis rebus adbibet. (a) Et ratio est, quia commodatum plerumque solum utilitatem continet ejus, cui comodatum est, & ideo verior est sententia, & culpam prestandam & diligentiam. (b) Sed quid de casu fortuito dicemus? Certè cum in contractibus non praestari & supra diximus, & in commodato id

Tt 2 fatis

satis clarum est. (c) Et nihilominus tres sunt casus, in quibus etiam casum præstare debet commodatarius, nempe, si acciderit culpa sua, vel intervenierit pactum, vel in mora fuisse. (d) Et de priore quidē casu sic loquitur Justinianus: si id, quod tibi commodatum est domi, peregre tecum ferre malueris, & vel in cursu hostium prædonumve, vel naufragio amiseris, dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis. (e) De secundo vero paret: Quia contraetas legem ex conventione accipiunt. (f) De postremo vero non magis ambigi potest, quia idem etiam in deposito receptum est. (g) Plura de hac materia apud D.D. suis locis reperire est.

- (a) I. in rebus ff. de tit. (b) I. 5. §. 1. eod. tit. (c) d. I. in rebus. (d) C. utric. X. de commod. (e) g. item is. c. inst. quib. mod. re contr. oblig. I. 1. §. 4. in fin. ff. de obl. & act. (f) I. 1. §. 6. ff. depos. d. I. 3. ff. commod. I. 1. C. eod. tit. (g) C. bona fides 4. X. depos. I. 1. §. fin. ff. depos.

Sed

Sed hac re diximus §. V. adhibita est  
etiam illuc distinctione. An vero præter cul-  
pam à commodatario etiam casus fortuitus  
præstans sit? disquiri solet. Negat id Aut-  
or, securus IClos; nec immetit, cum id res  
providori nec ei resisti posuerit; nisi forsitan ipse  
as commodatarii culpè perierit aut deterior fac-  
ta sit, v.g. re commodata alio modo, v.g. ad  
bellum usus fuerit, quam permisum; id pa-  
digna sua conventione, ex qua contractus legem  
acquiriunt, intercesserit, aut etiam in mora fu-  
erit, ut res, casu naufragii, incendiis, ruina  
vel tumultus perierit. Studiò dixi cetera ex-  
ceptionem primam, nisi forsitan ipse econtra-  
datarii culpa &c. Nam si res deterior facta  
sit usu, ad quem ipsa concessa, & commo-  
datò data, eò nomine nihil præstare tenetur  
commodatarius; id quæ elegant, ex (a).  
Porro panio exemplo potest declarari; v.g. si  
commodasset tibi eqvum; quo teneris in  
litore ad certum aliquem locum, v.g. Li-  
psiam, p. 15 Magdeburgam, si nullus quâ culpa  
interveniente in ipso itinere deterior eqvus  
factus aut etiam interierit, non teneris de  
commodato; cum ego in culpa fuerim qui  
in tam longum iter commodevi eqvum, qui  
ei labore sustinendo impar erat.

(a) Iffland, S. Commod. vid. Wissenbach cit. T.  
num. 12. p. 274.

Nunc ad contractum depositum veniamus, qui est contractus, quares mobiles aliovi gratiâ custodienda datur, ut ea ipsa postea restituatur. Tria enim propriè ad essentiâ depositi requiriuntur, ut nempe partes hoc ab initio agant, ut eadem res restituatur, (a) quod hinc contractus cum commodato comune habet. Deinde ut custodiæ causæ ea res tradatur, (b) Quo solo fieri ab aliis contractibus distinguitur: nam si depositario uti ea re licet, manet evidem idem nomen, ceterum à natura contractus deflectitur. (c) Denique ut fiat gratiâ; Est enim contra bonam fidem, si depositum usurpatum, usuras obiit stipulari. Si etiam pro custodia merces interveniat, transibile in aliud contractum. (d)

(a) §.

- (a) Si passarea 4. ius. quib. mod. re contr. obliga.  
 (b) I. i. ff. depos. (c) I. Lucius 24. I. 25. §. 1.  
 ff. eod. tit. (d) I. i. §. 8. & 9. ff. eod. tit.

*Inter contractus re initos est quoque Depositum, quod & Commendatum dici solet; cum*  
 (a) *Juris Civilis Doctoribus inusitatum habet*  
*scilicet verbō commendare uti pro deponere. Eft*  
*autem Depositum contractus realis, quō res mo-*  
*bilia & corporalia, sive nostra sive aliena, alter-*  
*ius fidei gratia custodienda traditum, ut eadem*  
*specie res eam repetenti continuè post depositio-*  
*nem restituatur. Signanter dicitur: Quō*  
*res mobilia & corporalia, scilicet vestimenta, in-*  
*strumenta, ornamenta, oleum, vinum, equus,*  
*bos &c. Cum (b) immobilium & incorpo-*  
*ratum, quā talium, quā de loco in locum*  
*moveari non possunt, propriè depositum esse*  
*nequeat. Parum autem interest; (c) res de-*  
*posita nostra an aliena sit. Cith non in no-*  
*stris tantum, sed & alienis hic contractus ob-*  
*tineat, atque etiam servus domini, quin &*  
*prado aut latro alterius rem non solū de-*  
*ponere possit, sed & rei depositæ restitutio-*  
*apud facienda sit, eò quod bona fidei conve-*  
*niat, acceptum reddere ei, à quo acceptum*  
*est, ita tamen ut domini concurrentis sem-*  
*pēr iūstior & potidē causa in restitutione ha-*  
*benda sit. Dictione gratia (d) cum mandata,*  
*commodato & mutuo convenit, differt verò à*  
*mutuo, quod in hoc eadē genere res, & tam-*

Tt 4

tundem.

transfere, in deposito eadem specie reddatur;  
 (e) à mutuo vero, & commodato simul ipso fine,  
 cum finis depositi sit tantum rei custodia,  
 possessione interim & dominio manente pe-  
 nes deponentem, mutuo vero dominium  
 rei mutuata transeat in mutuatarium; com-  
 modato denique usus rei commodatario con-  
 cedatur, quem depositarius sibi sumens, in-  
 yido deponet, furti reum se facit, nisi ita  
 expresse convenerit, ut depositarius re-de-  
 posita, v. g. pecunia utatur eamque con-  
 fitat, et si tunc (f) conventione illa non tam depo-  
 siti, quam alterius, tempore manus, naturam in-  
 duere videatur.

(a) L. Lucius, 14, & 26, ff. tit. deposit. l. commendatione 186, de V. S. nec non l. 6. & 9. C. eodem.  
 Vid. Zos. ad h. tit. S. l. p. 413. (b) & triplici de-  
 vertib. signif. (c) l. bona fides 31. ff. h. tit. Vid.  
 Zos. ad h. tit. n. l. & n. 22, & seqq. (d) Vid.  
 Instit. Moral. part. II. c. 19. §. 29. (e) Zos.  
 Ibid. n. 2. (f) Wissenbach. ad tit. deposit. n.  
 19. p. 314.

## S. IX.

**Depositum, voce generaliter ac-  
 cepta, tres fere habet species: Prima  
 est, quando debitor offert credi-  
 tori suo pecuniam, eamque cre-  
 ditore accipere recusante, ad evi-  
 tandum**

Tandem cursum usurarum in praesentia testium consignatam in locum publicum deponit, quae obligatio realis cum consignatione pecuniae vim plenam liberationis habet. (a) Altera est, quando res litigiosa alicui traditur servanda, donec ex causa cognitione constet, cui debetur, & appellatur sequestrum. (b) Et haec quidem duæ species ad judicialia pertinent. Tertia est depositum simplex, de quo proprietè hic agimus. Sed & hoc duorum est generum. Primum, quo est mœre voluntarium est, cum amicus apud amicum rem custodiendam deponit, receptus eam ubi voluerit. (c) Alterum cum tumultus, incendi, ruinæ, aut naufragii causa deponit, quæ est fortuita causa depositionis ex necessitate descendens, non

ex.

ex voluntate proficisciens. (d). Hæc duo  
in hoc differunt, quod cum quis fidem  
elegat, nec positum redditur, contentus  
esse debet simple, cum verâ extante ne-  
cessitate deponat, crescit perfidia cri-  
men. Et publica utilitas coercenda est  
vindicanda Reipublicæ causa: est enim  
mutile in causis ejusmodi fidem fran-  
gere. (e)

(1) L. acceptam. (2) C. de oblat. l. obligatiōne. (3)  
de Solut. (b) l. 6. & 17. ff. depos. (c) l. i. §. 2.  
ff. eod. tit. (d) dA. i. §. 1. & 2. ff. eod. tit. (e)  
d. §. bac autem 4.

Quid sit Oblatio & Sequestrum, quæ de-  
positum largissimè acceptum ambitu suo  
complectitur, & quomodo obtatio & seque-  
strum cunctantur se, tam à deposito, ut hic spe-  
ciatur, & simplici different, diximus in (a)  
Institut. Moral. ad quas B. L. remittimus, il-  
lud solum expidentes, quod Autor deposito  
rari semper & proprio, tale duplex constituit,  
aliud voluntarium, aliud necessarium, bocque  
inter illa discrimen ponat, quod illud ex vo-  
luntate, hoc ex necessitate imminentis in-  
cendii, ruinæ, tumultus aut naufragii pro-  
ficiatur, absque quo si fuisset, nunquam  
alterius fidei res commendata fuisset. Quod  
tamen non it intelligendum est, ac si omnis in  
depo-

deposito necessaria abesse voluntas, sed quod non tam plena & perfecta, ut in deposito voluntario, sed semiplena solum & imperfecta praestatio, conjuncta cum externo metu impensis mali, adsit, id quod de ratione actuum mixtorum est, de quibus in (b) Institut. Morat.

(a) *de leg. s. 22* (b) *Part II, c. 3. s. 12 & ad c. 10*  
pro ordinis s. X.

Videamus nunc, quid praestare depositarium conveniat: & generaliter quidem verum est, quod ex eo solo terretur, si quid debet committerit, culpa autem nomines id est, bestiae. Et negligente non tenetur, quia qui negligenti amico, non negligendis tradit, non ei, sed facilitati sue ad imputare debet. (a) Sciendum tamen hic sub nomine doli latam quoque culpam comprehendit, (b) immo etiam aliquando culpam levissimam, & casum quoque fortuitum praestari debere, non tantum propter culpam, pactum & mo-

moram, ut in commoda<sup>c</sup>s dñi  
mus; sed etiam si depositarius  
se deposito obtulit, tum enim &  
culpam & custodiam præstare de-  
bet; (c). Item si quid pro custo-  
dia accepit. (d) Est & hoc nota-  
tu dignum, qvod tria in hoc con-  
tractu singularia occurruunt: Pri-  
mum. est, qvod in deposito com-  
pensatio cessat; (e) 2. Qvod hiç  
non potest opponi exceptio Do-  
minii. (f) 3. Et qvod etiam præ-  
doni & latroni spolia deposita  
reddenda sunt. (g)

(a) d. 5. præterea. (b) l. quod Nerva 32. ff. eod. tit.

(c) l. i. 5. I. 25. eod. tit. (d) d. l. i. 5. 9. &

16. (e) l. fin. C. de compens. C. fin. X. depos.

(f) l. pen. ff. eod. tit. ibique D. D. (g) d. l. i.

5. si prædo. l. bona fides 31. ff. eod. tit.

Quaritur, ad quid præstandum deposita-  
rius obligatus sit? & respondet Autor genera-  
liter & ordinariè. (a) illum tantum de dolo,  
non de culpa tenet, culpa nostra hic non la-  
tem intelligens, ut pote quæ quod in contradic-  
tibus aliisque negotiis civilibus (b) effectum  
doli

doli habet, eique id propter aquisparabile est, à depositario semper praestanda venit, sed (c) levem & levissimam, ad quam, ut & casum fortuitum, depositarius, nisi ab initio aliter inter deponentem & depositarium convenerit, vel se hic ulero obculerit, vel custodia mercedem acceperit, vel in mora fuerit restituendi, vel per loca periculosa depositum portaverit, &c. nullatenus tenetur, Quocirca cum (d) hic dolum praestare teneatur depositarius sub particulis taxativis, duntaxat, tantum, solum & similibus, non id cum exclusione latè culpa, utpote quæ sub delo comprehenditur, sed levis aut levissimæ, accipiendum est. Quæ ab Autore extremitate hujus §. de cessatione indeposito compensationis, ut & oppositionis exceptionis dominii, quæ (e) J. C. deposit. privilegia vocantur, adferri solent, ea non nisi ex jure civili descendunt, eoque praesentis considerationis hæc id sunt: De restitutione vero, etiam prædoni & latroni facienda, iam cum supra e. gimus,

- (a) I. contractus 23. de R. J. S. præterea quib. mod. re contr. oblig. (b) Willenb. disp. 31. ad lib. 26. tit. 3. §. 23. p. 315. (c) Idem cit. I. Heig. ad lib. 3. Inst. tit. 15. n. 36. & 37. p. 308. Willenbach. disp. 4. ad R. J. 23. n. 13. p. 27. (d) Vid. Heig. tit. 4. n. 31. & seqq. p. 308.

## §. XI.

Restat ut & de pignore aliquid dicamus. Et autem pignus obligatio rei mobilis pro debito facta, ad securitatem Creditoris. (a) Est igitur hic contractus accessorius, & consistit tantum in re mobili: pignus enim appellatum à pugno, quia res, qua pignori dantur, manu tradantur. (b) De re vero immobili propriè vox hypotheca usurpatur, quæ sine traditione, nuda conventione, tenetur. Qvod igitur alibi dicitur, pignus & hypothecam tantum nominis sono differre, (c) Id cum grano salis accipiendum est, nimirum quoad actionem inde provenientem, ejusque naturali & effectum.

(a) Summa Sylv. in verb. pignus. (b) I. plebs 238. §. t. de verb. signif. (c) §. item Serviana g. inst. de action. I. 4. ff. de pign. (d) I. s. s. 6. ff. eod. tit.

*Pignus*, cuius nomine hic (a) nec pro re pignorata, nec pro obligatione ipsa aut nexus pignoris, sed pro contractu reali, quō pignus constituitur, utitur, est contractus re initus & accessoriis, quō res mobilis creditoris in securitatem debiti traditur. Dicitur: contractus re initus, quia nisi traditione non perficitur; Accessoriis vero, (b) ad differentiam contractuum principalium eorumque, qui per se sine alia principali obligatione possunt subsistere, cum pignus, perinde ut fidejusio, semper presupponat principalem aliquam obligationem, cui accedit, indeque omnem obligandi vim ac robur accipit. Dicitur ulterius: quod res mobilis. Quibus verbis objectum pignoris proprium, insimulque illius cum à fidejussione, tūm hypotheca discrimen inculcatur, cum pignus, ut ex ipsis etymo clarum est, captio realis, fidejusio personalis, hypotheca vero rerum, non nisi tamen immobilium sit. Et quamvis (c) Marcello jCtro hypotheca & pignus non nisi nominis sōno differre dicantur, non tamen id ita accipendum est, ac si nulla inter istas notiones differentia sit, cum, ut modò notatum, (d) pignus propriè in mobilibus, quæ creditori traduntur, locum habeat, hypotheca in immobiliis, & citra traditionem rem afficiat; illud pignoratitiam actionem producat, quæ debitori adversus creditorem coipetit; hæc hypo-

hypothecariam, quām creditor adversus debitorem instituit, vi cuius illa hypothecaria existentem peries debitorē, in solvitione morantem, persequitur; sed quod quā jurisdictionem, actionem aut obligationem, tanquam effectum, nihil inter pignus & hypothecam interfit. Ultima dicunt: creditori in securitatem debiti, &c. ad expeditendum finem huius contractū propriū, qui est (e) assūtū, in quo convenit cum fiduciā, differt autem non solum à deposito, quod non ad assūtū, sed solum consociā & conservātionem traditū, sed & cōmodato, mutuo & locato, in quibus res non ad securitatem, sed usum datur, cum pignore creditor ut sine crimine furti nequeat.

- (a) Wissenb. disp. 27. ad lib. 13. tit. de pignor. act. n. 15. p. 275. (b) Heig. ad tit. 15. Iustit. lib. 5. §. Creditor. n. 3. 6. & 7. (c) I. res hypoth. 1. 5. §. fin. de pign. (d) Zæfius in lib. 20. ff. tit. a. de pign. & hypoth. n. 1. & 2. p. 521. (e) Vrb. Iustit. Moral. part. II. c. 19. §. 28. p. 284. Pausendorf. de J. N. & G. lib. V. c. 10. §. 13.

## §. XII.

Contrahitur autem pignus vel tacite vel expressè. Tantum pignus, quod & legale vocari solet, est in bonis administratoris Ecclesie, tuto.

totorum, viri pro dote uxoris, contrahentis cum fisco, & multis aliis casibus, qui apud Doctores eruherantur. (a) *Expressa vero obligatio aut à persona publica constituitur, aut à privata.* Persona publica sive Magistratus introducit pignus Prætorium vel Judiciale: illud locum habet cum ante sententiam aliquis à Prætore in possessionem mittitur; (b) hoc cum post sententiam, pro ejus executione judex alicui possessionem bonorum debitoris adjudicat. (c) Sed hæc hic tantum attigisse sufficiat. Pignus, quod privati constituunt, est illud, de quo hic propriè agitur, & *conventionale* vocatur.

(a) Summa Sylv. in verb. pignus. Negusam. tr. de pignor. 3. part. membro 4. (b) J. I. & tot. tit. ff. quib. (c) cabl. in poss. eat. l. 2. C. de pign. præt. ibique Gl. (d) tot. tit. ff. & C. de bonis auct. jud. poss.

Uu

De

*De divisione pignoris in Tactum &c. Expressum, hujusque subdivisio in conventionale, testamentarium, legale, pratorium, hujusq; iterum in pratorium proprietate & judiciale, &c. videantur (a) J.Cit & imprimit Petz. Grotius. Syntagma. f. V. part. 3. lib. 23. c. V. n. 6. & c. VI. n. 1. it. c. VII. lxx. & seqq.*

(a) Zos. d. tit. §. 7. & seqq. Meier. Coll. J. A. ad lib. XX. tit. 1. §. 6. p. 935.

### §. XIII.

*Quæri hic solet, quæ res pignori obligari possint, & quæ non? Et regula est generalis, omnia ea pignori obligari posse, quæ quidem in bonis nostris, & nostro dominio sunt. (a) Atque ita tam res præsentes quam futuras, ut fructus pendentes, partus anticillarum, foetus pecorum; (b) tam corporales, quam incorpores, ut cautiones, nomina, servitutes personales, (c) ut & rusticas. (d) Pignori vero dari non possunt res quæ non sunt in commercio, ut sacræ,*

sacræ, religiosæ, (e) item liberi homines, (f) & res pupillares, (g) instrumenta rustica ad agriculturam deputata, (h) res litigiosæ, (i) servitutes urbanorum prædiuum, (k) ne nimirum destructis ædibus, urbium defotmetur aspectus, & denique res priorsus alienæ, (l) nisi cum consensu Domini. (m)

(a) l. 6. C. si alien. res pign. (b) l. & quæ 15. ff. de pign. l. ii. s. 3. ff. qui pot. in pign. (c) l. nomen 4. C. quæ res pign. l. ii. s. 2. ff. de pign. (d) l. ii. ff. eod. tit. (e) l. 3. C. quæ res pign. (f) l. 6. C. eod. tit. (g) l. i. C. eod. tit. ibique Gl. (h) l. 8. cum auth. seqq. eod. tit. (i) l. i. s. fin. ff. quæ res pign. (k) d. l. ii. s. fin. ff. de pign. (l) l. si em 9. ff. de pign. &c. (m) l. aq. liena 20. ff. de pign. &c.

De rebus, quæ pignori vel hypothecæ obligari possint aut non, videatur totus tit. 3. & qui ad h. tit. commentarij (a) J. C. t.

(a) Zœl. p. 529. Meier. C. J. A. p. 952. & seqq. Greg. Synt. J. V. part. 3. lib. 23, c. 9.

## G. XIV.

Denique notandum Creditorum, in pignore tantum teneri de-

**dolo, lata, & levi culpa.** (a) **Q**uis  
hic contractus utriusque gratia celebra-  
tur, & Debitoris, quo magis ei peccatis  
credatur, & Creditoris, quod magis ei in-  
tuto sit creditum. (b) **L**evisima ve-  
rò culpa, ut & casus fortuitus non  
præstatur: (c) quia nimis per-  
iculum pignoris regulatiter per-  
tinet ad Debitem, non vero ad  
Creditorem, (d) nisi Creditor in se  
periculum casus fortuiti recepe-  
rit, (e) vel ejus culpa præcesserit,  
(f) aut ipse in mora fuerit. (g)

(a) l. si cum vendoret 13. §. i. eod. tit. (b) §. 5. inst.  
quib. mod. re contrah. (c) l. §. 2. ff. com-  
mod. d. l. 13. §. 7. de pign. act. (d) l. pign. 9.  
C. de pign. act. (e) l. quæ fortuitis 6. C. de  
pign. act. (f) l. si Creditor §. C. eod. tit. (g)  
Summa Sylv. in verb. pignus. §. 14.

**P**rästatur à creditore in hoc contractu do-  
lus, culpa lata & levis, eo quod pignus utri-  
usque & creditoris & debitoris gratia consti-  
tuatur, illius quidem, ut ratione crediti  
sui fiat securior, & ubi debitum non exsol-  
vit, habeat, unde suum nanciscatur; hu-  
jus vero, ut eo facilius ipsi fides habeatur,  
*ad culpam autem levisimam, ut & casum for-  
tuitum*

*casirum creditor non tenetur, nisi in sis, quae  
dixit Autor, casibus. Ubi tamen quod ca-  
sum fortuitum attinet, obiter monemus, quod  
(a) furtum & incendium non simpliciter casibus  
fortuitis annumerari queant, cum utrumque  
nostrâ fieri culpâ presumatur. Itaque si  
creditor furto vel incendiô amiserit rem pi-  
gnori datam, non solum probare cogitur ca-  
sum luculentissimis rationibus, sed & insu-  
per docere, quod omni careat culpa; in aliis  
verò casibus, qui non creditoris culpâ con-  
tingerunt, sufficit probatio solius casus, de-  
bitorque culpam allegans, eam probare te-  
netur.*

(a) Mynsing. Schol. in Inst. lib. 3. tit. 15. § 2  
creditor. p. 12. p. 517.



## CAP. XIIIX.

DE

# VERBORVM OBLI- GATIONIBVS.

### §. I.

**A**bsolutis Contractibus,  
qui re perficiuntur, ad  
verborum & litterarum obli-  
gationem

gationes accedamus. Et primò  
quidem se offert verborum obligatio,  
quæ & stipulatio, à firmitate nomen  
trahens: *Stipulum* enim apud veteres  
firmum appellabatur, forte à *stipite*  
descendens. (a) Hic est ille contra-  
Etus, qui apud JCtos Romanos  
in maximo usu, & pretio fuit, &  
in quo ornando, & excolendo o-  
peram plurimi posuerunt, eiique  
soli, quod reliquis omnibus pa-  
Etis negatum, actionem dede-  
runt. Et describitur à JCTo-  
Pomponio: *Verborum conceptio*,  
quibus is, qui interrogatur, daturum  
facturumve se quod interrogatus est re-  
sponderit. (b) Vel brevius etiam:  
*Conventio verbalis*, qua' aliquid interro-  
gatur, & congrue promittitur.

(a) Instr. de verb. oblig. in pr. (b) I. Stipulationum  
c. 5. S. L. ff. de verb. oblig.

b. De *Stipulationis* etymo admodum (a)  
variane Doctores, dum ali à graco verbo  
derunt, ali à latine.

gūmī, quod idem est ac adstringo seu alligo;  
 quidam à stipite, plerique Justinianum secuti à  
 stipulo, h. e. firmo deducant, quamvis. (b)  
*Catellianus Cotta* stipulum hoc significatu, ut  
 firmum notat, apud Latinos reperiri neget.  
 Undecunque tandem hæc vox suos arcessat  
 natales, id tamen indubitatum manet, quod  
 JCti Romani in excalenda stipulatione, quam  
 in magno semper pretio haberunt, mul-  
 tum operæ locaverint eique sibi ex pa-  
 triis omnibus actiones, nempe conditionem  
 certi & actionem ex stipulatu, de quibus post-  
 ea, dederint. Delineatur (c) à Pomponio  
 JCto, conceptio verborum, quib[us] id, qui inter-  
 rogatur, darurum facturumve se quod interro-  
 gatus est, responderit. Seu plenius: est (d) con-  
 tractus, conceptis verbis constans, quibus alter  
 presens interrogat, & alter itidem presens quod  
 interrogatur, datumve se facturumve id, quod  
 interrogatus est, congruenter & in continent  
 respondet. De sensu hujus definitionis ac  
 singulis stipulationis casis consulantur JCti,  
 nominati. (e) Meier, Coll. J. A. Illud saltim  
 contra. (f) Connatum notandum, quod. (g)  
 verbum stipulari commune sit tam interroganti  
 quam spondenti, ut ex multis (h) in  
 Iure civili obviis exemplis evidens est.

- (a) Mynsing. Schol. ad lib. 3. tit. 16. n. 21. & seqq.  
 p. 519. & 520. (b) in Memorabilibus suis. Inst.  
 de V. O. in princ. (d) Struv. Jurispr. Rom.

Getra. For. tit. 8. n. 1. (e) ad lib. 49. tit. 1. §.  
§. 12. & seqq. p. 1316. & seqq. (f) lib. VI. Com-  
mentarior. c. I. n. 2. (g) Barnabas Brissonius  
de Verbor. Signif. in verbo stipulatio. Petr.  
Heig. ad lib. 3. Inst. tit. 17. n. 7. p. 320. Meier.  
cit. tit. 16. p. 1350. (h) I. 7. §. 1. de eo quod  
certum. I. si non fortē 26. §. si decem. I. 26.  
§. 13. de condit. indeb.

## §. II.

Origo hujus stipulationis licet  
ex jure naturae descendat, maxi-  
me quoad materiam, & in firmi-  
tate pactorum fundetur; qvia ta-  
men à jure civili formam propri-  
am, & efficaciam nanciscitur, à  
nonnullis magis juris civilis esse  
existimatur. (a) Rationem hujus  
efficaciæ si queramus, hæc est,  
quod in aliis pactis tam delibera-  
tè non proceditur, quam in stipu-  
latione: ibi enim multi multa  
promittunt & offerunt, per inco-  
gitantium, aut, ut dicantur bene-  
voli, & famam gratiōsi aucupen-  
tur, atque ita non animo semet  
obli-

obligandi, credentes fortasse alios promissa sua non accepturos: at in stipulatione, praecedens interrogatio excitat hominem ad deliberandum, an velut promittere, & per promissionem ea deliberatio certe consensu declaratur. Neque frustra introducta est hæc stipulationum validitas: quippe quam & utilitas sva sit, & commendavit necessitas. Utilitatem quod attinet, ea in hoc consistit, quod stipulatio omnibꝫ aliis contractibus potest accedere, iisque plenum præstare firmamentum: sic in permutatione, ubi ante implementum contractus nulla oritur actio, interveniente stipulatione efficax oritur obligatio, etiam ante implementum. (b) Et in contractibꝫ in nominatis accedens stipulatio non relinqvit locum poenitentialem, sed utrumque in eam recipiat, quod in stipulatione, etiam si in contrac-

p̄sonitentiaz; (c) Neces̄itas vero  
in iis casib⁹ deprehenditur, q̄i-  
bus alijs de jure naturæ non satis  
provisum est, ut in obligatione  
fidejussoria: Fidejussor enim, nisi  
per stipulationem promittat, non  
tenetur: (d) Item in obligatio-  
num novatione, (e) & liberatione  
ipso jure facienda. (f) De quib⁹  
infra latius dabitur loquendi  
locus.

(a) Vultej ad princ. Inst. de verb. oblig. N. 5. (b)  
I. ex placito 3. C. de rer. permūt. (c) I. quam-  
vis 39. C. de trans. ibique D. D. (d) I. Sti-  
pulationem 5. §. 2. I. Blanditus 12. C. de fidei.  
(e) I. I. ff. de novat. (f) §. item per inst. quib⁹  
mod. tot. oblig.

Rectè notat Autor, quod stipulatio, quam-  
vis ratione materiae & firmitatis sue, quam  
conciliat contractibus, quādantenus juris di-  
oi possit naturalis, tamen ratione (a) originis &  
forme, quam constituunt verba per aptam ad  
interrogata responsum, meri juris civilis  
est, id quōd cum ex aliis, tum maximē ex eo  
evidens est, quod (b) deportatus ex ea non  
obligetur, (c) qui tamen ex aliis contrac-  
tibus obligatur. Evidem hic (d) non desunt,  
qui

qui stipulationem juris gentium esse contendunt, è quibus *Emilius Ferretus*, quos tamen refutavit (e) *Nanius*. Neque hic obstat, quod stipulatio etiam peregrina & alia quam latina lingua celebretur; quodque servus stipulari datur, qui tamen juris civilis est incapax, eoque jure nullus & mortuus. Cum novum non sit, etiam juris civilibus (f) actum exotica lingua celebrari, ut patet de testamentis alijsque servusque (g) non ex sua sed domini persona stipuletur, quod manifesto est indicio ipsam potius juris civilis quam gentium esse.

- (a) Vid. *Zoës ad lib. 45. ff. tit. 1. n. 9. p. 135.* (b) I. quoties i4. in fin. de novation. (c) I. deportatus 25. de iure & relig. (d) Vid. *Heig. ad lib. 3. tit. XV. 5. io. hac re. n. XL. & seqq.* (e) in S. omnis. n. X. dict. tit. (f) I. hac consultissima C. de testamentis. R. ult. C. de testim. tut. L. grace 8. de fidejuss. (g) Vid. *Zoës cit. L. & Manzius ad lib. 3. tit. 18. io princ. p. 264.*

### S. III.

Ceterum non opus est hic operose inquireti, quæ personæ ad ineundum hunc contractum sint babiles, & quæ res in stipulationem possint deduci: in his enim stipulationi cum pactis convenit repe-

repetenda igitur h̄ic qvæ supra de  
pactis de hac materia tractavi-  
mus. Sufficiet igitur h̄ic hoc so-  
lum dixisse, qvod stipulari pos-  
sunt omnes, qvi & pacisci, & de  
omnibus rebus, de qvibus licet,  
pacisci. Illud hic speciale est,  
qvod qvi audire vel loqui nesci-  
unt ad hunc contractum cele-  
brandum non admittuntur, ut  
nec absentes, (a) qvia inter præ-  
fentes res gerenda est, (b) non  
verò per nuptium, aut per episto-  
lam, (c) & quidem verbis, non  
verò nutu, (d) neqve per alia si-  
gna voluntatis.

(a) I. i. ff. de verb. oblig. (b) d. h. i. §. 1. l. 3. C. de  
inutil. stip. §. inter verb. iust. de inutil. stip.  
(c) I. Titus. Sejq. 24. ff. de const. pec. (d) d. h.  
i. §. 2.

Agit hic de *Causa stipulationis*. Efficiente  
notariis, quad omnes qui pacisci etiam stipulari  
possint? Sunt autem persona stipulantes in  
duplici differentia, *alia libera*, & *haec rursus*  
*aut una, aut una plures, ut duo Rei, alia vero*  
*serveas*

**s**erva, inde stipulatio servorum. Ceterum sicuti à pacto, quod supra diximus, alii naturā, alii lege, ita etiam à (a) stipulatione natura alii, alii lege prohibentur. Naturā, ut omnino mutus & surdus, infans, qui fari non dum potest, (subaudi intelligenter) furiosus, mente captus & fatuus, ebritus &c. Lege vero deportatus, ut modò diximus, capitis damnatus, etiam servus, nisi ex persona dominii stipuletur, tum enim non tam ipse, quam potius per ipsum dominus sibi stipulari videtur. Et quamvis stipulatio debeat esse inter (b) præsentes, perinde tamen est, ac si ipse dominus præsens esset, & servi ore loqueretur: cum servus eō in casu domini personam sustineat & servi vox domini vox esse intelligatur.

(a) Vid. Meier. C. J. A. ad lib. 45. ff. tit. I. §. 13. & seqq. (b) Manzius cit. l.

#### §. IV.

Forma verò stipulationis olim in multis solennitatibus constituit, quæ jam sublatæ sunt. (a) Nunc igitur hæc tantum requiruntur, ut præcedat interrogatio, & sequatur respondio. (b) Exemplum esto: *dabimur argenti mibi bovie riginti minus?*

minit. dabo. (c) Certè responso  
 interrogationem præcedere ne-  
 qvit. (d) Deinde ut responso  
 sit conformis interrogatori;  
 Est enim inutilis stipulatio, si quis ad ea  
 que interrogatus est, non respondeat; (e)  
 aut non sic respondeat, ut interrogatus  
 est; (f) debet enim congruenter ad in-  
 terrogata responderi; (g) nisi stipulatori  
 diversitas responsonis illico placuerit. (h)  
 Præterea ut responso interrogati-  
 onem in continentि seqvatur,  
 aut certè postmodicum interval-  
 lum: (i) continuus enim attus stipu-  
 lationis, & promissoris esse debet, ut  
 tamen aliquid momentum natura inter-  
 penire possit. (k) Non attinet hic  
 aliquid de consensu ad hunc con-  
 tractum necessario attexere;  
 quod enim stipulatio ex utriusque  
 consensu perficitur. (l) id ex natura  
 pacti provenit, & ad ea, quæ su-  
 pra de pactis diximus, spectat.

Illud forte monere non inutile  
erit, tot esse stipulationes, qvoc  
sunt res, vel summæ, qvæ in  
contractum deducuntur. (m)

- (a) §. item si quis ita 13. inst. de inut. stipul. §. in  
hac 2. inst. de verb. obl. 10. C. de contr. stip.
- (b) d. l. i. §. 2. (c) Plaut. Pseud. (d) Port. ad  
tit. Inst. de verb. obl. N. i. (e) §. præterea 6.  
inst. de inut. stip. (f) d. l. i. §. 3. (g) d. §. 2.  
inst. de verb. obl. (h) d. l. i. §. 3. in fin. (i) d.  
l. i. §. 4. (k) l. continuus 137. ff. d. tit. (l) d. l.  
137. §. 1. (m) l. scirè d. bempus 29. l. quod dicio  
tur 86. ff. de tit.

Circa formam notandum, quod ex olim  
in pluribus verborum solennitatibus consti-  
terit, ita quidein ut ad tollendam omnem  
verborum amphibologiam & controverten-  
di de mente stipulantium occasionem, per  
illa ipsa verba, quibus quis interrogatus, re-  
spondere necesse habuerit, v. g. Spondeo?  
Spondeo. Promittis? Promitto. Dabis? Dabo.  
Hinc si stipulator quæsiverat, Promittis? &  
promissor respondebat, Spondeo, inutilis  
erat illa stipulatio eoque omni effectu ca-  
rebat. Sed sublatâ per (a) Constitutionem  
Leoninam verborum solennitate hodie (b)  
qualiacunque sufficientem mentem exprimen-  
tia formalia, cuiusque tandem linguae sunt,  
sive qui stipulantur eas lingvas per se intelli-  
gant,

gant, sive per interpretem, dummodo par-  
tes praesentes sint, & ad precedentem inter-  
rogationem comoda & continua secuta sit  
responso. Cum stipulatio prater consea-  
sum & presentiam utriusque contrahentis,  
precedentem interrogationem & subsequen-  
tem illicò responsonem desideret. Quod  
tamen non ita strictè accipiendo est, ut ne  
quidem minimum momentum intercedere  
possit, cum recte Ulpianus d. l. i. §. i. si sti-  
pulator discesserit, & eidem reverso respon-  
sum fuerit, valere stipulationem tradat, eò  
quod non modicum, sed magnum tantum  
intervallum ipsam viciet.

(a) lib. 8. C. tit. 38. (b) Vid. Zef. ad lib. 45. ff. tit.  
i. §. 8. & §. 11.

### §. V.

Divisiones stipulationum sunt  
quamplurimæ: nos præcipuas  
tantum, & quæ maximum habent  
usum, delibabimus. Stipula-  
tiones igitur aut fiunt à singulis, aut  
à pluribus: possunt enim & plu-  
res rei esse tam stipulandi, quam  
promittendi. (a) Rursus stipula-  
tiones aliæ in dando, aliæ in faci-  
endo

**a**ndo (sub quo & non fieri compre-  
 henditur) consistunt. (b) Sunt  
 &c aliae certae, aliae vero incertae.  
 (c) Iterumque aliae sunt dividuae,  
 aliae individuae, (d) Aliæ puræ a  
 aliae nonpuræ. (e) Pura est stipula-  
 tio, cuius dies & cessit, & venit.  
 (f) In omnibus autem obligationibus, in  
 quibus dies non ponitur, praesenti die  
 debet esse. (g) Non pura stipulatio  
 est vel in diem, vel cum conditione;  
 In diem, cum adjecto die,  
 quo pecunia solvatur, stipulatio  
 fit, quod statim quidem debetur,  
 sed peti, anteviam dies venerit,  
 non potest, immo ne ipso quidem  
 die. (h) In conditionali stipula-  
 tione neque cessit, neque venit  
 dies, pendente conditione. (i) Est  
 autem conditio vel protestativa,  
 vel casualis, vel mixta. (k) Eaque  
 vel affirmativa, vel negativa con-  
 cipitur. (l) Denique aliae stipula-

tiones mera conventione) constat, aliæ necessitate jurisdictionis constituantur. (m) Conventionales sunt, quæ ex conventione reorum fiunt, quarum totidem genera sunt, quot rerum contrahendarum, (n) etæque interponuntur quandoque, ut propria consistant, quandoque ut alii contractui accedant; quod vel maxime in stipulatione pœnali locum habet. (o) Quæ necessitate jurisdictionis constituantur et in iudicio fiunt, & judiciales appellantur, quæ à mero judicis officio proficiuntur, vel Prætoriæ, quæ à mero Prætoris officio proficiuntur; vel communes, quæ ab utroque. (p) Quæ omnes distinctiones, earumque usus latius exponuntur ab illis D. D. qui titulum de verborum obligacionibus, in Institutionib[us], & Pandectis

*Effectis, commentariis suis illustrarunt.*

- (a) tot. tit. ff. & C. de duobus reis. (b) l. 2. l. 5. §. 1.  
l. 2. §. 5. ff. de verb. obl. (c) l. stipulationum  
74. ff. eod. (d) d. l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. 72. ff. eod.  
tit. (e) l. omnis 4. inst. de verb. obl. (f) l. cre-  
dere diem 413. ff. de verb. signif. (g) l. in omn.  
14. ff. de reg. jur. l. eum qui 41. §. 1. ff. de verb.  
obl. (h) d. §. omnis inst. de verb. obl. (i) d. l.  
213. §. sub conditione. inst. eod. tit. (k) l. in  
facto 60. ff. de cond. & dem. (l) l. i. §. sin au-  
tem 7. C. de cad. toll. (m) l. 63. l. 9. l. 10. ff. de  
verb. obl. (n) l. stipulationum §. ff. eod. tit.  
(o) §. nota solum 8. Inst. de verb. obl. (p) de  
l. 5. tot. tit. ff. de præt. stipul.

*De variis stipulationum divisionibus aut distinctionibus hinc inde occurribus, veluti quod ratione materia alia in dando, alia in faciendo consistat; alia certa alia incerta, alia pura alia non pura sit. Et cum adjectione diei, aut conditionis; alia affirmativa alia negativa, alia simpliciter alia conjunctim aut disjunctim fiat; alia dividua alia individua; alia conventionalis, alia judicialis, hæcque alia judicialis strictè sic dicta, alia Præatoria, consultantur.*

(a) *Doctores Juris Civilis, qui in tit. de V. O. commentati.*

(a) Zœl. d. tit. à §. 32. ad 45. Meierius C. J. A. d.  
tit. §. 4. & seqq.

### §. VI.

*Effectus stipulationis est, ut ver-*

Xx 2 borum

borum obligationem pariat, & ea rursus duas producat actiones stricti juris, conditionem certi, & actionem ex stipulatu. (a) Et in hac quidem parte Jus Civile Romanorum à jure naturæ reddit: cum enim eo jure omnia pacta nuda, sint æqualia ejusdem que virtutis, & efficaciam; Jus Civile Romanorum unius stipulacioni producendæ actionis vim tribuit, reliquis vero pactis solam exceptionem relinquit. (b)

(a) Inst. de verb. oblig. in pr. (b) I. jurisgentium 7. ff. de pactis.

*Stipulationis Effectus* (a) alius est, quod ipsa tanquam vinculum quoddam omnibus contractus, quibus accedit, firmamentum addat eisdemque robur aliquid conciliet, alius vero est, quod obligationem ad dandum vel faciendum pariat, & ad (b) eam exequendam duas producat actiones, certi conditionem & actionem ex stipulatu, quæ quid sint, & quomodo inter se differant, mox dicturi sumus. Hoc interea hic notasse non omnino

ninò incongruum fuerit, quod quamvis  
 c) ex stipulatione perinde ut ex aliis pactis  
 & conventionibus obligatio naturalis otia-  
 ur ad dandum vel præstandum, quod in stu-  
 pulationem deductum, vel continuo & sta-  
 tim si est pura, vel lapsò demum die aut con-  
 ditione, si diem vel conditionem adjectam  
 habet: tamen Jus Civile Romanum soli stu-  
 pulationi actionis producendæ vim attribu-  
 it, relictâ ceteris pactis solâ exceptione.

(a) Vid. Mynsing. d. tit. n. 17. & 18. (b) Meier. C.  
 J. A. §. 72. p. 1379. (c) Wissenbach. cit. l.  
 §. 21. p. 930.

### §. VII.

Nunc ad ipsas actiones venia-  
 mus. Et quidem certi condictiones  
 consequimur id quod certum est;  
 Quod ex ipsa pronunciatione appareat,  
 quid, quale, quantumque sit, ut, Ecce an-  
 rei decem. Fundus Tusculanus. Homo  
 Stichus. Tritici Africi optimi modii cen-  
 tum, vini Campani optimi amphore cen-  
 tum. (a) Actione vero ex stipulatu-  
 id quod incertum est, in substan-  
 tia, quantitate, vel qualitate.  
 Ubi enim non appareat, quid, quale,

Xx 3 quan-

*quantumque est in obligatione, incertam esse stipulationem dicendam est. (b)*

(a) d. l. stipulationum 74. §. 1. l. certi condicōg.  
ff. si cert. pet. (b) l. ubi 75. ff. de verb. obl.

*Condicō certi ex stipulatione, quæ & actio stipulationis dicitur, tunc demū obtinet, quando certum quid, & quale, quantumque sit, in stipulationem deductum est, veluti aurei decem, homostichus, vini Rhenani optimi decem amphora. &c. Actio autem ex stipulatu datur, quando incertum quid in stipulationem deductum est, nec adparet, quid, quale, quantumve sit quod promissum est, veluti si quis fundum aut bonum sine designatione, aut factum indistinctè stipulatus fuerit. Vocamus autem in præsenti (a) certum, quod ex ipsa pronunciatione, vel certè ex relatione ad aliud præsens adparet, quid, quale, quantumque sit.*

(s) Mynsingerus d. tit. n. IV. & seqq.

### §. II X.

*Sed de fructibus, & usuris quid dicemus? fructus certè in stipulationem non venire constat, nisi post litem contestatam: tunc enim causa omnis restituenda est, id est, omne quod*

quod iurabitur eſſe actor, ſi litis con-  
ceptatæ tempore ſolutus fuifet. (a)

Uſuræ verò nunquam veniunt, niſi  
in ſtipulationem ſint deductæ.

(b) De culpa quoqve, qvæ in  
hoc contractu präſtari debet, res  
expedita eſt: Dolum enim, & cul-  
pam latam abeffe debere conſtat,

(c) ad levem verò culpam, qvæ  
ferè in omittendo conſiftit, nemo  
hīc tenetur: Nam culpa, quod ad ſti-  
pulationem attinet, in faciendo accipien-  
da eſt, non in non faciendo. (d)

(a) I. cum fundus 3. ff. de eo cred. I. in fidei com-  
missi 3. §. 1. ff. de uſur. (b) I. legha 40. ff. de  
reb. cred. I. 1. C. de cond. indeb. (c) I. 23. ff.  
de verbor. oblig. (d) I. ſi ſervum 91. ff. eod.  
tit.

Si fundum quis ſtipulatus eſt, (a) ple-  
nam cum promiſſe proprietatem cendendus  
eſt, eoque nudā proprietate präſtitā, ab al-  
tero peti adhuc uſufructus, qui ipſi deeffe,  
potest; ſecus ſi quis, detracō uſu, vacuam  
poſſeſſionem & fundum ſibi tradi ſtipulatus,  
cum enim fructus ex ſtipulatione peti non  
poſſunt. De Uſuris, ut & dolo & lata culpa,

qua in committendo consistit, à promissore certa rei praestandis. vid. Wissenbach. tit. de V.O. §. 10. p. 93.

(a) Meier. C. J. A. tit. de V.O. §. 26. p. 136.

### §. IX.

Non abs re crit hic etiam aliquid subnectere de Juris Romani regulâ notissimâ: *alteri stipulari non licere*: (a) an, & quatenus ea cum jure naturali conveniat? Certe quando mihi promissio fit de re alteri dandâ, videtur mihi sine distinctione naturaliter competere jus illud acceptandi, atque ita officiendi, ut ad alterum res perveniat, modo & ille acceptet: quando verò promissio fit ejus nomine, cui res danda est, & tertius acceptet, is si speciale ad id habeat mandatum, aut generale, quod acceptationem illam facere potest, & sic promissio perficietur; sin verò nullum habeat mandatum,

datum, & tamen volente promisore acceptet, promissori quidem promissionem rucocare non licet, antequam ille, ad quem ea promissio spectat, acceptationem eam, aut ratam, aut irritam faciat, sed nec acceptandi interim remittere promissum licet, quare pendebit ea res ex arbitrio ejus, cui promissio facta est, donec is animum declaravit. (b)

(a) §. si quis alii s. inst. de verb. oblig. l. stipulat. 38.  
§. alteri 17. ff. cod. tit. (b) Hug. Grot. de jur. bell. lib. XI. cap. XI. §. 18.

Quoniam *de hac questione* jam tum supra, adhibitâ eam in rem aliquâ ex (a) *Hug. Grotio distinctione*, sufficienter egimus, isthôc labore nunc supersedentes, eò B. L. remittimus. Vid. interim (b) *Pufendorfius aliique*, qui in *Grotium commentati* sunt. *Que alias de stipulationis alteri facta nullitate ex jure civili adferuntur*, (è) exceptionem sustinent, nempe si vel facta sit ei, qui juris fictione pro eadem habetur persona, quomodo servus stipulatur domino, filius patri; vel ex causa successionis, quomodo quis recte stipu-

stipulatur hæredi suo, quod sit eadem juris interpretatione persona.

(a) lib. II. c. XI. §. 18. n. 1. & 2. (b) de Jur. N. & G.  
lib. 3. c. 9. §. 5. p. 380. (c) Vid. Zœl. ad lib. 4.  
ff. tit. de V. Q. §. 70. p. 144.



## CAP. XIX.

DE:

# LITTERARVM OBLIGATIONIBVS.

### §. I.

**S**equitur, ut *de Litterarum obligationibus* nunc agamus. Sciendum autem nos, has voces latiore hic sensu sumere, quam ex usurpantur in titulo Institutionum hujus nominis. (a) Ibi enim Imperator primò loquitur de obligatione, quæ nominibus fieri dicebatur, & jam non est in usu: Et deinde de eo solo, qui debere se scri-

scripserit, quod numeratum non est, quiqve ideò non numeratæ pecuniae exceptionem (de qua postea) meritò possit objicere.

Nos vero hic agimus de litteris in genere, qvæ numerationem non excludunt, atqve ita ex pacto, per scripturam declarato, obligationem inducunt: Potest enim consensus in idem placitum tam litteris, quam verbis manifestari, qvia constat, convenire per epistolam, vel per nuntium, inter absentes quoq; posse. (b) Atqve ideò sicut stipulatio, qua verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est: (c) Ita & è contra, qvæ per litteras fit, & consensum habet, est valida, ex natura pactorum supra à nobis demonstratâ.

(a) Inst. de liter. oblig. (b) I. 2. ff. de pact. (c) I. 5. 3. ff. cod. tit.

Post

*Post Contractus, qui re, itemque verbis  
constituantur, jam de (a) Contractibus Litterarum  
libus agere incipit. Monet autem se non de  
ea obligatione litterarum hinc loqui, quae olim  
nominibus, h. e. (b) feneratoriis cautionibus  
contrahebatur, quam videlicet qui pecuniam  
indigebat, cum feneratore conveniebat,  
cautionemque illi faciebat, id est, Syngra-  
pham, quam confitebatur, se ex mutuo illi  
debere: Cum illa (c) in desuetudinem abi-  
erit, immutata veteri mercaturae & fœnoris  
tatione inque ejus locum successerit sub Im-  
peratoribus litterarum obligatio, inducta ab  
ipsis eo in casu, quo aliquis scripto certam  
pecuniam se accipisse fatetur atque ad ejus  
restitutionem se obligat. Ex qua scriptura  
cum presumatur quod scribens non temere  
scripsisse videatur, quodque non minus va-  
leat quod scripto quam quod verbis signifi-  
catur, nata inde est obligatio non tantum ci-  
vilis nuda, ut nonnulli volunt, sed & natu-  
ralis. Sed cum non raro contingere, ut  
pecuniam indigus, spe futuræ numerationis  
chirographum ederet, multa autem interea  
acciderent, ut non numeretur, & tamen se-  
cundum chirographi contentum à creditore  
ut data repeteretur, ab Imperatoribus in-  
ducta est exceptio, quam vocant non nume-  
ratæ pecuniaæ, olim quidem intra quinquen-  
nium proponenda, sed postea, ne creditores  
diutius*

diutius pecuniis suis carere deberent, id  
tempus ad biennium est contractum.

(a) Institut. lib. 3. tit. 22. de liter. oblig. (b) I. fin. C.  
de Pactis conv. (c) Vid. Zos. in lib. 44. ff.  
tit. VII. §. 22.

### §. II.

Litterarum igitur obligatio generalis est, quaslibet litteras obligatorias comprehendens, tam publicas, quam privatas; id est, tam instrumenta publica, quam scripturas privatas. *Instrumenta publica ea sunt, quae auctoritate, & manu publica debite conficiuntur.* (a) Qvorum aliqua sunt signata sigillo regio, vel civitatum, aliqua non sunt. Rursum alia simpliciter debitum continent, & ea de hodierno jure non habent executionem paratam; alia confessione quasi publica muniuntur, aut ut Italica voce utamur, *garantizata* sunt, & habent

habent executionem paratam: *garantia* enim dicitur præceptum factum à Notario partibus confitentibus & consentientibus, ut observent contenta in instrumento, qua in parte Notarius, quasi vice judicis fungitur. (b) De quibus omnibus legendus egregius Rebuffi ad ordinationes regias tractatus. (c)

(a) Clem. I. de proc. ibique not. (b) Cynan in J. I. C. de conf. Bald. in I. fin. N. 10. de spons. Titaqu. in Tr. de jure conf. tit. des Notaires G. I. Gl. 2. (c) Rebuff. de liter. obligat. in prefat. & passim.

Declarat quid *litterarum obligatione* h̄c designatur; nimis omnis in universum obligatio litteralis, sive ea publico sive privato scripto fuerit contracta, sive ea simpliciter debitum contineat, sive confessione quasi publica munita sit, de quibus cum alii tum in primis *Rebuffus* ad ordinationes regias tractatu.

### §. III.

Scriptura privata dicitur, quæ non

non à publica persona, sed à privata conficitur. Estque fere triplex, *Cbirographum, epistola, & liber rationum.* *Cbirographum* est scriptura, qvam aliquis sua manu scripsit, qva debitorem se constituit: (a) Sub hoc nomine etiam comprehenduntur notissimæ litteræ, qvæ Cambii vocantur. *Epistola* est, qvæ ab absente absenti mittitur, debiti alicujus mentionem faciens. *Liber rationum* est, in quo accepta & expensa annotantur, vel ut Labeo olim scripsit, ultrò citrò, dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causâ negotiatio. (b) Illud interea notandum, qvod nuda ratio non facit aliquem debitorem, (c) debet enim subesse causa.

(a) L. servum Filii 44. S. cum qui s. ff. de leg. r.

(b) L. si quis ex argenter. 6. S. 3. ff. de edendo.

(c) I. Nuda 19. ff. de donata.

Expli-

Expliqat quid sit scriptura privata & quod illius genera aut species, nempe Chirographum, Epistola & liber rationam.

## §. IV.

Qværitur jam, quæ & qualis ex Scripturis hisce nascatur obligatio? nos naturalem ex pacto actionem inde oriri statuimus, quippe cum verè hīc subsit consensus, cui vis pactorum innitur, . jus verò nostrum magis quam Romanum pactis favens, etiam civilem actionem superaddit; & sicut in verborum obligationibus, ita & hīc actionem efficacem introduxit, quæ conditioni ex mutuo, & ex stipulatione respondet. Ita qvidem ut chirographum pariat condemnationem contentæ in eo pecuniae, imò etiam, si ab eo, qui id scripsit, in judicio recognoscatur, provisionalcm quoqve

merita-

